This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

875.1 .V1R
Commentarius in select
C.1
Stanford University Libraries
3 6105 048 464 890

875.1
V1r

[... selectas M.T.
Ciceronis ... Pars.III...ed.
by F.Retz and C.Wahl.]

815.1
Vir
110



LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

E. Böckel.

Hic Liber spectat ad me
Joannem Georgium Anderwerth
Emishofensem Turgoium
Rhetoricae Audientem
à 1747

COMMENTARIUS
IN SELECTAS
M. T. CICERONIS
ORATIONES.
PARS III.

Ad uſum Scholarum Societatis JESU.

Editio Secunda.

PERMISSU SUPERIORUM.

MONACHII,
Sumptibus Jo. Andreæ de La Haye, Bibliopolæ Academici Ingolſtadii.

Typis Mariæ Magdalenæ Riedlin, Viduæ. 1733.

T.

134524

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

JUventuti Scholaſticæ potiſſimùm deſtinatur hic Commentarius, in quo Analyſis, Notæ, Explicatio, & Eruditio, ſive notitia aliqua Romanæ antiquitatis ita accommodantur, ut & intelligendo tanto Auctori ſubſidium, & faſtidio, quod legentibus Ciceronem interdum ſolet oboriri, credamus parari allevamentum.

Occaſio autem & cauſa has Ciceronis orationes ex tribus voluminibus ſeligendi, novóque excudendi typo, fuit ea præcipuè, quòd experientiâ conſtaret, in ſcholis non paucis alias jam Ciceronis Orationes, aut non prælegi publicè, aut privatim à diſcipulis non perlegi, quàm ſeptem illas in parvum quendam libellum contractas, quæ optimæ quidem ſunt, ſed ſolæ nec eruditioni, nec Majorum

 no-

noſtrorum voluntati ſufficiunt; ſtatuerunt quippe iſti ſapientiſſimè, ut ſingulis annis ſingula Ciceronis volumina per vices explicentur; quòd verò mos iſte intermitti cœperit, facilè credendum eſt, ab ipſorum librorum defectu proveniſſe, qui cùm à noſtris Typographis ac Bibliopolis non ederentur, à remotis aliorum officinis peti debuerunt ſumptu majore, utilitate minori; ſiquidem ii, qui nunc in diſcipulorum manibus verſantur, mendis & erroribus ſunt refertiſſimi, atque adeò intellectu difficillimi.

Deinde verò ea adhuc tum à Magiſtris, tum à Diſcipulis audiebatur querela, quam jam olim doctiſſimus Ciceronis interpres Nicolaus Abram S. J. percrebuiſſe teſtatur: nihil videri ſterilius Cicerone, nihil ejus prælectione & explanatione moroſius, nihil ob antiquitatem obſcuram difficilius: exiguam eſſe occaſionem aut proferendæ eruditionis, aut evolvendæ antiquitatis, aut enodandæ difficultatis, cùm vaſtiſſimi illi commentatores, qui à paucis tamen habentur, in variis lectionibus, aut in exoticis digreſſionibus toti ſint, nihil interim, aut parùm adferant, quod Diſcipu-

ſcipulorum lectionem facilem reddat, & amœnam. Interim jacebat Cicero, qui tamen potiſſimùm in diſcipulorum noſtrorum manibus eſſe debuerat.

Conſultum utrique huic malo voluimus eo modo, ut in ſingulos annos ſingula Ciceronis volumina, ſi non tota, ſaltem magnam partem puro emendatóq; typo(qui, ut nonnemo prudenter exiſtimavit, inſtar Commentarii eſt) pretio etiam non adeò magno facilè comparare poſſent diſcipuli, ſimul & legendi tædio & intelligendi difficultate (prout anguſtæ quidem paginæ admittunt) levarentur.

Quare primùm ſingulis orationibus argumentum præmittimus, & Analyſin, ea ratione, ac ſæpè iisdem verbis, quibus P. du Cygne Ciceronis Orationes illuſtravit; è re diſcipulorum fore arbitrati, ſi in uno libro reperirent, quod in duobus conquirendum.

Additur deinde pluribus, ac difficilioribus periodis explanatio aliqua; ubi ne miretur lector, ſiquis futurus eſt paulò doctior, ea, quæ ſibi perſpicua videntur, appoſita etiam explicatione à nobis illuſtra-

ri; longior enim experiẽtia in tractandis Rhetoricæ diſcipulis commonſtravit, quàm neceſſarium ſit, ut tyroni pro diſpellendis antiquitatum tenebris lumen accendatur.

Quod ad Notas attinet, breves illæ ſunt, & quæ unicè utilitatem, neceſſitatémque ſpectant. Quid enim litibus illis variarum lectionum inutilibus & lectores fatigare & juvenes intricare oportet? Non hîc vaſta commentaria dare animus fuit, neque etiam verba qualiacunque Synonymiis duntaxat explicare, quod nonnulli ad alterum extremum declinantes fecêre. Non reprehendimus equidem præſtantiſſimos, qui in Ciceronem commentati ſunt, authores; quin ab his plurima derivavimus; ſed cùm neque Rhetoricam docentibus, neque diſcentibus, imò his multò minùs, vaſti illi tomi ad manus ſint, quin & illi ipſi à doctiſſimis conſcripti, ad doctiſſimorum duntaxat, non ad diſcipulorum captum videantur accommodati, mediâ eundum viâ fuit, ut & illi habeant, unde breviter dicendi artem illuſtrent; & iſti, unde leviore opera proficiant.

Era-

Eruditionem brevem inſperſimus; aliquam enim imperârunt ii, qui vitæ noſtræ rationibus præſunt; fuſiorem præſtitutæ libri anguſtiæ non admittebant. Habebunt tamen diſcipuli ubique, quod vel in tenui, & ab exiguo diſcant.

Atque utinam hac noſtrá operâ juvenum animos ad Ciceronem crebriùs volvendum poſſemus incitare! Invenirent in paucis his orationibus complura tum ad elocutionem, tum ad artem, tum ad antiquitatis Romanæ pulcherrimam ſcientiam breviter annotata.

Imò nec viri, ii præſertim, qui ſacram eloquentiam cum fructu, motu, & dignitate volunt profiteri, has Ciceronis orationes deberent dedignari. Is profectò eſt Cicero, à quo pænè ſolo, vera, ſolida & ad affectus hominum ciendos opportuna eloquentia poſſit addiſci; quod dudum ſensêre multi, & ſentirent plures, ſi ſibi Ciceronem haberent familiarem.

Legant & illi, qui civilia ac politica aliquando tractaturi ſunt negotia, planéque deprehendent, in Cicerone non ſolùm Latinitatem ſcholis utilem, & modum am-

plificandi, argumentandíque adoleſcentibus imitandum reperiri, ſed Romanæ Curiæ ſtylum, eruditiones utiles, doctrinas ethicas, vitæ honeſtæ principia atque axiomata plurima ad plurimnrum non mediocrem inſtitutionem contineri.

Neutiquam autem ii videri volumus, qui novo modo, nováque inventione Ciceroni pretium feecerint; aliud non egimus, quàm ut apum inſtar optima quæque ab optimis Authoribus, & potiſſimùm à P. Nicolao Abraham colligendo, Ciceronianæ eloquentiæ favum parabilem magis, & uſu faciliorem redderemus, quod ut ad Gloriam DEI unicè cedat, precamur.

FACULTAS
R. P. PROVINCIALIS.

EGO JOSEPHUS MAYR Soc. JESU per Superiorem Germaniam Præpoſitus Provincialis, facta mihi poteſtate ab Admodum Reverendo Patre Noſtro FRANCISCO RETZ Societatis univerſæ Præpoſito Generali, Librum, cui Titulus eſt: *Commentarius in Selectas M. T. Ciceronis Orationes*, à P. CHRISTOPHORO WAHL Societ. noſtræ Sacerdote conſcriptum, & à deputatis ejusdem Societatis Patribus lectum, probatúmque altera editione in lucem typis edi permitto, ac Domino Joanni Andreæ de la Haye, Bibliopolæ Academico Ingolſtadii jus concedo uſurpandi ad decennium Privilegii Cæſarei, quo Typographis ac Bibliopolis

om-

omnibus adimitur copia, vulgatos à Societatis JESU Patribus Libros absque Superiorum, Authorúmq; conſenſu recudendi, vel intra S. R. Imperii, & Provinciarum S. Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtati Hæreditario jure ſubjectarum fines importandi. Facultatem hanc de una duntaxat impreſſione intellectam manu mea, & ſolito Officii ſigillo firmavi Eberſpergæ 27. Decemb. Anno 1732.

(L.S.)

JOSEPHUS MAYR.

ORATIO
IN
L. PISONEM.

ARGUMENTUM.

NEmini, qui Ciceronis orationes legit, ignotæ eſſe poſſunt ejusdem inimicitiæ cum L. Piſone, & A. Gabinio, ortæ ex eo, quòd illi Conſules, P. Clodio tribuno plebis rogationem ſive legem in Ciceronem iniquiſſimam ferente, non modò non obſtiterant pro conſulari officio, ac poteſtate, verùm etiam nefarios Clodij conatus, & exitioſa Reipublicæ conſilia vehementer juverant. Abſuit Cicero Clodia lege pulſus per ſexdecim menſes. Reſtitutus præcipuâ Lentuli Conſulis operâ, memor injuriæ Piſonis & Gabinij, cùm alijs locis acerbè eos accuſavit, tum verò ſummo ſtudio egit in Senatu, habitâ, quæ extat, oratione de provincijs Conſularibus, ut Piſo è Macedonia, cui præerat, Gabinius è Syria revocarentur. In quam ſententiam S. C. factum eſt. Piſo, ut

è provincia rediit in civitatem, graviter coram Senatu de inſectatione Ciceronis conqueſtus eſt. Ad eam querelam, nactus occaſionem ulciſcendi doloris ſui, iracundè & acerbè hac oratione Cicero reſpondit, Pompejo & Craſſo II. Coſſ. A.V.C. 698. vel ut aliqui 699.

Genus Cauſæ eſt Demonſtrativum, character ſublimis & magnificus. Status eſt qualitatis: An L. Piſo ſit homo ſceleratus.

Divi-

Diviſio Orationis.

EXORDIUM.

EX abrupto eſt, ut in iracundia animi commoti ſit, quamvis pars aliqua, & principium deeſſe videatur. Invehitur in Piſonis indignitatem, quòd nulla virtute, ſed ſola commendatione nobilitatis, & ſimulata fronte, quâ vitia ſua texit, ad Conſulatum evectus ſit.

CONFIRMATIO.

PROPOSITIO. Piſo eſt homo ſceleratus.

Diſtributio in 3. partes.

1. Piſo improbè Conſulatum geſſit.
2. Turpiter, ac nefariè Provinciam Conſularem adminiſtravit.
3. In domeſtica & privata vita multa egit nequiter, luxurioſè, crudeliter, & avarè.

PERORATIO.

Judicium de repetundis Piſoni comminatur, quamvis etiam oſtendat, fortunam Piſonis non eventu judicii, ſed ipſius factis eſſe ponderandam, eúmque ſine judicum ſententia jam eſſe damnatum.

ORATIO.

Deeſſe principium videtur.

1. *Interrogatio. Repetitio.*

Jámne vides bellua? jámne ſentis, quæ ſit hominum querela frontis tuæ? Nemo queritur Syrum, neſcio quem, de grege novitiorum, factum eſſe Conſulem

Jámne vides: Hic locus vel ideò obſcurus eſt, quia Exordium, à quo dependet, temporis injuriâ periit. Videtur ergo hæc poſtrema pars eſſe exordii, quâ dicit Cicero, ſibi Magiſtratus ex virtutis opinione, Piſoni ex ſola nobilitatis commendatione contigiſſe.

Bellua: Eos belluas vocamus, qui ita ſe gerunt, ut non rationi, ſed belluinis cupiditatibus obſecundent.

Frontis tuæ: Senſus eſt: vidéſne, quid adverſùm te conquerantur homines, quòd nempe decepti ſint exteriore frontis tuæ ſeveritate, ut te idcirco ad honores promoverint.

Nemo queritur: Non queruntur homines, quòd promoverint ſervum & mancipium aliquod (quemadmodum Syri ſunt) decepti nigro ejus colore, & horridâ facie &c. ſed hoc queruntur, quòd virtutis ſimulatione decepti, libidinoſum hominem & nequam, frontis integumento flagitia ſua obtegentem, te nempe Piſonem, ad Conſulatum promoverint.

Syrum: Syri nomen plerumque pro ſervo & mancipio tum uſurpabatur. Addit contemptûs causâ, *neſcio quem*,

ſulem. Non enim nos color iſte ſervilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in errorem homines impulit: hic eos, quibus eras ignotus, decepit, fefellit, induxit. Pauci iſta tua lutulenta vitia noveramus, pauci tarditatem ingenii, ſtuporem, debilitatémque linguæ: nunquã erat audita vox in foro: nunquam periculum factum

Enumeratio partium.
Diſſoluta.
Repetitio.
Synonymia.
Inductio.

quem, de grege, & turba, *novitiorum*, qui aliunde recèns advenerint, in ipſis miniſteriis ſervorum nedum inſtructi; non enim origine Romanus erat Piſo.

Color iſte ſervilis: Non decepti ſunt nigro illo Syrorum colore; Syri enim atri coloris.

Non piloſæ genæ: Virtutis indicium ſæpè deſumebatur ab neglecto cultu corporis, à proxiliore barba, quæ gravitatem conciliat, à ſenectute, quæ ex putridis dentibus colligitur; ſed non tam iſta in Piſone deceperunt, quàm ejus frons, oculi &c. Severitas nempe exterior, & affectata ſpecies virtutis.

Qui ſermo &c. Ex cujus ſolo aſpectu facilè mores cujúsq; noſcuntur, ut Ovidius ait:
Sæpe tacens vocem, verbáque vultus habet:

Induxit. In fraudem nempe.

Lutulenta vitia: Quædam exemplaria habent *luculenta*; quaſi magna & immania, ſed magis arridet, vitia Piſonis dici *lutulenta*, quòd eſſet *amica luto ſus, & Epicuri de grege porcus*, nec ſolùm luxurioſus eſſet, ſed etiam ſordidè luxurioſus, ut infrà dicetur.

Nunquam erat audita vox: Inductione probat Piſonem nullum unquam virtutis politicæ ſpecimen edidiſſe Virtus enim politica tribus maximè continetur. 1. In judicijs causísque forenſibu tractandis. 2. Dicendâ in Se

 natu-

Polyſyndeton.

Exclamatio cum indignatione.

factum conſilii; nullum non modò illuſtre, ſed ne notum quidem factum, aut militiæ, aut domi. Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil, præter colorem. Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum! Mihi iſta licet de me vera cum gloria prædicare. Omnes enim honores populus Roma-

natu ſententiâ, & Reip. conſulendo. 3. In gerendis Magiſtratibus, & arte militari. Sic pro Cœlio: *poſtquam in curia, in roſtris, in Republ. floruiſſet.*

Obrepſiſti ad honores: Magiſtratus obtinuiſti per fraudem te inſinuans, & multos planè in omnes partes fefelliſti. *Eras enim hominum opinioni, nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus.* Pro Sextio.

Fumoſarum imaginum: Nobilitatis, quæ imaginum, quas tibi majores tui tradiderunt, multitudine ſignificatur: quæ imagines propter vetuſtatem fumo & fuligine conſperſæ nigredinem contraxerunt. Servabantur hæ majorum imagines in veſtibulo vel atrio domûs, ubi diebus feſtis ſolebat ignis accendi in eorũ honorẽ.

Præter colorem: Atri coloris fuiſſe Piſonem apparet ex quibusdam fragmentis primæ partis in hac oratione, quæ Aſconius refert, ubi Cicero: *Qui colore ipſo patriam aſpernaris, oratione genus.* Patriam, id eſt, Galliam, quæ nomen à lacte ſortita putatur; ergo, qui non retulit colorem patriæ, ſed fumoſarum imaginum, quibus in hoc uno ſimilis erat.

Is mihi etiam: Et iſte *mihi* audeat gloriari! mihi, ſicut ferè in germanico, energiæ gratiâ interſeritur. Piſo gloriabatur, quòd populus ſibi honores communi ſuffragio ſemper, & ſine repulſa detulerit.

Omnes enim honores: Omnes

Romanus mihi ipſi homini novo detulit. Nam tu cùm Quæſtor es factus, etiam qui te nunquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Ædilis es factus: Piſo eſt à populo Romano factus, non iſte Piſo. Prætura item majoribus delata eſt tuis. Noti erant illi mortui. Te vivum nondum

Conduplicatio.

Antitheta.

nes Magiſtratus populus R. mihi Ciceroni, non familiæ meæ & majoribus detulit: *Homini novo*: Qui ignobilis genere, non clarus à majoribus, recèns & primus in meam familiam nobilitatem induxi, & poſtquam curulem magiſtratum ut Ædilis geſſi, jus quoque imaginis tradendæ poſteris obtinui.

Cùm quæſtor: Quæſtores erant, qui publicos reditus, & ærarium curabant, alii Urbani, alij Provinciales. Quæſtura, primus Magiſtratus urbanus, quæ non poterat peti ante annum ætatis XXVII.

Nomini mandabant tuo. Hunc honorem tibi propter nobilitatem majorum tuorum, & propter ſolum Piſonis nomen tribuebant, quia à Piſonum familia nobili eras oriundus, ut infrà: *Piſo, non iſte Piſo*.

Ædilis es factus: Ædilitatem curulem es conſecutus. Nota hîc figuram Conduplicationis pro exemplo illius, quod dicit Cyprianus; Cùm *primo verbo, longo poſt intervallo redditum eſt ultimum, & media primis, & mediis ultima congruunt*. 1. Duo membra eodem vocabulo terminantur: *Ædilis es factus, Piſo eſt à populo R. factus*. 2. ad idem verbum redit in fine, unde exorſa eſt oratio: *Piſo eſt à populo R. factus, non iſte Piſo*. Eſt elegans hæc figurarum mixtura.

Piſo eſt &c. Nobilitati & familiæ tuæ, non moribus, & vitæ delata eſt ædilitas. Quoties hoc acumen in adagiis noſtris applicari poſſet? Piſo ſecundùm nomen & familiam; non iſte Piſo ſecundùm perſonam, juxta merita.

Simil. cad. dum noverat quiſquam. Me cùm
Ant theta. Quæſtorem in primis, Ædilem prio-
Paronomaſia. rem, Prætorem primum cunctis ſuffra-
Adiunctio. giis populus Romanus faciebat, homi-
CONFIRMATIO. ni ille honorem, non generi: moribus,
non majoribus meis, virtuti perſpe-
Pars I. ctæ, non auditæ nobilitati deferebat.
Dubitatio. Nam quid ego, de Conſulatu loquar è
Conceſſio & Permiſſio. Parto vis, ánne geſto? Miſerum me,
Exclamatio. cum hac me peſte, atque labe confero!
Sed

Quæſtorem in primis: Nota, quæſtorem *in primis*, quo magnus fuiſſe quæſtorum numerus oſtenditur, atque Ciceronis tempore ferè viginti; horum inter primos Cicero creatus eſt.

Ædilem priorem: Ædiles Curules erant duo: prior Cicero declaratus. Ædilis erat, qui ædes ſacras, & publicas curabat. Ædiles *Curules* dicti à ſella curuli, quâ ex ebore factâ Magiſtratibus ſolis uti licebat.

Prætorem primum. Prætores erant, qui in Magiſtratu proximi à Conſulibus erant, ita dicti, quia vel *præibant* vel quia *præerant*. Prætor autem primus, qui vel plura ſuffragia tulerat, vel inter prætores primus lectus & denunciatus, vel qui juri inter cives dicundo præſideret. Prætor initio unus erat Romæ, paulatim numerus ad octo aſcendit.

Non auditæ nobilitati: Populus R. hæc mihi munera mandavit, propter virtutes, non propter nobilitatem, ſicut tibi. De qua nobilitate aliquid duntaxat audivit populus. *Nobilitas ſola* autem eſt, *atque unica Virtus*, ut Juvenalis.

Nam quid ego: Tranſitio, eſt oratoria, quam figurâ dubitationis illuſtrat Hæc enim particula *nam* ſæpè vim habet tranſitionis.

Parto vis, ánne geſto? Dubitatio: An loquar de conſulatu, quomodo obtentus ſit, an quomodo ſit geſtus à

Miſerum me! Retractatio, eſt, quâ ſe ipſum corrigit:

Quia

Sed nihil comparandi cauſâ loquar: ac tamen ea, quæ ſunt longiſſimè disjuncta, comprehendam. Tu Conſul es renuntiatus (nihil dicam gravius, quàm quod omnes fatentur) impeditis Reipublicæ temporibus, diſſidentibus Coſſ. Cæſare, & Bibulo, cùm hoc non recuſares, quin ij, à quibus dicebâre Conſul, te luce dignum non putarent, niſi nequior, quàm Gabinius exſtitiſſes. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me univerſa civitas, non priùs tabellâ, quàm voce priorem Conſulem de-

DE CONSULATU.
Antitheta. Comparatio ſui & Piſonis.
Repetitio.

Quid, inquit? cur mihi ſummam ipſe facio injuriam, qui me civium clariſſimum, & Reipublicæ ſalutarem, cũ hoc peſtifero cive confero, qui urbem ſuorum ſcelerum contagione funeſtat, labefactátque Rempublicam. Loquitur in abſtracto, nec dicit: *peſtifero*, ſed *peſte &c.*

Longiſſimè disjuncta. Utriusque nempe conſulatum, meum dignitate & virtutibus plenum: tuum infamiâ & flagitiis.

Tu Conſul es renuntiatus &c. Tu Conſul es declaratus voce Præconis & Conſulis, cùm libera non eſſet Respublica, ſed *impedita* in ferendis ſuffragiis, cùm Conſules Cæſar & Bibulus diſſiderent, cùm Bibulus nullas à Cæſare leges ferri pateretur de cælo ſervans, & obnuntians; Cæſar verò Bibulum è foro ejecerit, ſolúsque quodammodo adminiſtrârit Rempublicam.

Omnes Ordines: Senatorius, Equeſter, plebejus.

Non priùs tabellâ: Mihi Conſulatum cives univerſi, non ex tabella, & ſcripto, quod aliàs, ut eſſent liberiora populi ſuffragia, faciebant, ſed voce viva detulerunt.

Priorem Conſulem: Prior Conſul dicebatur, cujus nomen in faſtis priorem locum

Simil. cad. dum noverat quiſquam. Me cùm
Antitheta. Quæſtorem in primis, Ædilem prio-
Paronomaſia. rem, Prætorem primum cunctis ſuffra-
Adiunctio. giis populus Romanus faciebat, homi-
CONFIRMATIO. ni ille honorem, non generi: moribus,
non majoribus meis, virtuti perſpe-
Pars I. ctæ, non auditæ nobilitati deferebat.
Dubitatio. Nam quid ego de Conſulatu loquar è
Conceſſio & Permiſſio. Parto vis, ánne geſto? Miſerum me,
Exclamatio. cum hac me peſte, atque labe confero!
Sed

Quæſtorem in primis: Nota, quæſtorem *in primis*, quo magnus fuiſſe quæſtorum numerus oſtenditur, atque Ciceronis tempore ferè viginti; horum inter primos Cicero creatus eſt.

Ædilem priorem: Ædiles Curules erant duo: prior Cicero declaratus. Ædilis erat, qui ædes ſacras, & publicas curabat. Ædiles *Curules* dicti à ſella curuli, quâ ex ebore factâ, Magiſtratibus ſolis uti licebat.

Prætorem primum. Prætores erant, qui in Magiſtratu proximi à Conſulibus erant, ita dicti, quia vel *præibant* vel quia *præerant*. Prætor autem primus, qui vel plura ſuffragia tulerat, vel inter prætores primus lectus & denuntiatus, vel qui juri inter cives dicundo præſideret. Prætor initio unus erat Romæ, paulatim numerus ad octo aſcendit.

Non auditæ nobilitati: Populus R. hæc mihi munera mandavit, propter virtutes, non propter nobilitatem, ſicut tibi. De qua nobilitate aliquid duntaxat audivit populus. *Nobilitas ſola* autem eſt, *atque unica Virtus*, ut Juvenalis.

Nam quid ego: Tranſitio eſt oratoria, quam figurâ dubitationis illuſtrat. Hæc enim particula *nam* ſæpè vim habet tranſitionis.

Parto vis, ánne geſto? Dubitatio: An loquar de conſulatu, quomodo obtentus ſit, an quomodo ſit geſtus?

Miſerum me! Retractatio, eſt, quâ ſe ipſum corrigit:

Quid

Sed nihil comparandi cauſâ loquar: ac tamen ea, quæ ſunt longiſſimè disjuncta, comprehendam. Tu Conſul es renuntiatus (nihil dicam gravius, quàm quod omnes fatentur) impeditis Reipublicæ temporibus, diſſidentibus Coſſ. Cæſare, & Bibulo, cùm hoc non recuſares, quin ij, à quibus dicebâre Conſul, te luce dignum non putarent, niſi nequior, quàm Gabinius exſtitiſſes. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me univerſa civitas, non priùs tabellâ, quàm voce priorem Conſulem de-

DE CONSULATU.
Antitheta. Comparatio ſui & Piſonis.
Repetitio.

Quid, inquit? cur mihi ſummam ipſe facio injuriam, qui me civium clariſſimum, & Reipublicæ ſalutarem, cũ hoc peſtifero cive confero, qui urbem ſuorum ſcelerum contagione funeſtat, labefactátque Rempublicam. Loquitur in abſtracto, nec dicit: *peſtifero,* ſed *peſte &c.*

Longiſſimè disjuncta. Utriusque nempe conſulatum, meum dignitate & virtutibus plenum: tuum infamiâ & flagitiis.

Tu Conſul es renuntiatus &c. Tu Conſul es declaratus voce Præconis & Conſulis, cùm libera non eſſet Respublica, ſed *impedita* in ferendis ſuffragiis, cùm Conſules Cæſar & Bibulus diſſiderent, cùm Bibulus nullas à Cæſare leges ferri pateretur de cælo ſervans, & obnuntians; Cæſar verò Bibulum è foro ejecerit, ſolúsque quodamodo adminiſtrârit Rempublicam.

Omnes Ordines: Senatorius, Equeſter, plebejus.

Non priùs tabellâ: Mihi Conſulatum cives univerſi, non ex tabella, & ſcripto, quod aliàs, ut eſſent liberiora populi ſuffragia, faciebant, ſed voce viva detulerunt.

Priorem Conſulem: Prior Conſul dicebatur, cujus nomen in faſtis priorem locum

exercitu & pecuniâ inſtructam, & ornatam, quam cum Antonio communicavi (quòd ita exiſtimabam tempora Reipubl. ferre) in concione depoſui reclamante populo Romano. Ego L. Catilinam cædem ſenatûs, interitum urbis non obſcurè, ſed palàm molientem, egredi ex urbe juſſi: ut, à quo legibus non poteramus, mœnibus tuti eſſe poſſemus. Ego tela extremo menſe Conſulatûs mei intenta jugulis civitatis de conjuratorum nefariis manibus extorſi. Ego faces jã accenſas ad hujus urbis incendium, comprehendi, protuli, extinxi.

Repetitio. *Adjunctio.* *Allegoria.* *Metonymia.* *Diſſoluta.*

---

les ſolebant provincias ſortiri, vel inter ſe comparare, id eſt, extra ſortem convenire inter ſe, quam quiſque provinciam in annum ſequentem obtineret. Cicero cùm Antonium Macedoniæ cupidum videret, eam ultrò ipſi ſine ſorte conceſſit, ut Collegam hoc obſequio mitigatum ad Reipubl. partes adduceret. Ac ne Galliam quidem, quam in illa provinciarum comparatione obtinuerat, retinuit, ſed eam deinde in concione depoſuit, quòd id putaret Reipublicæ rationibus expedire.

Ego L. Catilinam: Quid contra Catilinæ inſidias egerit, notum eſt, & videri poteſt in Orat. Catilinaria.

A quo legibus: Cùm nihil adverſus eum proficerent noſtræ leges, noſtra edicta &c.

Ego faces: Effectum poſuit pro cauſa; non enim faces jam accenſas, ſed conjuratorum litteras per L. Flaccum Prætorem in ponte Milvio comprehendit, protulit, in Senatu recitavit, atque hac ratione deſtinatum urbis incendium reſtinxit.

tinxi. Me Q. Catulus Princeps hujus 3.
Ordinis, & auctor publici conſilii, frequentiſſimo Senatu, parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clariſſimus, qui propter te ſedet, L. Gellius his audientibus civicam coronam deberi à Republ. dixit. Mihi togato Senatus non, ut multis bene geſtæ, ſed ut nemini, conſervatæ Reipublicæ ſingulari genere ſupplicationis, Deorum immortalium templa patefecit. Ego, cùm

Atteſtimoniis. Traductio & Repetitio.

Antitheta.

Q. Catulus: Q. Catulum laudat, ut major ſit illius judicii, & laudationis auctoritas; nam iſte Ciceronem appellavit Patrem patriæ, quo nomine nemo alius hactenus afficiebatur: Ut ait Plinius l. 7. c. 30. alloquens Ciceronem: *Salve primus omnium Pater Patriæ appellate.*

Propter te, Prope te.

Civicam Coronam: Ita Gellius: *Coronâ civicâ L. Gellius vir cenſorius in ſenatu Ciceronem Conſulem donari à Republ. cenſuit: Quòd ejus operâ eſſet atrociſſima illa Catilinæ conjuratio detecta, vindicatáque.* Dabatur autem Corona civica, quæ ex querna fronde erat, ei, qui cives ſervâſſet.

Mihi togato: Decrevit ſenatus, ut in honorem meum ad deorum templa & pulvinaria ſupplicatio procederet, quæ ſupplicatio tantò mihi honorificentior fuit, quantò magis fuit ſingularis, quippe quæ nec viris *togatis*, id eſt, ijs qui in urbe & foro Rempubl. adminiſtrârunt, unquam decreta ſit, nec ijs, qui armis Reipublicæ fines propagârunt, eâ verborum formulâ, ut ſervatores Reipubl. nominarentur.

Supplicatio: Vulgò proceſſio; quanquam etiam proceſſio latinè dicatur, ut in Orat. pro Leg. Manilia oſtendimus.

Ego cùm: Ego, cùm in Roſtris, populo ad concio-

cùm in concione abjens magiſtratu di-
cere à Tribunoplebis prohiberer, quæ
conſtitueram; cúmque is mihi tantum-
modo, ut jurarem, permitteret: ſinè
ulla dubitatione juravi, Rempubl. at-
que hanc urbem, meâ unjus operâ,
eſſe ſalvam. Mihi populus Romanus
univerſus illa in concione non unjus
diei gratulationem, ſed æternitatem;
imortalitatémque donavit, cùm me-
um jusjurandum tale, atque tantum
juratus ipſe una voce & conſenſu ap-
probavit. Quo quidem tempore, is
meus domum fuit è foro reditus, ut
he-

nem vocato deponens Conſulatum dicere à Qu. Metello Nepote Tribunoplebis prohiberer, cúmque idem Metellus tantummodò permitteret, ut ſecundùm morem Majorum jurarem, me nihil feciſſe contra leges: non ſervavi conſuetam jurandi formulam: ſed ita mihi rerum à me geſtarum conſcius eram, ut ſine ulla dubitatione juraverim; meâ unius operâ Rempubl. fuiſſe à conjuratione & interitu liberatam.

Mihi pop. R. Tantum ex eo populi Romani ſtudio & approbatione in meum nomen decoris, gloriæque manavit, ut honos ille non cum unius diei gratulatione finitus ſit, ſed ad æternitatem nominis mei redundârit. Hanc enim gratulationem excipient omnes anni conſequentes, nec ulla unquam ætas de populi Romani in me ſtudiis conticeſcet.

Cùm meum jusjurandum: Cùm meum juramentum eo conſenſu excepit, ut ipſe populus R. juraret meâ unius operâ ſalvam eſſe Rempublicam, méque proinde haudquaquam peierare.

Quo quidem tempore: Quo juramento concepto ſic è fore

nemo, niſi qui mecum eſſet, civium eſſe in numero videretur. Atque ita eſt à me Conſulatus peractus, ut nihil ſine conſilio ſenatûs, nihil non approbante populo Romano egerim, ut ſemper in Roſtris curiam, in ſenatu populum defenderim, ut multitudinem cum principibus, Equeſtrem ordinem cum Senatu conjunxerim. Expoſui breviter Conſulatum meum. Aude nunc, O Furia, de tuo dicere. Cujus fuit

Occupatio. *Repetitio.* *Adjunctio.* *Simil. deſin.* 4. *Tranſitio ad Conſulatum Piſonis.*

foro & concione ad montē Palatinum, meámque domum aſcendi, ut me populus univerſus honoris cauſâ deduceret, adeò, ut qui me non deducebat, is unus è conjuratis eſſe videretur, & à Reipubl. rationibus alienus.

Qui mecum eſſet : Qui me comitaretur. Solebant antiqui, ut ſua in primarios cives ſtudia demonſtrarent, eos comitari & honoris cauſâ deducere.

Atque ita : Obijci poterant duo: alterum, quòd tyrannicè, & oppreſſa ſenatûs auctoritate geſſiſſet Rempublicam: alterum, quòd non tam conjurationem repreſſiſſet, quàm novarum ſeditionum cauſas ſeminâſſet; quam utramque objectionem prudenter occupat, docétque, ſe & ſenatûs conſiliis uſum fuiſſe, & paci concordiæque ſtuduiſſe.

Conjunxerim : Fecerim, ut in pace & mutua concordia viverent principes urbis cum plebeis, Equeſter Ordo cum ſenatorio.

Expoſui breviter : Perſpicua tranſitio duobus Iſocolis contenta.

O furia : Furiam appellat, quia Patriæ Erynnis fuit, ut Virgilius loquitur, & Rempublicam ſeditionibus, factionibúsque turbaverat.

Cujus fuit initium : Conſulatus tuus incepit à ludis compitalitiis, quos olim prohibitos à Conſulibus L. Metello & Q. Marcio, tu renovâſti, & denuò fieri permiſiſti.

Lud-

ſuit initium ludi compitalitii, tum primùm facti poſt L. Metellum, & Q. Marcium Conſules, contra auctoritatem hujus Ordinis: quos Q. Metellus (facio injuriam fortiſſimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) ſed ille deſignatus Conſul, cùm quidẽ tribunus plebis ſuo auxilio Magiſtros ludos contra Senatûsconſultum facere juſſiſſet, privatus fieri vetuit; atque id, quod nondum poteſtatè

Similit. cad.

Ludi Compitalitii: Ludi hi dicebantur à compitis & publicis plateis, in quibus fiebant, à ſervis in honorem Larum & Geniorum, ut vocabant, Compitalium. Cùm autem ſenatus vereretur, ne ſervi prætextu & occaſione ludorum iſtorum aliquid contra ſalutem Reipublicæ molirentur, eos ludos fieri prohibuit Coſſ. Metello & Marcio, decem annis ante Piſonis & Gabinii Conſulatum.

Quos Q. Metellus: Sic conjungat tyro: tuus Conſulatus ſtatim incepit à ludis compitalitiis renovatis, quos ludos Q. Metellus (verba *ſed ille* propter parentheſim adiecta ſunt, i. e. ſed ille quidem deſignatus Conſul, adhuc tamen privatus) fieri vetuit, cùm juberet aliquis ex tribunis plebis, ut Magiſtri facerent eos ludos contra S. C. id eſt, ſenatusconſultum.

Suo auxilio: Promittens ſe pro tribunitia poteſtate auxilio futurum contra eos, qui impedirent.

Magiſtros, ludos: Cùm juſſiſſet Magiſtros, id eſt, Præfectos vicorum, facere eos ludos, obſtitit Q. Metellus ſua auctoritate ſaltem, quandoquidem tanquam deſignatus tantùm Conſul non potuit poteſtate.

Privatus: Deſignatus quidem Conſul, ſed nondum gerens Magiſtratum.

ſtate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cùm in III. kalend. Jan. Compitaliorum dies incidiſſet, Sext. Clodium, qui nunquam anteà prætextatus fuiſſet, ludos facere, & prætextatum volitare paſſus es, hominem impurum, atque non modò facie, ſed etiam oculo tuo digniſſimum. Ergo his fundamentis poſi-

Tu cùm: Reprehenditur Piſo Q. Metelli comparatione per antitheſin. 1. Quòd Metellus ludos prohibuerit, Piſo fieri permiſerit. 2. Piſo jam Conſul, Metellus deſignatus duntaxat. 3. Metellus exhiberi vetuerit per eos, qui purpuræ & prætextæ jus ad ludos edendos neceſſarium jam anteà habuiſſent, quales erant magiſtri vicorum: Piſo ab eo fieri permiſerit, qui nunquam anteà Prætextatus fuiſſet.

In III. Kal. Jan. Cùm feſtus ille dies incideret in penultimum Decembris; nam Menſe Decembri celebrabant antiqui Saturnalia, & his ſtatim annexus erat Dies Compitaliorum, non ſtatus, & certus, ſed modò hic, modò alius.

Sex. Clod. Fuit familiariſſimus P. Clodii & operarum Clodianarum dux: quo auctore poſteà, illato ab iis corpore Clodii occiſi, curia cum eo incenſa eſt.

Prætextatus: Vidè ſuprà. Magiſtros hos ludos feciſſe prætextatos. De prætexta alibi. Vide Indicem.

Prætextatum volitare: Magiſtrum ludorum cum prætexta & lictoribus impunè per urbem incedere paſſus es. *Volitare* impunitatem oſtendit, ut in Sextiana: *Alacres latósque volitare*, & oſtentationem, ut in Virgil. *Ductores oſtro volitant auroque decori.*

Non modò facie. Ad Piſonis deformitatem alludit, de qua ſuprà, *color ſervilis, piloſa gena*: Alibi: *auſus es iſto oculo, iſta fronte &c.* Clodius itaque dignus erat Piſone, ſicut dicimus; *Dignum patellâ operculum.*

poſitis Conſulatûs tui, triduo pòſt, inſpectante & tacente te, à P. Clodio, fatali portento, prodigióque Reipublicæ, Lex Ælia & Fuſia everſa eſt, propugnacula, murique tranquillitatis, atque otii: Collegia, non ea ſolùm, quæ Senatus ſuſtulerat, reſtituta, ſed innumerabilia quædam nova ex omni fæce urbis ex ſervitio concitata. Ab eodem homine in ſtupris inauditis, nefariiſque verſato, vetus illa magiſtra pudoris

Metaphora.

Inſpectante & tacente te: Imputatur Conſuli, quòd permiſerit à Clodio leges bonas abrogari.

Fatali portento: Qui quaſi fatis eſſet miſſus, videri potuit ad lacerandam, perdendámque Rempublicã factus.

Lex Ælia & Fuſia. Leges, quas Ælius & Fuſius tulêre, everſæ ſunt. *Lex Ælia* de auſpiciis erat, obnuntiatione Augurum & Magiſtratuum, ac interceſſione tribunorũ, jubebátque, ut eo die, quo obnuntiatum aut interceſſum fuiſſet, comitia ſolverentur, nec omnino cum populo ageretur. Lex verò *Fuſia* diebus faſtis cum populo agi prohibebat &c. has autem leges propugnaculum Reipublicæ vocat, quia per has leges tollebatur legum tribunitiarum multitudo, quas ſi ſingulis diebus ſine interceſſione & obnuntiatione ferre licuiſſet, multæ ſeditiones extitiſſent.

Collegia: Erant Collegia, ſodalitates ſive conventus, certorum hominum unam artem profitentium. Invaluêre nimis multa cum tempore, & ſeditionibus multis occaſionem præbuêre. Itaque per ſenatuſconſultum ſublata ſunt, reſtituta autem à Clodio, connivente Piſone, imò nova etiam concitata ex fæce hominum.

Seve-

ris & modeſtiæ, ſeveritas Cenſoria ſublata eſt, cùm tu interim, buſtum Reipubl. qui te Conſulem tum Romæ dicis fuiſſe, verbo nunquam ſignificâris ſententiam tuam tantis in naufragiis civitatis. Nondum quæ feceris, ſed quæ fieri paſſus ſis, dico. Neque verò multùm intereſt, præſertim in Conſule, utrùm ipſe pernicioſis legibus, improbis concionibus Rempublicam

Definitio. *Metaphora.* *Traductio.* 5. *Sententia.*

Severitas Cenſoria: Cenſorum officium erat apud Romanos perquàm ſeverum. Nam cenſores in quorumvis hominū mores inquirebant, malos plectebant, Equeſtris etiam Ordinis viros dignitate deijciebant, ſenatores ſenatu movebant, ſiqui intemperanter & inordinatè vixiſſent. Hujus ſeveritatis ſexcenta apud Livium exempla ſunt. Cato cùm eſſet cenſor, ſenatu movit Manilium, qui Conſul futurus videbatur, propterea, quòd ſuam uxorem interdiu, & vidente filia fuerat oſculatus. Alius pænè damnatus fuiſſet, quòd coram Cenſore clarè nimis & ſonorè oſcitâſſet.

Sublata eſt: Clodius tum in aliis rebus Cenſorū minuebat auctoritatem, tum prohibebat ne Cenſores quemquam ſenatu deijcerent, niſi qui apud eos accuſatus, damnatúsque fuiſſet cenſoria utriusque ſententiâ.

Buſtum Reipubl. Tradit alicubi Cicero, ne naufragio finias, cùm ab incendio & flamma inceperis. Aptè tamen hoc loco utraque translatione Reipublicæ calamitatem exaggerat, quaſi flamma cum fluctibus conjurârit ad Reipublicæ perniciem.

Neque verò multùm intereſt &c. Quisquis enim patitur peccare peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciæ. Seneca Tragœdus: *In me culpa cunctorum redit; qui non vetat peccare cùm poſſit, jubet.* In Troad. act. 2.

ac

raductio. cam vexet, an alios vexare patiatur. An poteſt ulla eſſe excuſatio, non dicã male ſentienti, ſed ſedenti, cunctanti, *Inciſa.* dormienti in maximo Reipublicæ motu Conſuli? Centum propè annos Legem Æliam & Fuſiam tenueramus, *Laus Legis Cenſoria.* quadringentos judicium, rationémque cenſoriam. Quas leges auſus eſt nonnemo improbus potuit quidem nemo convellere: quam poteſtatem minuere, quò minùs de moribus noſtris quinto quóque anno judicaretur, nemo tã *Adjunctio.* effusè petulans conatus eſt. Hæc ſunt, ô carnifex! in gremio ſepulta Con- *Epiphonema. Allegoria.* ſulatûs

Sed Sedenti: Otianti, non auxilianti.

Centum prope annos: Legem Æliam ab anno 586. à M. Ælii & M. Junii Conſulatu, Fuſiam ab anno V. C. 617. quo P. Furius, ſive Fuſius Conſul eam tulit.

Quadringentos: A. M. Geganii Macerini ſecundo, & Titi Quintii Capitolini quinto Conſulatu.

Quas leges: Cæterorum Conſulum tacita comparatione Piſonem reprehendit. Legem Æliam & Fuſiam nonnemo improbus Tribunus plebis conatus eſt abrogare, ſed ſemper his conatibus Conſules obſtiterunt; at Piſo paſſus eſt eas à Clodio abrogari.

Quam poteſtatem: Cenſoriam. Iterum id ad Piſonis infamiam redundat. Plus efficere potuit Clodius Piſone Conſule, quàm aliis Conſulibus vel petulantiſſimi tentaverint.

Hæc ſunt: Per epiphonema rei indignitatẽ oſtendit, ducta à funeribus translatione.

Carnifex! Carnificem appellat Piſonem, vel quòd excarnificâſſet Rempublicam, vel quòd eſſet dignus carnifice, dignus qui *caro fiat*, qui lanietur.

Per-

ſulatûs tui. Perſequere connexos his funeribus dies. Pro Aurelio tribunali, ne connivente quidem te (quod ipſum eſſet ſcelus) ſed etiam hilarioribus oculis, quàm ſolitus eras, intuente, delectus ſervorum habebatur ab eo, qui nihil ſibi unquam nec facere, nec pati turpe eſſe duxit: arma in templo Caſtoris, ô proditor templorum omnium! vidente te, conſtituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit, te Conſule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, caſtellum forenſis latrocinii, buſtum legum omnium, ac religionum. Erat

Definitiones.

Perſequere connexos his funeribus &c. pergeRempublicã comburere, funeri dare etiam reliquo tempore, ut cœpiſti. Manet in allegoria, *ſepulta &c.* Dies funeri connexos vocabant eos, qui inter ipſum diem funeris, & novendiale ſacrum intercedebant, quibus varia pro more agebant.

Pro Aurelio tribunali: Tribunal hoc erectus in foro locus erat, ab Aurelio Cotta nominatus.

Ab eo, qui: à Publio Clodio paſſus es ſeditioſos ſervos conſcribi.

Arma in templo: Templum Caſtoris & Pollucis erat in ipſo foro; hoc tanquam latrocinii arcem Clodius armatis hominibus occupârat, ut inde Comitia diſturbaret, ſuóſque ſicarios in concionem immitteret.

O proditor templorum. Qui templum Caſtoris & ædem Nympharum, ut à Clodio incenderetur, prodidiſti.

Buſtum legum &c. Quo templo à ſeditioſis occupato leges Ælia & Fuſia deflagrârunt, quæ leges auſpicia hactenus ſumma religione ſervata continebant.

Inciſa & Diſſoluta.

Erat non ſolùm domus mea, ſed totum Palatium ſenatu, Equitibus Romanis, civitate omni, Italiâ cunctâ refertum: cùm tu non modò ad eum Ciceronem

Ab adjunctis perſonæ.

(mitto enim domeſtica, quæ negari poſſunt: hæc commemoro, quæ ſunt palàm) non modò, inquam, ad eum, cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogativæ, quem in ſenatu ſententiam rogabas tertium, nunquam adſpirâſti: ſed omnibus conſi-liis

Erat non ſolùm: Cùm plerique omnes ex ſenatu & Equeſtri Ordine, neque ſolùm ex veteribus civibus, ſed etiam ex Italia poſt bellum ſociale recèns in civitatem adſcriptis, ita frequenter auxilii conſiliíque dandi cauſâ domum meam convenirent, ut redundante multitudine totum montem Palatinum, in quo mea domus eſt, opplerent, nunquam accedere conatus es, ut amico indigniſſimè vexato aliquid opis Conſul adferres.

Primam Comitiis tuis tabulam: Tu mihi olim in Comitiis (ſive hæc conſularia fuerint, ſive alia pro alio Magiſtratu creando) dediſti tabulam, ut in prima centuria *primæ* claſſis ſuffragium ferrem, in quo multum benevolentiæ erga te meæ, multum fidei tribuere viſus es.

Prærogativæ: Prærogativa, ut in Verrinis diximus, propriè dicebatur tribus illa vel centuria, quæ in Comitiis primo loco ad ſuffragium vocabatur, quarum ſententiam plerique omnes ſequebantur, ita ut qui prærogativam habuerit, habuerit eminentiam ſuprà cæteros competitores.

Rogabas tertium: Conſul Piſo à Cicerone, tertiò loco ſententiam rogabat, poſt Pompejum fortaſſe, & Craſſum, abſente Cæſare, qui ſi adfuiſſet, eum ſine dubio Tullio prætuliſſet.

Nunquam adſpirâſti: Ad Ciceronem, ad me nunquam ve-

liis, quæ ad me opprimendū parabantur, non interfuiſti ſolùm, verùm etiā crudeliſſimè præfuiſti. Mihi verò ipſi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere auſus es? Egere, foris eſſe Gabinium: ſine provincia ſtare non poſſe: ſpem habere à tribunoplebis, ſi tua conſilia cum illo conjunxiſſes: à ſenatu quidem deſperâſſe: hujus te cupiditati obſequi, ſicuti ego feciſſem in Collega meo: nihil eſſe, quòd præſidium Conſulum implorarem: ſibi quémque conſulere oportere. Atque hæc dicere vix audeo. Vereor, ne qui ſit, qui iſtius inſignem nequitiam, frontis involutam integumentis, nondum venire voluiſti, nec cogitâſti venire.

6. *Oratio in directa.*

Parabantur: à Publ. Clodio.

Genero meo: Piſone Craſſipede Tulliæ meæ marito.

Foris eſſe Gab. Id eſt, debitorem eſſe Gabinium, non eſſe in ſuis numis, ſed in ære alieno, quia qui ſunt in ære alieno, non poſſunt facilè domi ſuæ conveniri, cùm à creditoribus conveniuntur, abdunt ſe in latebras, & per ſervos ſe foris eſſe reſpondent. Per modum adagii ſic dicebatur, ut ferè apud Germanos.

Spem habere à tribunoplebis: Provinciæ obtinendæ per rogationem tribuniplebis Publ. Clodii, ſi tu cum ipſo Gabinio conſilia tua conjunxeris.

A Senatu: Non eſſe ſpem porrò in ſenatu, cujus aliàs erat decernere, quænam eſſent in ſequentem annum futuræ provinciæ Conſulares.

Collega meo: C. Antonio.

Frontis involutam integumentis: Metuo, ne qui ſimulatione virtutis, quam Piſo præſefert, decepti fidē

dum cernat: dicam tamen. Ipſe certè agnoſcet, & cum aliquo dolore, flagitiorum ſuorum recordabitur. Meminiſtíne, cœnum, cùm ad te quintâ ferè horâ cum C. Piſone veniſſem, neſcio quo è gurguſtio te prodire, involuto capite, ſoleatum? & cùm iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam in-

Cœnum, Metonymia pro lutulento homine.

Hypothypoſis.

verbia denegent. Frontis integumenta vocat, & alibi frontis nubeculam, illam affectatam ſeveritatis ſimulationem, quâ nequitiam ſuam Piſo obtegebat, ſimilis illis, *qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.*

Meminiſtíne: Piſoni revocat in memoriam, quomodo Conſul temulentus ex popina quadam prodierit.

Cœnum: Homo tam lutulente, & in tam ſordidis vitiis toto corpore volutate, ut non tam cœnoſus & ſordidus, quàm ipſum cænum dicendus eſſe videaris. Abſtractum locô concreti ſæpiſſimè. Martialis:

> *Mentitur, qui te vitioſum Zoile dicit;*
> *Non vitioſus homo es, Zoile, ſed vitium.*

Quintâ ferè horâ: Manè quatuor horis, antequam alii ſoleant menſis accumbere. De horis Romanorum vide Indices.

Cum C. Piſone: Craſſipede, genero meo, tuo propinquo.

Neſcio quo è gurguſtio: E neſcio qua caupona anguſta & obſcura. Feſtus: *Gurguſtium genus habitationis anguſtum à gurgulione dictum.*

Involuto capite, ſoleatum: Utrumque erat à Romanorum moribus alienum. Neque enim caput niſi tempore pluvio ſolebant involvere, neque ſoleis uti, ſed calceis. Lipſius de Amphitheatro c. 18. aperto probavit capite fuiſſe Romanos, niſi cùm eſſent convivæ. Soleis ſive crepidis utebantur mulieres, & iis tantùm infima plantarum tegebant, cæteris pedum partibus propè nudis, & teretibus habenis vinctis.

Teterrimam nobis popinam: Te-

inhalâſſes, excuſatione te uti valetudinis, quòd diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus ſolere curari? quam nos cauſam cùm accepiſſemus (quid enim facere poteramus?) paulisper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo: unde tu nos cùm improbiſſimè reſpondendo, tum turpiſſimè eructando ejeciſti. Idem illo ferè biduo productus in concionem ab eo, cui ſic æquatum præbebas Conſulatum tuum, cùm eſſes interrogatus, quid ſentires de conſulatu meo: gravis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſo- *Ironica* *Comparatio.*

Teterrimum odorem in popina contractum halitu tuo nobis afflâſſes, excusâſti te, dixiſti &c.

In illo ganearum nidore: In illo nidore, quem ex ganea prodiens inhalabas. Feſtus: *Ganeum antiqui locum abditum, ac velut ſub terra dixerunt*: accipitur pro lupanari meretricum, guloſorum diverſorio, & popina.

Idem illo ferè biduo: Tu idem Piſo, biduo poſtquam mihi tam improbè reſponderas, productus in concionem à Clodio, cui ad vexandam Rempublicam totam, tui Conſulatûs vim, poteſtatémque tribuebas, ut æqualis tibi in poteſtate videretur, cùm eſſes interrogatus &c.

Gravis auctor: Per ironiam eum cum graviſſimis viris Atilio Calatino, Scipione Africano, Fabio Maximo confert, quòd morum ſeveritatem oſtentans nequitiam ſuam ſuperciliorum contractione & frontis integumentis involveret.

Cæſonius Semiplacentinus Calventius, reſpondes, altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, crudelitatem tibi non placere.

7. *Apoſtrophe objurgatoria.*

Hîc te ille homo digniſſimus tuis laudibus, collaudavit. Crudelitatis tu, furcifer, ſenatum Conſul in concione condemnas? Non enim me, qui

Non Cæſonius Semiplacentinus: Tanquam non loqueretur Piſo, homo *Cæſonius* à Patris cognomine, *Semiplacentinus* qui paterno genere Romanus fuit, materno Placentinus, adeóque *ſemiplacentinus*, Calventius ab avo ſuo Gallo vocatus, qui ex Gallia trans Alpes profectus Placentiæ conſederat.

Homo digniſſimus tuis laudibus: Digniſſimus, qui à te laudetur, cui majorem infamiam non poſſum imprecari, quàm ut tu eum viciſſim laudes, & quod dicitur, ſcabant mutua muli; ut enim bonorũ laudes honori ſunt, ſic contra laudes improborum ſunt infamiæ, ut infrà in hac oratione inſinuat.

Crudelitatis: Crudelitatis notam inurebat Ciceroni, cujus Conſulis juſſu, auctore tamen ſenatu, quinque cives Romani, conjurationis principes, in carcere eſſent interfecti.

Tu furcifer ſenatum Conſul. Nota ſingulorum verborum energiã. Primò ſenſum uno membro concludit, ut vibratior contorqueatur oratio. 2. *Furciferum* appellat, vel tanquam omni ſupplicio mactandum propter improbitatem: vel tanquam ſervum & Syrum neſcio quem, propter indolis & materni generis dignitatem. 3. Ait *condemnas*, non ſolum accuſas, quod eſt indigniſſimum, ut indictâ cauſâ condemnetur. 4. *Senatum*, qui eſt ordo ampliſſimus. Conſul, cujus eſt tum Reipublicæ paci & tranquillitati, tum vel maximè dignitati ſenatûs providere.

Non enim me: Non in me, ſed in ſenatũ redundat hæc infamia crudelitatis, quam mihi volebas aſpergere. Subintellige

qui ſenatui parui. Nam relatio illa ſalutaris & diligens fuerat Conſulis: animadverſio quidem & judicium ſenatûs. Quæ cùm reprehendis, oſtendis, qualis tu, ſi ita fortè accidiſſet, fueris illo tempore Conſul futurus. Stipendio mehercule & frumento Catilinam eſſe putâſſes juvandum. Quid enim interfuit inter Catilinam, & eum, cui tu ſenatûs auctoritatem, ſalutem civitatis, totam Rempublicam provinciæ præmio vendidiſti? Quæ enim L. Catilinam conantem Conſul prohibui, ea P. Clodium facientem Conſules adjuverunt. Voluit ille ſenatum

Piſonem & Socios eſſe Catilinæ ſimiles probat ab effectis. Adjunctio. Antitheta & ſubjectio.

intellige *condemnat.*

Qui ſenatui parui: Qui ſenatûs voluntatem ſum executus, jubentis, ut conjurati de medio tollerentur.

Nam relatio: Cùm ad ſenatum conſul de cauſa Catilinaria retuli. *Relatio* dicebatur id negotium, ea cauſſa, quam Conſul proponebat in ſenatu.

Quid enim: Probat, quod ſuperiùs aſſumpſerat, Piſonem, ſi eo tempore Conſul fuiſſet, auxilio futurum fuiſſe Catilinæ ad delendam Rempublicam, ſicut fuit Clodio.

Et eum: Publium Clodium, *cui tu ſenatûs auctoritatem*, eripiens ſenatui poteſtatem decernendæ provinciæ Conſularis lege Sempronia: *Salutem civitatis*, ſeditiones fovens & permittens ſervitia ad vim concitari: *provinciæ præmio*, pro provincia Macedoniæ, quam lege Clodia, non auctoritate ſenatûs obtinere cupiebas, contra legem Semproniã *vendidiſti*, & vexari, lacerarique permiſiſti.

Voluit ille ſenatum: Comparatio concinna Iſocoliis contenta, ut membra membris, paria paribus reſpondeant.

Iſocola. tum interficere, vos ſuſtuliſtis: leges incendere, vos abrogâſtis: interire patriam, vos adjuviſtis. Quid eſt, vobis Conſulibus, geſtum ſine armis? *Commutatio.* incendere illa conjuratorum manus voluit urbem: vos ejus domum, quem *Cauſa finalis.* propter urbs incenſa non eſt. Ac ne illi quidem, ſi habuiſſent veſtri ſimilem Conſulem, de urbis incendio cogitâſſent. Non enim ſe tectis privare voluerunt: ſed his ſtantibus nullum domicilium ſceleri ſuo fore putaverunt. Cædem illi civium, vos ſervitutẽ expetîſtis. His vos etiam crudeliores. Huic enim populo ita fuerat ante vos Con-

Vos ſuſtuliſtis: Senatum ſuo ſenatuſconſulto de veſtis mutatione facto obtemperare vetuiſtis, ut infrà; dixitque Gabinius in concione: *Errare homines, ſi etiam tum ſenatum aliquid in Rep. poſſe arbitrarentur.*

Vos abrogâſtis: Rogatione Clodia leges, Æliam & Fuſiam, abrogâſtis.

Vos adjuviſtis: Clodium peſtem patriæ nefariè molientem.

Vos ejus domum: Meam ipſius, qui faces jam ad urbis incendium comparatas patefeci, protuli, extinxi.

Si habuiſſent veſtri ſimilem: Ideo enim vel præcipuè, teſte Salluſtio, urbem incendere ſtatuerant, ut in illo tumultu Ciceronem occiderent.

His vos etiam crudeliores: Oſtendit Piſonem & Gabinium fuiſſe crudeliores conjuratis; *Qui aufert alicui, quod vitâ charius habet, eſt illo, qui vitam aufert, crudelior: ſed Catilina vitam auferre voluit populo Romano, vos libertatem ipſâ vitâ chariorem, ergo.*

Ante vos conſules: Cum magna emphaſi oſtendit, nõ ſolam

Conſules libertas inſita, ut emori potiùs, quàm ſervire præſtaret. Illud verò geminum conſiliis Catilinæ & Lentuli, quòd me domo mea expuliſtis, Cn. Pompejum domum ſuam compuliſtis. Neque enim me ſtante & manente in urbis vigilia, neque reſiſtente Cn. Pompejo, omnium gentium victore, unquam ſe illi Rempublicam delere poſſe duxerunt. A me quidem

Geminum, id eſt, par. Annominatio. Similiter deſinens.

ſolam libertatem populi Romani, ſed etiam ipſos mores iis Conſulibus peſſundatos fuiſſe, quippe qui ab inſito libertatis amore deſciverint.

Illud vero geminum: Quoad hoc paria conſilia cum Catilina & Lentulo habuiſtis. Res tamen ita non debet intelligi, quaſi verò Catilina & Lentulus Ciceronē domo ejecerint, & Pompejum domum ſuam compulerint. Tunc enim temporis Pompejus erat in Aſia, & bellum contra Mithridatem gerebat: ſed quia conjurati illis duobus potiſſimùm necem moliti ſunt; ſtatuerant enim, ut ait Salluſtius, & Ciceronem occidere, & liberos Pompeij obſidum locô retinere, ne reverſus ex Aſia Pompejus ipſorum furori obſiſteret.

Me domo mea expuliſtis: Rogatione Clodia in exilium me expuliſtis.

Cn. Pompejum domum ſuam compuliſtis: Pompejus ejecto Cicerone à P. Clodio tam multis contumeliis eſt appetitus, ut ne conviciis cum impudentis adoleſcentis petulantia certaret, coactus fuerit privatis ſe parietibus continere, unde eum domum ſuam Conſules compuliſſe dicuntur.

Omnium gentium victore: Qui imperium populi Rom. orbis terrarum finibus definivit, & tripartitas orbis terrarum oras tribus triumphis adjungens huic imperio, Carbonem in Africa, in Hiſpania Sertorium, Mithridatem in Aſia ſuperavit.

Manes

dem etiam pœnas expetîſtis, quibus conjuratorum manes mortuorum expiaretis: omne odium incluſum nefariis ſenſibus impiorum in me profudiſtis. Quorum ego furori niſi ceſſiſſem, in Catilinæ buſto, vobis ducibus mactatus eſſem. Quod autem majus indicium exſpectatis, nihil inter vos & Catilinam interfuiſſe, quàm quòd eandem illam manū ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitâſtis? quòd omnes undique perditos collegiſtis? quòd in

Allegoria.

Simil. cad. & deſinens.

Metonymia.

Manes mortuorum expiaretis: Meo ſanguine placaretis animas eorum, qui ob conjurationem ex S. C. juſſi ſunt à me in carcere jugulari. *Expiare manes*, eſt placare, pios efficere, quod potiſſimum fieri exiſtimabant immolatione hominum. Manes dicebant animas defunctorum exiſtentes apud inferos.

Omne odium: Quidquid odii in nefariis hominum mentibus & ſenſibus incluſum erat, in me exeruiſtis.

In Catilinæ buſto mactatus: Ibi, ubi cæſus eſt Catilina, ſuper ejus quodammodò cadavere, ego tanquã victima piacularis fuiſſem mactatus. *Mactandi* verbo utitur à ſacris petito, ut ad ſacrificia veterum alludat. Solebant enim antiqui ad cæſorum buſta victimas humanas immolare. Sic Polyxenæ ſanguis ad expiandos Achillis manes expetitus; ſic Achilles Trojanos duodecim ad Patrocli buſtum mactavit. Sic Æneas l. 10. audita Pallantis nece, hoſtes octo:

Viventes rapit inferias, quos immolet umbris,
Captivóque rogi perfundat ſanguine flammas.

Et libro ſeq. *Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris &c.*

Ex intermortuis: Ex fuſis & ſuperatis Catilinæ copiis paucos reliquos, & illos ſemimortuos adverſùm me concitâſtis.

in me carcerē effudiſtis? quòd conjuratos armâſtis? quòd eorum ferro ac furori meum corpus atque omnium bonorum vitam objicere voluiſtis? Sed jam redeo ad præclaram illam concionem tuam. Tu es ille, cui crudelitas diſplicet? cui cùm ſenatus luctum ac dolorem ſuum veſtis mutatione declarandum cenſuiſſet, cùm videres mœrere Rempublicam ampliſſimi ordinis luctu, ô noſter miſericors! quid facis? quod nulla in Barbaria quiſquam tyrannus. Omitto enim illud, Conſulem edicere, ut ſenatus Senatusconſulto ne obtemperet: quo fœdius nec fieri, nec cogitari quidquam poteſt. Ad miſericordiam redeo ejus, cui nimis videtur

Reditus ad rem.

8\.

A repugnantibus.

Ironia.

Præteritio.

In me carcerem effudiſtis: Servos & ſceleratos ex ergaſtulis, & carcere, & ſic quodammodo totum & plenum carcerem in me effudiſtis: continens pro contento.

Sed jam redeo: Redit ad propoſitum, & ad Piſonis factū, qui productus à Clodio, Tullii Conſulatum crudelitatis in concione damnârat.

Cui cùm ſenatus: Cùm ſenatus tibi, Collegæque tuo luctum doloremque, quem ex meo periculo hauſerat, veſtis lugubris ſumptione declarandum cenſuiſſet, ut reſpiceretis aliquando, videretisque, quibus cladibus afficeretis Rempublicā &c.

Veſtis mutatione: Magiſtratus in luctu ponebant prætextam, ſenatores latum clavum, Equites anulos aureos, & phaleras, plebs utebatur togâ pullâ. *Clavus latus* dicebatur tunica latos clavos purpureos intextos habens, quod erat inſigne ſenatorū.

Ampliſſimi ordinis luctu: Ob ſenatûs luctum, & veſtis mutationem.

tur ſenatus in conſervanda patria fuiſſe crudelis. Edicere eſt auſus cum illo ſuo pari, quem tamen omnibus vitiis ſuperare cupiebat, ut ſenatus, contrà, quàm ipſe cenſuiſſet, ad veſtitum rediret.. Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non ſineret? Mœrorem relinquis: mœroris aufers inſignia. Eripis lacrymas non conſolando, ſed minando. Quòd ſi veſtem non publico conſilio Patres conſcripti, ſed privato officio, aut miſericordiâ mutaviſſent, tamen id iis non licere per interdicta cru-

Ab Exemplo.
Ab oppoſitis.
A conjugatis.
Argumentum à minori ad majus.

Edicere; Auſus eſt Piſo cum Gabinio collega ſuo ejusdem improbitatis maculis aſperſo per edictum jubere, ut ſenatus ad veſtitum rediret.

Mœrorem relinquis: Me exulare, & à Clodio vexari permittis, ex quo dolorem ſenatus hauriebat. *Mœroris aufers inſignia*, veſtis nempe mutationem, quâ ſenatus ſuum dolorem & luctum teſtabatur.

Eripis lacrymas: Expoſitio eſt oratoria, & ſynonymia, quâ res alio, atque alio modo exprimitur. Cæterùm repertus eſt tyrannus, Tryſus nomine, de quo refert Ælianus l. 14. c. 22. quòd primò colloquia, deinde nutus & ſigna vetuerit, ac tandem etiam lacrymas prohibere conatus ſit. Ovid. 5. Triſt. El. 1. in hanc ſententiam.

Exigis ut nulli gemitus tormenta ſequantur,
Acceptóque gravi vulnere flere vetas.
Ipſe Perilleo Phalaris permiſit in ære
Edere mugitus, & bovis ore queri.
Cùm Priami lacrymis offenſus non ſit Achilles.
Tun' fletus inhibes durior, hoſte meos?

Ex

crudelitatis tuæ, poteſtatis erat non ferendæ. Cùm verò id Senatus frequens cenſuiſſet; Ordines reliqui jam antè feciſſent, tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, ſenatum populi Romani occaſum atque interitum Reipublicæ lugere vetuiſti. At quærebat etiam paullò antè de me, quid ſuo mihi opus fuiſſet auxilio, cur non meis inimicis meis copiis reſtitiſſem. Quaſi verò non modò ego, qui multis ſæpè auxilio fuiſſem, ſed quisquam tam inops fuerit unquam, qui iſto non modò propugnatore tutiorem ſe, ſed advocato,

9. *Tranſitio.*

Ex tenebricoſa popina: Prodire ſolitus è gurguſtio, neſcio quo.

Cum illa ſaltatrice: Cum Gabinio Collega, qui & ſaltandi artē præſefert, & poſt meum diſceſſum domo & cantu & cymbalis perſonante, nudus in convivio ſaltavit. Saltatricē vocat genere fœminino, ut ejus effœminatos mores & impudicitiam carpat, quemadmodum de Provinciis Conſularibus eum Semiramidem nominavit.

Tonſa: Uti pro Sextio: *Conſul cincinnatus, unguentis affluens, calamiſtratâ comâ.*

Poſt reditum in ſenatu: frontis ejus calamiſtri notata veſtigiis. Intelligit ergo crines ad venuſtatem ſectos & tonſos.

Paullò ante: Cùm in me orationem habens quereretur, quòd eum revocandum è Macedonia cenſuiſſem.

Quaſi verò: Tanquam ego in Piſone fiduciam meam ponerem. Diſtinguit perſonam Piſonis, & perſonam Conſulis. Conſul quà conſul me adjuvare debebat; in Piſone quà Piſone nihil auxilii ſperabam.

Sed advocato: Tanquam ille

cato, aut adſtipulatore, paratiorem fore putaret. Ego iſtius pecudis, aut putidæ carnis conſilio ſcilicet, aut præſidio niti volebam? Ab hoc ejecto cadavere quidquam mihi aut opis, aut ornamenti expetebam? Conſulem ego tum requirebam, Conſulem inquam, non illum quidem, quem in hoc animali invenire non poſſem, qui tantam Reipublicæ cauſam gravitate & conſilio ſuo tueretur: ſed qui, tanquam truncus atque ſtipes ſi ſtetiſſet modò, poſſet ſuſtinere tamen titulum Conſulatûs

Geminatio.

Ab adjunctis perſonæ & officii.

ille, quem Piſo propugnat, tutus idcirco ſit: vel cujus ipſe advocatus eſt in judicio, vel ſtipulator, tanquam idcirco bene paratus ad judicium veniat. *Advocatus* propriè dicitur, qui alteri patrocinatur, aut jus ſuggerit in judicio: *Adſtipulator* qui cautionis causâ adhibetur, ut cum altero vel pro altero ſtipuletur ac promittat.

Putidæ carnis: Ita eum appellat à mala compoſitione corporis, forma turpi &c.

Ab hoc ejecto cadavere: Inſepulto, & in publicum ejecto, ut à canibus, alitibúsque lanietur. Apud Romanos nihil ignominioſius erat quàm ſi cadaver eijceretur inſepultum ſine honore funebri &c. talem itaque, & tali ignominiâ dignum Cicero Piſonem vocat; priùs putidam carnem; nunc ipſum cadaver.

In hoc animali: Animal Cicero accipit pro pecude & bruto, ut alibi, vúltque hominem ſtolidum & ratione deſtitutum denotare; quis inquit, in hac bruta beſtia Conſulem & Conſulis dignitatem inveniat?

Suſtinere titulum Conſulatûs: Miro contemptu Piſonis indignitatem perſtringit. Eum enim non ſolùm negat

latûs. Cùm enim eſſet omnis cauſa illa mea Conſularis, & ſenatoria, auxilio mihi opus fuerat & Conſulis & Senatûs: quorum alterum etiam ad perniciem meam erat à vobis Conſulibus converſum: alterum Reipublicæ penitùs ereptum. Attamen ſi conſilium exquiris meum, neque ego ceſſiſſem, & me ipſa ſuo complexu patria tenuiſſet, ſi mihi cum illo buſtuario gladiatore, & tecum, & cum Collega tuo decertandum

A conjugatis.

negat fuiſſe animo & gravitate Conſulem, ſed adeò nomine Conſulis indignum fuiſſe dicit, ut ne nomen quidem & titulum, vel tanquam ſtipes potuerit ſuſtinere.

Cùm enim: Syllogiſmus: *In cauſſa & ſenatoria & Conſulari opus eſt auxilio & Conſulum & ſenatûs: Sed mea cauſſa & ſenatoria fuit, & Conſularis; accuſabar enim, quod ego Conſul ſenatui paruiſſem: Ergo in mea cauſſa opus fuit auxilio Conſulum & ſenatûs.*

Quorum alterum: Auxilium, quod à Conſulibus exſpectabam.

Alterum: Auxilium ſenatûs, cujus omnem auctoritatem ſuſtuliſtis.

Neque ego ceſſiſſem: Non abijſſem in exilium.

Et me ipſa: Ipſa me Patria, tanquam Filium ſibi chariſſimum in ſinu, complexúque ſuo tenuiſſet, ne poſſem avelli.

Cum illo buſtuario: Cum P. Clodio, qui per buſtuarios gladiatores multas turbas in urbe concitavit. Senſus eſt Ciceronis: Arma ſumpſiſſem, & tibi, Gabinio, Clodio, meis, vel potiùs ipſius Reipubl. copiis reſtitiſſem, méque magna pars plebis, viginti Equitum Romanorum millia, qui pro me veſtem mutaverant, & ſenatus ipſe contra veſtros impetus munivіſſet, ſi mihi vobiſcum ſolis decertandum fuiſſet, nec veritus eſſem Rempublicam in majus diſcrimẽ adducere.

Comparatio. à diſſimili. dum fuiſſet. Alia enim cauſa præſtantiſſimi viri Q. Metelli fuit: quem ego civem, meo judicio, cum Deorum immortalium laude conjungo: qui C. illi Mario, fortiſſimo viro & Conſuli, & *Polyſyndeton.* ſextùm Conſuli, & ejus invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum eſſe duxit. Quod mihi igitur certamen eſſet hujusmodi? Cum C. Mario ſcilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero barbato Epicuro, cum altero Catilinæ laternario? Quos neque her- *Polyſyndeton.* cule ego, neque ſupercilium tuum, ne-

Buſtuarii dicebantur, qui homines interimebant, tanquam cauſæ, ut multorum hominum corpora fierent *buſta* & cremarentur.

Alia enim cauſa: Non eſt, quòd quisquam exiſtimet, me Q. Metelli Numidici factum voluiſſe imitari, qui quòd in L. Apuleij Saturnini legem Agrariam adnitente Mario latam de agris viritim dividendis jurare noluiſſet, de civitate maluit, quàm de ſententia dimoveri, & ſponte diſceſſit, ne ſi invito Mario in urbe remanere voluiſſet, cum Mario fortiſſimo Imperatore armis confligens Rempublicam in grave diſcrimen adduceret.

Barbaro Epicuro: Cum Piſone Epicuri ſectæ dedito, qui tamen in eo differt ab Epicuro, quòd hic, nempe Piſo, barbatus eſt, ille humanitate fuit, & litteris perpolitus.

Catilinæ laternario: Cum Gabinio, qui Catilinæ erat in deliciis, eique laternam & faces ad libidinem præferèbat.

Quos neque: Lepidè jocatur in ſupercilium Piſonis, & cymbala Gabinii, quaſi diceret, eos cùm propter ſuam infirmitatẽ nemini poſſent eſſe terrori, larvas quaſdam aſſumpſiſſe & terriculamenta puerorum, ut Piſo quidem ad timorem incutiendum

neque Collegæ tui cymbala ac crotala fugi; neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reipublicæ navem gubernâſſem, ſalvámque in portu collocâſſem, frontis tuæ nubeculam, tum Collegæ tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem. Alios ego vidi ventos, alios proſpexi animo procellas, aliis impendentibus tem-

Allegoria inſignis.

Traductio.

tiendum fronte in rugas contracta ſupercilium adduceret: Gabinius verò cymbalis circumtinnientibus crotalísque perſonaret.

Cymbala ac crotala: Species inſtrumentorum Muſicorum. Et cymbala quidem erant pelvium inſtar, quæ pulſata tinnitum emittebant. Crotalum erat calamus fiſſus, & ita comparatus, ut reſonaret, ſiquis ipſum manibus quateret. Crotala quoque dicuntur ſonoræ ſphærulæ, quæ quibusdam granis interpoſitis pro quãtitate & ſpecie metalli varios ſonos edunt.

Frontis nubeculam: Frontis tuæ contractionem & ſimulatam ſeveritatem, nubis inſtar, ſupercilio tuo inſidentem.

Contaminatum: Contaminatum Gabinii appellat ſpiritum, quòd eſſet oris ſpurciſſimi, & flagitiis, quæ dicere piget, libidinibúsque corrupti. Alludit prætereà ad tempeſtatem, vectorúmque flatum &c.

Alios ego ventos: Continuat Allegoriam, & alias inſinuat cauſas, quæ ad cedendum ſceleratorum improbitati commoverint, quòd videlicet Cæſar, Pompejus & Craſſus infeſti Cauſæ dicerentur. Obſerva translationes, *turbinibus, fluctibus, navem gubernâſſem, portu, nubeculam, ſpiritum, ventos, procellas, tempeſtatibus*, quas tamen, ne in ænigma degenerans obſcurior evadat, propriis verbis attemperat, *Reipubl. navem* appellans.

tempeſtatibus non ceſſi, ſed his unum me pro omnium ſalute obtuli. Itaque diſceſſu tum meo omnes illi nefarii gladii de manibus crudeliſſimis exciderunt: cùm quidem tu, ô vecors & amens, cùm omnes boni abditi, incluſique mœrerent, templa gemerent, tecta ipſa urbis lugerent, complexus es illud funeſtum animal ex nefariis ſtupris, ex civili cruore, ex omniũ ſcelerũ importunitate & flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo, eodem & loci veſtigio, & temporis arbitria non mei ſolùm, ſed Patriæ funeris abſtuliſti. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam, & gra-

Simil. ead.
Metonymia.
Metaphora.
Geminatio, & polyſyndeton.
Allegoria.
10.
Repetitio.

• *Sed his unum me*: Obviàm ivi periculo, & pro Republica ſolus tempeſtatẽ excepi.

Gladii exciderunt: Cedens è civitate id ſum conſecutus, ut improborum civium animos jam ad bellum civile paratos repreſſerim, effecerimque, ne Respublica bellorum incendio deflagraret.

Cùm quidem tu: Hîc Piſonem cum bonis civibus per antitheſin collatum, & in publico luctu Clodio, totius illius calamitatis auctori, gratulantem, in buſto Reipubl. tripudiantem graviter reprehendit.

Templa gemerent &c. Luctum tribuit rebus inanimis.

Funeſtum animal. P. Clodium: Omnium *non bipedum ſolùm, ſed etiam quadrupedum nequiſſimum*, tanquam mei victorem cum ſumma gratulatione complexus es.

Eodem in templo: In templo Caſtoris, vel in ipſo foro, & pro Aurelio tribunali.

Arbitria funeris: Arbitria funeris, ut alibi diximus, erant ea, quæ vel libitinarii, pollinctores, veſpillones accipie-

gratulationem tuam, quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperantiſſimas perpotationes prædicem? Quis te illis diebus ſobrium, quis agentem aliquid, quod eſſet libero dignum, quis denique in publico vidit? Cùm Collegæ tui domus cantu & cymbalis perſonaret, cúmque ipſe nudus in convivio ſaltaret: in quo ne tum quidem, cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat. Hic autem non tam concinnus helluo, nec *Præteritio.* *Adjunctio.* *Alluſio.*

cipiebant pro mercede, vel quæ hæredes auferebant, quibus viciſſim obligatio impoſita erat, funus ad defuncti arbitrium faciendi, vel niſi hic arbitrium ſuum ante mortem ſignificâſſet, juxta alterius arbitri ſententiam mortuum ſepeliendi. Hoc loco Cicero dicit, quòd Piſo ſtatim relicta bona Ciceronis, & cum his bona totius Patriæ tanquam extinctæ rapuerit.

Sordidiſſimis gregibus: Cum tuis Græculis & Epicureis, qui pecudum inſtar ſummũ bonum ſordidiſſimis corporis voluptatibus metiuntur.

Quod eſſet libero dignum: Nam voluptati vacare, ſervile eſt, & libero homine penitus indignum.

Saltatorium verſaret orbem: Cùm ſe in orbem ſaltando converteret, vel cùm ſaltando orbem quendam rotæ inſtar convolveret.

Fortunæ rotam: Fortunæ inconſtantiam & levitatem, quæ inſtar rotæ volubilitate ſua imis ſumma convertit. Tam cæcus erat, & præſenti felicitate inflatus, ut cùm ſaltando rotam verſaret, non recordaretur, tam citò felicitatem ſuam in deterius poſſe mutari, quàm citò rota convertitur.

Hic autem: Piſo autem non tam elegans gluto, *nec tam muſicus*, nec tam ad cantum, ſymphoniam & ſaltationem idoneus.

Hypotypoſis. nec tã muſicus, jacebat in ſuo Græcorum fœtore atque vino. Quod quidem *Comparatio.* iſtius in illis Reipublicæ luctibus, quaſi aliquod Lapitharum, aut Centaurorũ convivium ferebatur: in quo nemo poteſt dicere, utrùm iſte plus biberit, *Piſo Conſulis nomine indignus.* aut vomuerit, an effuderit. Tu etiam mentionem facies Conſulatûs tui? Aut te fuiſſe Romæ Conſulem dicere audebis? quid? Tu in lictoribus, in toga & prætexta eſſe conſulatum putas? Quæ orna-

In ſuo Græcorum fœtore. Prorſus demerſus & ſepultus erat in ſua temulentia cum hominibus Græcis & Epicureis, qui more porcorum in fœdiſſimis voluptatibus volutantur. In proverbio eſt Græcorum temulentia, ideò Cic. in Verrem: Ut *Græco more biberetur*, & Feſtus: *Pergræcari eſt epulis & potationibus inſervire.*

Quod quidem: Quod Piſonis convivium luctuoſo illo tempore celebratum ſimile erat convivio Lapitharum, qui cum Centauris ad Pirithoi nuptias vocati, ſic inter ſcyphos accenſa vino libidine exarſerant, ut mutuis vulneribus ſe confecerint. Lapithæ populi erant Theſſaliæ, ſicut & Centauri, ſed hi primi equos domare & ex iis pugnare cœperunt, quo factũ eſt, ut à vicinis populis primùm conſpecti membra partim humana, partim equina habuiſſe crederentur.

Quid tu in lictoribus: Ratio & definitio Conſulis, non conſiſtit in externis, in lictoribus, in prætexta: ſed in internis, in conſilio, fide, gravitate, vigilantia, cura &c.

Toga & prætexta: Erant hæc Magiſtratûs & Conſularis poteſtatis inſignia. Erat autem prætexta aliquid aliud, quàm toga picta, & tunica palmata, de qua ſæpè fit mentio; tunica palmata fuit purpurea, & palmarum aureis foliis diſcriminata. Toga picta fuit item purpurea, ſed variis figuris, aliiſque colori-

ornamenta etiam in Sext. Clodio, te conſule, eſſe voluiſti. Hujus in Clodiani canis inſignibus conſulatum declarari putas? Animo conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, gravitate, vigilantiâ, curâ: toto denique munere conſulatûs, omni officio tuendo, maximéque, id quod vis nominis præſcribit, Reipublicæ conſulendo. Ego Conſulem eſſe putem, qui ſenatum eſſe in Republica non putavit? Et ſine eo conſilio conſulem numerem, ſine quo Romæ ne Reges quidem eſſe potuerunt? Etenim illa jam omitto: cùm ſervorum

Definitio Conſulis per negationem & affirmationem. Inciſa.

Etymologia.

A relatis. ſunt enim Conſul & Senatus relata.

Præteritio.

loribus aulæi cujusdam inſtar diſtincta. Toga prætexta erat candida veſtis purpureo limbo circumdata; prætexta in pueris ſignificabat nobilitatem generis, in viris poteſtatem Magiſtratûs.

Etiam in Sext. Clodio: Tu in Compitaliciis feſtis, ut ſuprà, Sext. Clodium, Publ. Clodii ſcribam, hominem impurum, qui nunquam anteà prætextatus fuiſſet, ludos facere, lictores habere, & prætextatum volitare paſſus es &c.

Clodiani canis: Hujus Sexti Clodii, qui canis inſtar ſecutus eſt Publ. Clodium in vexanda Republica, bonis allatrandis, & morſu appetendis, vel qui canis inſtar Publ. Clodio adulatus & blanditus eſt, ut provinciam impetraret.

Omni officio tuendo: Omne id præſtando, quod à conſule officium poſcit.

Ego Conſulem: *Conſul non poteſt eſſe ſenatu ſublato; Sed tu ſenatum de Republ. ſuſtuliſti: Ergo Conſul non fuiſti.* Propoſitio probatur à Minori ad majus; *Si ne Reges quidem ſine ſenatu eſſe potuerunt, multò minùs Conſul.*

Servorum delectus: Nefas erat

rum dèlectus haberetur in foro, arma in templum Caſtoris luce & palàm comportarentur; id autem templum, ſublato aditu, revulſis gradibus à conjuratorum reliquiis, atque à Catilinæ prævaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur: cùm Equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur, ſenatui non ſolùm juvare Rempublicam, ſed ne lugere quidem liceret: cùm civis is, quem hic Ordo, aſſentiente Italia, cunctíſque gentibus, conſervatorem Patriæ judicârat, nullo judicio, nulla lege, nullo more, ſervitio atque armis pelleretur

Enumeratio. *Repetitio.*

Synecdoche tropus.

Inciſa.

erat ſervos ad delectum vocare, aut illos arma capere. Atque adeò hoc ſervorum delectu populi Romani Majeſtas fuit imminuta.

Revulſis gradibus: Ne cui, qui ferente leges Clodio, obnuntiare, intercedere, aut aliquo modo vellet impedire, daretur introitus: ut in Orat. pro Domo.

Prævaricatore: P. Clodio, qui quondam fingens ſe accuſare Catilinam de repetundis, non verè & ex animo accuſârat, ſed tantùm cum eo colluſerat; *tum ultore*, & mihi ob mortem conjuratis illatam exilium irrogante & vindicante Catilinam.

Equites R. relegarentur: Synecdoche, numerus pluralis pro ſingulari; Cùm Gabinius Lucium Lamiam *in concione relegavit: edixitque ut ab urbe abeſſet mille paſſus &c.* Cic. pro Sext.

Lapidibus è foro pellerentur: Pro Sextio: *Armati homines forum & conciones tenebant: Cædes & lapidationes fiebant.*

Civis is. Cicero.

Servitio atque armis: Per ſervitium, à ſervis.

Qui

leretur, non dicam auxilio veſtro, (quod verè licet dicere) ſed certè ſilentio: tum Romæ fuiſſe conſules quiſquam exiſtimabit? Qui latrones igitur, ſiquidē vos Conſules? Qui prædones, qui hoſtes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna majeſtas Conſulis: non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non recipit levitas iſta, non egeſtas animi: non infirmitas ingenii ſuſtinet, non inſolentia rerum ſecundarum tantam per-

Correctio.
11.
Enthymema ex pugnantibus.
Repetitio.
Traductio.
Disjunctio.
Synonyma.

Qui latrones? Latrones, hoſtes, proditores, tyranni non ſunt conſules dicendi: ſed eſtis latrones &c. Non ergo Conſules. Creſcit oratio. Primò *latrones* appellat, quòd Rempublicam expilantes, provincias obtinuerint lege Clodia, & ærarium exhauſerint. Parùm eſt dicere *latrones*, etiam *prædones* appellat, quod latrocinio eſt atrocius. *Latrones* enim palàm quidem ſpoliant viventes, videntéſque, ſed tamen ſoli ſolos aggrediuntur viatores; *prædones* conflatis copiis palàm in ædes & vicos irrumpunt; neque id ſatis; *hoſtes* vocantur, quaſi palàm conſcripto exercitu Reipubl. nefarium bellum indixerint. Magis etiam ſceleris atrocitatem exaggerat; vocat *proditores*. Prodere enim ſuas partes aut civitatem, longè eſt immanius, quàm apertè bellum indicere. Addit demum *tyrannos*, quaſi quoddam exaggerationis faſtigium.

Inſolentia rerum ſecundarum: Vel ſuperbiam intelligit, quâ plerumque, qui ſubitò ad res ſecundas perveniunt, efferuntur & inſoleſcunt: vel inſuetudinem, quòd Piſo antehac non fuiſſet rebus ſecundis aſſuetus.

Tantam perſonam: Videtur alludere ad actores, qui per-

perſonam, tam gravem, tam ſeveram. Seplaſia mehercle, ut dici audiebam, te, ut primùm adſpexit, Campanum Conſulem repudiavit. Audierat Decios Magios, & de Taurea illo Jubellio aliquid acceperat: in quibus ſi moderatio illa, quæ in noſtris ſolet eſſe conſulibus, non fuit; at fuit pom-

Comparatio.

Repetitio.

perſonam in tragœdiis aſſumunt, cujus capaces nō ſunt.

Seplaſia: Platea erat Capuæ, quæ Seplaſia appellabatur. Ii, qui in hac platea habitabant, averſabantur Piſonem. Latet hîc argumentum à minore ad majus: *Quem Capua indignum Magiſtratu judicavit, longè indignior judicandus eſt Romano Conſulatu; ſed Capua indignum Duûmviratu judicavit Piſonem: Ergo Piſo longè indignior eſt Romano Conſulatu.*

Campanum Conſulem: Capua urbs Campana eſt, & Campanæ regionis præſtantiſſima. Non autem intelligendum, quòd Piſo fuerit Conſul Capuæ, vel in Campania; Duûmvir enim erat. Invidiosè autem *Campanum Conſulem* dicit, tanquam hoc nomen ſibi Piſo arrogâſſet, *vel quòd Duûmviri* Capuani ſæpè ſe tanquam Conſules geſſerint, atque etiam prætextâ & lictoribus, Conſulum inſignibus, uſi ſint. Duûmviri erant duo in eodem Magiſtratu conſtituti.

Audierat Decios: Reddit rationem, cur eum Capuani indignum Magiſtratu judicarent. Quia ſcilicet videbant, eum longè indigniorem eſſe Decio Magio, & Taurea Jubellio. Nullius auctoritatis erat Decius Magius, de quo Livius: *Privatim ſe tenuit, in foro cum Filio clientibúsque paucis otiosè inambulavit &c.* Accipit pluralem pro ſingulari. Fuit autem unus & idem Decius Magius.

De Taurea Jubellio: Fuit hic item Campaniæ Princeps; ſed exiguæ auctoritatis. At iſti externam falſem ſpeciem illo Magiſtratu dignam exhibebant, Piſo nec

pompa, fuit ſpecies, fuit inceſſus, ſaltem Seplaſiâ dignus & Capuâ. Gabinium denique ſi vidiſſent Duûmvirum veſtri illi unguentarii, citiùs agnoviſſent. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes ceruſſatæque buccæ, dignæ Capuâ, ſed illa vetere. Nam hæc quidem, quæ nunc eſt, ſplendidiſſimorum hominum, fortiſſimorum virorum, optimorum civium, mihíque amiciſſimorum multitudine redundat. Quorum *Inciſa.* *Hypotypoſis.* *Similit cad.*

nec Magiſtratûs ſpeciem vel ſaltem nomine tenus ſuſtinebat.

Saltem Seplaſiâ dignus: Inceſſus illorum fuit, non quidem Romana moderatione, Seplaſiâ tamen, vico illo, & Capuâ dignus. At in Piſone nec pompa, nec ſpecies, nec inceſſus, non modò Româ, ſed nec Seplaſiâ dignus & Capuâ.

Gabinium denique; Ad inſectandum nimium Gabinii cultum & elegantiam affectatam corporis. Hunc Capuani illi unguentarii, qui in vico Seplaſia habitabant, tanquam digniorem, qui inter unguentarios Magiſtratum gereret, lubentiùs acceptâſſent.

Cincinnorum fimbriæ: Crines in cincinnos vibrati, fimbriarum inſtar promiſſi, & unguentis delibuti.

Ceruſſatæq. Facies pigmento, quod ceruſſa vocatur, fucata erat.

Vetere: Quæ olim delicijs & mollitie affluebat. Prudenter Capuanorum offenſioni occurrit, ut non præſentes eorum mores & molitiē inſectari videatur. Erat autem antiqua Capua ob delicias & luxuriam nota, de qua Livius l. 23. *Prona ſemper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ, terreſtriſq*.

To

rum Capuæ te prætextatum nemo adſpexit, qui non gemeret deſiderio mei: cujus conſilio cùm univerſam Rempublicam, tum illam ipſam urbem meminerant eſſe ſervatam. Me inauratâ ſtatuâ donârant: me patronum unum adſciverant; à me ſe habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur: me & præſentem contra latrocinium tuum ſuis decretis, legatiſque defenderunt, & abſentem, principe Cn. Pompejo referente, & de corpore Reipublicæ tuorum ſcelerum tela revellente, revo-

Repetitio.

Inciſa.
Diſſoluta.
Polyſyndeton.
Alegoria.

Te prætextatum: In prætexta & veſte Magiſtratûs.

Deſiderio mei: Non eſt, quòd hinc exiſtimes, Ciceronem jam tum exulâſſe; nam ante Conſulatum ſuum Duûmvir fuit Piſo, Cicero Piſone Conſule ejectus eſt. Sed gemebant deſiderio Ciceronis, eum Piſonis locô Duûmvirum expetentes.

Inauratâ ſtatuâ donârant: Mihi tanquam conſervatori ſuæ urbis inauratam ſtatuam erexerant.

Me & præſentem: Videtur Cicero, cùm primum ejectus eſt, ſe Capuam, cujus patronus erat, rectà contuliſſe, colonique jure civium Romanorum comitia habuiſſe, in quibus & Ciceronem defendendum eſſe decreverunt, & legatos miſerunt Romam, qui exilium deprecarentur.

Principe Pompejo referente: Referente, non in ſenatu Romæ, ſed Capuæ, in qua Duûmviratum tunc gerebat Pompejus.

Tela revellente: Vulneribus ijs medente, quæ tu Reipublicæ inflixeras, & ad Colonos Capuanos referente, ut illa lex à Clodio de meo exilio lata refigeretur, quæ tanquam telum in ipſius Reipublicæ viſceribus hærebat.

An

revocârunt.. An tu eras Conſul, cùm in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus injectis, inſtigante te? Ecquod in hac urbe majus unquam incendium fuit, cui non Conſul ſubvenerit? At tu illo ipſo tempore apud ſocrum tuam propè à meis ædibus, cujus domum ad meam exhauriendam pateſeceras, ſedebas non exſtinctor, ſed auctor incendii, & ardentes faces furiis Clodianis pænè ipſe Conſul miniſtrabas. An verò reliquo tempore conſulem te quisquam du[illegible] quisquam tibi paruit? quisquam in Curiam venienti aſſurrexit? quisquam conſulenti reſpondendum putavit? Numerandus eſt ille annus denique in re-

Syllogiſmus.

Alluſio.

12.

Repetitio.

Interrogatio.

At tu: Vis eſt in Syllogiſmo: *Conſules ſolent incendijs ſubvenire; ſed tu non ſubveniebas: Ergo non eras Conſul.* Poſt profectionem Ciceronis ex urbe, bona ejus P. Clodius publicavit. Poſteà direpta ſunt omnia, quæ aut in domo, aut in villis fuerunt, & ex eis ad ipſos Conſules lata complura. Domus direpta primùm, deinde inflammata, ac diruta eſt.

Apud ſocrum: Socrus eſt mater uxoris aut mariti: Quo nomine hæc fuerit appellata, non conſtat.

Furiis Clodianis. Seditioſis à Publio Clodio ad incendium domûs meæ concitatis. Vocat Furias, quòd in fabulis Furiæ cum facibus & tædis ardentibus ſoleant induci.

Quisquam tibi paruit: Ab enumeratione obſequiorũ, quæ Conſulibus præſtantur, oſtendit neminem fuiſſe, qui Piſonem Conſulem agnoverit.

Numerandus eſt ille annus. Videamus, num Conſul[illegible]

Metonymia. Republicâ, cùm obmutuiſſet Senatus, *Simil. cad.* judicia conticuiſſent, mœrerent boni, vis latrocinii veſtri tota urbe volitaret, *Traductio.* neque civis unus ex civitate, ſed ipſa civitas tuo & Gabinii ſceleri, furoríque ceſſiſſet? At ne tum quidem emerſiſti, lutulente Cœſonine, ex miſerrimis *Metonymia.* naturæ tuæ ſordibus, cùm experrecta *Polyſyndeton.* tandem virtus clariſſimi viri, celeriter & verum amicum, & optimè meritum civem, & ſuum priſtinum morem requiſivit: neque eſt ille vir paſſus, in ea Republica, quam ipſe decorârât

potueris illo anno, quo nihil aliud egiſti, quàm quod pertineret ad Rempublicam omni ſcelere lacerandam & diſſipandam.

At ne tum quidem: Ne tum quidem in viam melio- rémque frugem redijſti, cùm *aliquando ſeriùs, quàm ipſe vellet, Cn. Pompejus inviêtiſſimus ijs, qui mentem optimi ac fortiſſimi viri ſuis conſilijs, ac fictis terroribus à defenſione mea ſalutis averterant, excitavit illam ſuam non ſopitam, ſed ſuſpicione aliqua retardatam conſuetudinem Reipubl. bene gerendæ.* Pro Sextio. Quia ſcilicet Pompejus, cùm vexari ſe contumeliis à Clodio videret, cogitavit de revocando Cicerone, quem furoribus Clodianis opponeret.

Lutulente Cæſonine: Piſonem ita appellat. Nam pater ejus Cæſonius cognominabatur. Lutulentum vocat, ſicuti ſæpè in hoc orationis decurſu: *ô lutum! Pauci iſta tua lutulenta vitia noveramus &c.*

Et verum amicum: Pompejus me ſuum verum, non ſimulatum amicum requiſivit, poſtquam experrecta ejus virtus eſt, ut ſuprà ex oratione pro Sextio.

Suum priſtinum morem: Conſuetudinem Reipublicæ bene gerendæ.

rat atque auxerat; diutiùs veſtrorum ſcelerum peſtem morari; cùm tamen ille, qualiscunque eſt, qui eſt ab uno te improbitate victus, Gabinius, collegit ipſe ſe vix; ſed collegit tamen, & contra ſuũ Clodium primùm ſimulatè; deinde non libenter; ad extremum tamen pro Cn. Pompejo verè vehementerque pugnavit. Quo quidem in ſpectaculo mira populi Rom. æquitas erat. Uter eorum periſſet, tanquam laniſta, in ejusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem verò quæſtum, ſi *Similitudo.*

Auxerat: Nam Pompejus imperio Romano tres terrarum partes tribus triumphis adjunxerat.

Cum tamen ille: Gabinius etſi ſceleſtus, & ſola Piſonis improbitate ſuperatus, nonnihil tamen ad meliorem frugem rediit; collegit ſe, & quid faceret cogitavit.

Contra ſuum Clodium: Quem priùs ſic amabat, ut quò ei gratificaretur, me urbe pelli permiſerit.

Quo quidem in ſpectaculo: In aſpicienda pugna & diſſenſione, quæ inter Gabinium & Clodium exarſerat.

Æquitas erat: Animo æquo, ſecuro & tranquillo ſpectabat rem hanc pop. Rom.

Uter eorum periſſet: Sive Gabinius, ſive Clodius in illa pugna caderet, lucrum ſuũ eſſe & commodum putabat.

Tanquam laniſta: Laniſta eſt gladiatorum Magiſter & inſtructor. Comparationis iſte ſenſus eſt: Sicut laniſta æquo animo adſpicit, ſi gladiator, quem erudiit, committitur cum alio gladiatore famoſo, licèt ſuccumbat; & juguletur; vel licèt etiam uterque, ſive par gladiatorum, quod manus conſerit, pereat; ſic æquo animo populus Rom. hos duos cives peſſimos committi v-

ſi uterque cecidiſſet. Sed ille tamen agebat aliquid: tuebatur auctoritatem ſummi viri. Erat ipſe ſceleratus, erat gladiator: cum ſcelerato tamen, & cum pari gladiatore pugnabat. Tu ſcilicet homo religioſus, & ſanctus, fœdus, quod meo ſanguine in pactione provinciarū ſceras, frangere noluiſti. Caverat enim ſibi ille ſororius adulter, ut, ſi ſibi provinciam, ſi exercitum, ſi pecuniam ereptam ex Reipublicæ viſceribus dediſſet, omnium ſuorum ſcelerū ſocium te adjutoremque præberes. Itaque in illo tumultu fracti fa-

Ironia.

Repetitio.

---

det, & propterea non dolet, ſed magnam ex alterutrius, maximam ex utriusque interitu capiet utilitatem.

Sed ille tamen: Gabinius agebat aliquid, tuebatur auctoritatem Pompeij. Erat ipſe Gabinius ſceleratus, erat crudelis, & gladiatori ſimilis. Cum altero tamen gladiatore & ſicario P. Clodio pugnabat.

Fœdus: Quod pepigeras cum Clodio, ut tu me de civitate eijci patereris, meámque cauſam proderes, ea conditione, ut Clodius viceverſa rogationem ferret ad populum, quâ tibi Macedonia provincia, Syria Gabinio decerneretur.

Sororius adulter: P. Clodius, qui cum ſororibus inceſtum perpetravit.

Si pecuniam: Quadringenta quinquaginta millia aureorum, deprompta ex ipſo ærario.

In illo tumultu: Qui exortus eſt, cùm Gabinius Clodium impugnaret, tu defenderes.

Fracti faſces: Faſces Conſulares, quos lictores Gabinio Conſuli præferebant, atque adeò fracta auctoritas Conſularis.

faſces, jctus ipſe; quotidie tela, lapides, fugæ: deprehenſus denique cum ferro ad ſenatum is, quem ad Cn. Pompejum interimendum collocatū fuiſſe *Inductio.* conſtabat. Et quis audivit non modò actionem aliquam, aut relationem, ſed vocem omninò, aut querelam tuam? 13. Conſulem tum te fuiſſe, putas, cujus in imperio, qui Rempublicam Senatûs auctoritate ſervârat, fidémque in Italia, qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat, is

Ictus ipſe. Gabinius.

Quotidie tela: Modus loquendi inciſus: Armis agebatur res quotidie.

Deprehenſus: Clodii ſervus, teſte Plutarcho, cum ſica ad occidendum Pompejum in janua curiæ collocatus.

Et quis: Negat Piſonem Conſulem fuiſſe, quòd & ipſum Ciceronem urbe depelli, & Pompejum domum compelli permiſerit; item ex eo, quòd ſenatus eorum relationibus ſolitus fuerit reclamare.

Non modò actionem: Ecquis vidit te reſiſtentem, non dicam, poteſtate conſulari, ſed vel privato conſilio. Actio enim & relatio eſt conſularis, vox & querelæ *privati* officii.

Cujus in imperio: Conſulatu.

Qui Rempublicam: Pompejus. De quo ſolo in hac periodo, & non partim de ſeipſo, partim de Pompejo loquitur Cicero; ſenſus eſt: illéne Conſul eſt, in cujus Conſulatu tutò in publicum exire non potuit ille Pompejus, qui tanta pro bono publicò præſtitit, qui Rempublicam ſervavit, conſervando Senatûs auctoritatē, qui *fidem in Italia* ſervavit, qui fecit, ut floreret in Italia æquitas, juſtitia, commercia, negotia &c.

Tribus triumphis: Pompejus Magnus, qui Domitio in Africa, Sertorio in Europa, Mithridate in Aſia ſuperatis

A repugnantibus. is ſe in publico tutò ſtatuit eſſe non poſſe? An tum eratis conſules, cùm, quacunque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad ſenatum, cunctus ordo reclamabat, oſtendebátque, nihil eſſe vos acturos, niſi priùs de me retuliſſetis? Cùm vos, quanquam fœdere obſtricti tenebamini, tamen cupere vos diceretis, ſed lege impediri? Quæ lex privatis hominibus eſſe lex *Compar.* non videbatur, inuſta per ſervos, inciſa

tis, de tribus terrarum partibus triumphârat, eásque ſub unam populi Romani redactas ditionem inter ſe devinxerat, & colligârat. Omnes omnium gentium partes Cicero in tribus illis Aſia, Europa & Africa comprehendit, quæ antiqua eſt orbis diviſio; nunc poſtquã Columbus novos detexit orbes, nec porrò terris fuit ultima Thule, addita eſt quarta pars America.

Is ſe in publico: Metu Clodii, qui ipſius vitæ inſidiabatur, caruit publico, nec prodivit in forum, privatis ſe parietibus defendens.

Referre: Conſulum erat Senatui, aut populo proponere res, de quibus conſulendum; & iſtud dicebatur *Referre*, ut ſuprà dixi.

Fœdere obſtricti: Fœderis, quod meo ſanguine in pactione provinciarum iceratis, religione devincti.

Tamen cupere: Piſo & Gabinius ſimulabant cupere ſe reditum Ciceronis, quem adeò Senatui gratum eſſe videbant, ſed dicebant legẽ Clodia de meo exilio ſe prohiberi, quò minùs ad ſenatum de meo reditu referrent.

Quæ lex: Oſtendit nullam fuiſſe excuſationem ob legem Clodiam, quia hæc nulla lex fuit.

Inuſta: Quaſi ferro candenti in Reipublicæ fronte ad perpetuam ignominiam impreſſa. Servis enim fugitivis & calumniatoribus notas

inciſa per vim, impoſita per latrocinium, ſublato ſenatu, pulſis è foro bonis omnibus, capta Republica, contra omnes leges, nullo ſcripta more: hanc qui ſe metuere dicerent, hos Conſules, non dicam animi hominum, ſed faſti ulli ferre poſſunt? Nam ſi illam legem non putabitis, quæ erat contra omnes leges, indemnati civis, atque integri capitis, *Sim. ead. Inciſa.* *Dilemma.* *Traductio.*

notas inurebant, ideóque dicit legem inuſtam per ſervos, ut rei indignitatem exaggeret. Servi, inquit, emiſſi ex ergaſtulis, atque adeò notis inuſti, hanc Reipublicæ non legem, ſed labem inuſſerunt.

Inciſa per vim: In æreas tabulas, in quas incidi leges conſuêrunt.

Hanc qui ſe metuere: An iſtos Conſules, qui ejusmodi legem metuere ſe dicerent, putatis ferre & tolerare poſſunt, non dicam homines, ſed vel ipſi animâ carentes faſti, & tabulæ, in quibus aliàs nomina Conſulum inſcribuntur? Adeò inquit, Conſulis nomine ſunt indigni hi, ut ne faſti quidem, ſive annorum inſcriptiones ferre poſſint annum horum Conſulum nominibus inſcribi. Faſti ſive Calendaria Romanorum annos ſuos diſtinguebant per Conſules illius anni E. G. *Licinia Craſſo, & Cn. Pompejo M. Conſulibus.*

Nam ſi illam. Dilemma eſt. *Vel hanc legem verè vos metuere dicebatis, quòd verè putaretis eſſe legem; vel provinciarum pactione corrupti hoc prætextu utebamini, ut meam cauſſam proderetis.*

Si primum: *Ignorabatis mores & inſtituta Reipublicæ, atque adeò Conſules non eratis.*

Si ſecundum: *non modo Conſules non eratis, ſed ne liberi quidem, quippe qui veſtram libertatem pretio provinciæ vendidiſtis, ergo &c.*

Indemnati civis: Qui indictâ cauſſâ extrudebatur è civitate.

Integri capitis: Id eſt civis

 quà

capitis, bonorúmque tribunitia proſcriptio; hac tamen obſtricti pactione tenebamini: quis vos non modò Conſules, ſed liberos fuiſſe putet, quorum *Similit. cad.* mens fuerit oppreſſa præmio, lingua adſtricta mercede? Sin illam vos ſoli *Conjugata.* legem putabitis: quisquam vos Conſules tunc fuiſſe, aut nunc eſſe Conſulares putet, qui ejus civitatis, in qua *Inciſa.* *Repetitio.* in principum numero vultis eſſe, non

quî non erat jure capite diminutus. Feſtus l. 4. *Diminutus capite appellatur, qui civitate multatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus; & qui liber alteri mancipio datus eſt, & qui in hoſtium poteſtatem venit, & cui aquâ, ignique interdictum eſt.*

Tribunitia proſcriptio: In qua lege fiebat proſcriptio à tribuno plebis bonorum illorum, quæ erant Ciceronis, indemnati civis &c. Proſcriptio in eo conſiſtebat, ut bona alicujus publicarentur, venalia proponerentur, is, ad quem pertinebant, eijceretur in exilium, ſæpè illi more tyrannico præmium promitteretur, qui ejecto vel proſcripto necem intuliſſet &c.

Hac tamen: Sic cape ſenſum ex dilemmate: Si non putabatis, legem eſſe, legem illam nefariam Clodii, & ſic non impediti fuiſtis prætextu legis; attamen impediti, & obſtricti fuiſtis illa pactione, de qua ſuprà. Quòd ſi hoc &c. Quis vos Conſules putabit, qui eſtis mancipia?

Sed liberos: Non tantùm non in Conſulum, ſed nec in liberorum hominum numero cenſendi eſtis; *quorum mens oppreſſa præmio, lingua adſtricta mercede*, quia nimirum acceptis muneribus & provinciis, veſtram Clodio libertatem addixiſtis. Munera enim tollunt libertatem.

Sin illam: Eſt primum in dilemmate poſitum & deductum. Vide ſuprà.

Non

non leges, non inſtituta, non mores, non jura nôritis? An, cùm proficiſcebamini paludati in provincias vel emptas, vel ereptas, Conſules vos quiſquam putavit? Itaque, credo, ſi minùs frequentiâ ſuâ veſtrum egreſſum ornando, atque celebrando; at omnibus ſaltem bonis, ut Conſules; non triſtiſſimis, ut hoſtes, aut proditores

A repugnantibus. DE ABITU, ET ABSENTIA: *Pars II.* *Ironia.*

pro-

Non leges &c. Inter hæc quatuor videtur eſſe hæc diſtinctio, quòd *leges* ſcriptæ ſint, & receptæ ſuffragio Principis in Monarchia, in Democratiâ ſuffragio totius civitatis, nec ad unum aut alterum annum, ſed in perpetuum obligent: *Inſtituta* verò ſint quædam veluti ſenatûs decreta, quæ vim quidem non habent niſi ad unum vel alterum annum: ſi tamen diutiùs perſeverârint, in legem tranſeunt, & quandam veluti præſcriptionem inducunt: *Mores* ſunt, quæ ſine ſenatûs decreto, ſine lege primùm inducuntur, dein in conſuetudinem tranſeunt, *Jura* poſtremò, jus naturale, jus gentium, jus commune &c. comprehendunt &c.

Cùm proficiſcebamini Paludati: Cùm votis in Capitolio priùs de more nuncupatis, Gabinius in Syriam cum auctoritate proconſulari, tu in Macedoniam te conferebas, paludati, induti paludamento, quod eſt chlamys imperatoria, vel etiam trabea; Varro l. 6. *Paludamenta ſunt ornamenta, & inſignia militaria. Ideò ad bellum cùm exit Imperator, & lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerunt, paludatus dicitur proficiſci.* Idipſum fiebat, cùm abirent ad provincias. Dixi de hoc in Verrem f. 428.

Emptas: à Clodio mei capitis & ſanguinis pactione.

Ereptas: Reipublicæ arbitrio concedendas.

Itaque credo: Ironia eſt; itaque credo ſi non multi vos comitati ſunt exeuntes,

14. *Diſceſſus Ciceronis.* proſequebantur. Túnc etiam immaniſſimum, ac fœdiſſimum monſtrum auſus es meum diſceſſum illum, teſtem ſceleris, & crudelitatis tuæ, maledicti & contumeliæ locô ponere? Quo quidem tempore cepi, Patres Conſcripti, *Polyſynd.* fructum immortalem veſtri in me & amoris, & judicii; qui non admurmuratione, ſed voce & clamore abjecti hominis, & ſemivivi furorem, petulantiámque fregiſtis. *Repetitio. Inciſa. Enumeratio. Metonymia.* Tu luctum ſenatûs, tu deſiderium Equeſtris Ordinis, tu ſqualorem Italiæ, tu curiæ taciturnitatem annuam, tu ſilentium per-

ſaltem multi fauſta omnia diſcedenti b⁹ imprecati ſunt.

Túnc etiam: Arrepta occaſione graviter & inflamato quodam impetu ad alteram comparationis inter ſe, & Piſonem inſtitutæ partem delabitur, ejúsque impudentiam hinc oſtendit, quòd Ciceroni fugam objecerit & exprobrârit, quam ad occultanda ſua propria ſcelera debuiſſet perpetuo ſilentio tegere.

Voce & clamore: Alto teſtimonio veſtro imortalem mihi gloriam peperiſtis.

Tu luctum ſenatûs: Tu maledicti locum inde arripis, quòd ſenatus publico conſilio Senatusconſultum fecerit, ut pro me veſtis lugubris ſumeretur.

Deſiderium Equeſtris Ordinis: Qui pænè univerſus veſtem pro me mutavit, è quo Ordine viginti propè adoleſcentum millia me comitabantur, ut Clodii vim à me prohiberent, qui per Q. Horrenſium, & C. Curionem Conſulem opem petierunt &c.

Squalorem Italiæ: Quæ tantum dolorem hauſit deſiderio mei, ut ipſi etiam agri ſqualere viderentur.

Tu ſilentium: In Vatinium: *cujus deſideria forum mœ-*

perpetuū judiciorum ac fori, tu cætera illa in maledicti loco pones, quæ meus diſceſſus Reipublicæ vulnera inflixit? Qui ſi calamitoſiſſimus fuiſſet, tamen miſericordiâ dignior, quàm contumeliâ, & cum gloria potiùs eſſe conjunctus, quàm cum probro putaretur. Atque ille, dolor meus duntaxat, veſtrum quidem ſcelus, ac dedecus haberetur, cùm verò (forſitan hoc, quod dicturus ſum, mirabile auditu eſſe videatur, ſed certè id dicam, quod ſentio) cùm tantis à vobis, patres Conſcripti, beneficiis affectus ſim, tantis honoribus: non modò illam calamitatem eſſe non duco: ſed, ſiquid mihi poteſt à Republica eſſe ſejunctum, quod vix poteſt: privatim ad meum nomē augendum, optandam duco mihi fuiſſe illam expeten-

Metaphora. *Syllogiſmus A majore.* *Licentia.*

mæſtum, muta curia, omnia denique bonarum artium ſtudia ſiluerunt; cæter a illa: conjunge, *quæ meus diſceſſus &c.*

Atque ille: Et diſceſſus meus pro meo quidem dolore & calamitate habendus, ſed ſimul pro indicio veſtrorum ſcelerum & dedecorū.

Cùm verò: Cùm, geminatur poſt parentheſin: Cùm verò tantis honoribus affectus ſim.

A Republica eſſe ſejunctum: Si aliquid proprium ego habeo, quódque non ipſum ſit Reipublicæ, tunc ad illud augendum & majore gloriâ afficiendum dico optandam mihi hanc fuiſſe exilii calamitatem, quamvis ex altera parte optari non debuerit: quia cum Reipublicæ calamitate junctum fuit exilium meum.

tendámque fortunam. Atque ut tuum lætiſſimum diem cum triſtiſſimo meo conferam, utrum tandem bono viro & ſapienti optabilius putas, ſic exire à patria, ut omnes ſui cives ſalutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an, quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes exſecrarentur, malè precarentur, unam tibi illam viam, & perpetuam eſſe vellent? Mihi, medius fidius, in tanto omnium mortalium odio, juſto præſertim & debito, quævis fuga potiùs, quàm ulla provincia eſſet optatior.

Communicatio.

Diſſoluta.

Collatio utriusque diſceſſus.

Synonyma.

15. Sed perge porrò. Nam ſi illud meum turbulentiſſimum tempus profectionis

Atque ut tuum: Syllogiſmus: *In odio juſto civium quævis fuga, quam ulla provincia debet eſſe optatior: Sed tu cum juſto omnium odio in provinciam abiiſti: Ergo quævis fuga tibi debuit eſſe optatior, quàm ulla provincia.* Hinc infert: Ergò longè mihi debuit eſſe optatius ex urbe cum tanta gloria civiúmque ſtudio diſcedere, quàm tibi cum tanto civium odio in provinciam proficiſci.

Unam tibi illam viam: Cùm omnes expeterent ut in illa via perires, nec priùs illius viæ, quàm vitæ finem invenires, ut eſt ille Turpilii verſus ex Nonnio.

Egredere, atque utinam iſtuc perpetuum itiner ſibi tibi!

Itiner, antiquus eſt nominativus pro *iter.*

Medius fidius: Formula jurandi, ut dixi in p. 2. *Me Dius fidius* ſeu Jovis filius!

Sed perge porrò: Hactenus de utriusque diſceſſu, nunc ad utriusque regreſſum delabitur. Exponit primò quanto

ſectionis tuo tranquilliſſimo præſtat, quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? Me kalendis Jan. qui dies poſt obitum, occasúmque noſtrum Reipublicæ primus illuxit, frequentiſſimus ſenatus, concurſu Italiæ, referente clariſſimo atque fortiſſimo viro P. Lentulo, conſentiente populo Romano, atque una voce revocavit. Me idem ſenatus exteris nationibus, me Legatis, Magiſtratibúsque noſtris auctoritate ſua, conſularibus litteris, non, ut tu Inſuber dicere auſus es, orbatum patriâ, ſed ut ſenatus illo ipſo tempore appellavit, civem Conſervatorem Reipublicæ commendavit. Ad meam unjus ſalutem ſenatus auxilium omnium civium cuncta ex Italia, qui Rempublicam ſalvam eſſe vellent, Conſulis voce &

Reditus Ciceronis.

Hyperbole.

Ab adjunctis.

Repetitio.

Traductio.

quanto omnium ſtudio fuerit ab exilio revocatus.

Me Kalendis Jan. Quo die, reſpirante tum primùm Republica Clodii ſeditionibus laceratâ, P. Lentulus Spinther, & Qu. Metellus Nepos Conſulatum inierunt. Qui dies poſt meam fugam primus extitit Reipublicæ ſalutaris, & quaſi diſſipatis nubibus ad ſpem futuræ ſerenitatis illuxit.

Concurſu Italiæ: Concurſu Italorum, qui pro jure civitatis, quod bellis ſocialibus acceperant, ex omnibus oppidis confluebant, ad ferendum de mea ſalute ſuffragium.

Me legatis, Magiſtratibúsque. Qui provincias adminiſtrabant.

Tu Inſuber: Avus maternus

Hyperbole & Metonymia. Repetitio. Ab adjunctis.

& litteris implorandum putavit. Mei capitis ſervandi cauſâ Romam uno tempore, quaſi ſigno dato, Italia tota convenit. De mea ſalute P. Lentuli, præſtantiſſimi viri atque optimi Conſulis, Cn. Pompeij, clariſſimi, atque invictiſſimi civis, cæterorúmque principum civitatis, celeberrimæ & graviſſimæ conciones fuerunt. De me ſenatus ita decrevit, Cn. Pompejo auctore & ejus ſententiæ principe, ut ſi-quis

nus Piſonis Inſuber fuit & Placentinus. Inſubres dicti ſunt populi Ciſalpinæ Galliæ, quorum civitates Mediolanum, Papia, Lauda, Novaria, Vercellæ &c.

Quaſi ſigno dato: Quaſi elato vexillo. Videtur ad militarem morem alludere in conſcribendo exercitu uſurpatum. Signum enim ſive vexillum ex arce tollebant.

De mea ſalute: Pro Sextio. *Habuit de eodem me P. Lentulus concionem, concurſus eſt populi Rom. factus: Omnes ordines, tota in illa concione Italia conſtitit &c.*

Cn. Pompeij: Item pro Sextio. *Productus eſt ab eo Cn. Pompejus, qui ſe non ſolum auctorem meæ ſalutis, ſed etiam ſupplicem populo Rom. exhibuit &c.*

De me Senatus: Senatusconſulti de ſuo reditu ſplendorem à tribus adjunctis oſtendit, 1. à perſona Pompeij, qui fuit auctor & princeps ſententiæ. 2. à re, quæ decernebatur. 3. à verbis, quibus ea ſenatûs auctoritas perſcripta eſt.

Sententiæ principe: Aliud eſt eſſe principem civitatis, aliud principem ſententiæ. Princeps Senatûs erat, qui primus in recenſione ſenatûs à Cenſoribus fuiſſet recitatus. Princeps ſententiæ, qui primus ſententiam dixiſſet, quæ obtineret, & quã reliqui maximam partem ſequerentur

quis impediſſet reditum meum, in hoſtium numero putaretur; iiſque verbis ea de me ſenatûs auctoritas declarata eſt, ut nemini ſit triumphus honorificentiùs, quàm mihi ſalus, reſtitutióque perſcripta. De me cùm omnes magiſtratus promulgâſſent, præter unum Prætorem (à quo non fuit poſtulandum) fratrem inimici mei, prætérq; duos de lapide emptos tribunos plebis, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus Conſul de Collegæ Q. Metelli ſententia: quem mecum eadem Res-

querentur. L. Cotta tum fuit princeps ſenatûs; ſed poſt Cottam dixit ſententiam primus Pompejus pro Cicerone glorioſam.

In hoſtium numero: Senatus plerumque his verbis ſua decreta muniebat, ut qui ſecùs feciſſet, is vel contra Rempublicam feciſſe, vel in hoſtium numero habendus eſſe diceretur.

Præter unum Prætorem: Appium Clodium, Fratrem P. Clodii.

A quo non fuit poſtulandum: A quo propter conſanguinitatem non fuit poſtulandum, ut de meo reditu legem promulgaret, & Fratri ſuo P. Clodio ſeſe opponeret. Id enim ſi poſtulatum fuiſſet, pietatis excuſationem prætexere potuiſſet.

Prætérque duos: Sextum Attilium Serranum & Numerium Quintium.

De lapide emptos: Mercede conductos, & P. Clodio mancipatos inſtar ſervorum venalium, qui vendebantur lapidi inſidentes, vel potiùs quòd ipſi præcones de ſuperiore loco, & lapide eminente res venales pronunciarent.

Comitiis centuriatis: In comitiis, in quibus populus per centurias deſcriptus in campo Martio ſuffragium tulit.

Q. Metelli: Nepotis. In ſtit-

Reſpublica, quæ in tribunatu ejus dis-junxerat, in conſulatu virtute optimi ac juſtiſſimi viri ſapientiáque conjunxit. Quæ lex quemadmodum accepta ſit, quid me attinet dicere? Ex vobis audio, nemini civi ullam, quò minùs adeſſet, ſatìs juſtam excuſationem eſſe viſam: nullis comitiis unquã multitudinem hominum tantam, neque ſplendidiorem fuiſſe: hoc certè video: quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos cuſto-

Antitheſis.

Præteritio.

affinis P. Clodio, cùm Tribunus pl. eſſet, legémq; ferret de revocando in Italiam Pompejo cum exercitu, à Cicerone Conſule diſſenſerat, poſtmodum tamen oratione P. Servilii permotus in gratiam rediit cum Cicerone abſente.

Virtute optimi viri ſapientiáque: P. Servilii oratione.

Quæ lex: Lex P. Lentuli, quâ me ab exilio revocavit, méque reſtituit priſtinæ dignitati. Nulla unquam comitia ſplendidiora fuiſſe dicit, quàm ea, quibus omnium Ordinum conſenſu Lex de ſuo reditu ſancita eſt.

Quid me attinet dicere? Quid juvat, & me, qui non aderam, & vobis explicare, qui non interfuiſtis ſolùm, ſed etiam præfuiſtis.

Tabulæ publicæ: Eas tabulas intelligit, in quas acta diurna populi referebant. Acta enim in Comitiis, & populi R. ſuffragia in tabulas referri ſolebant, quæ hîc tabulæ publicæ nominantur.

Vos rogatores: Tu Lentule Conſul, vos ſenatores populum rogâſtis, ut legem, quam Conſul de meo reditu ferebat, ſuis ſuffragiis comprobaret. *Rogatores* vocat, quia hac formula leges ferebant, & proponebant; *Rogo vos, velitis jubeatis &c.* vocabantur etiam illi rogatores, qui colligebant centuriatim ſuffragia.

Diribitores: Idem ac diſtributores.

cuſtodes fuiſſe tabularum : & quod in honoribus veſtrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excuſatione, vel honoris, id in ſalute mea, nullo rogante, vos veſtrâ ſponte feciſtis. Confer nunc Epicure noſter, ex hara producte, non ex ſchola, confer, ſi audes abſentiam tuam cum mea. Obtinuiſti provinciam conſularem finibus ijs, quos lex cupiditatis tuæ, non quos *Polyſynd.*

16. *Piſonis abſentia.* *Correctio.*

ſtributores, qui ſuffragiorũ tabellas diſtribuebant; imò, qui ſuffragia collecta numerabant, & affirmativa à Negativis dividebant, ut infrà dicetur. De his & cuſtodibus Nicolaus Goruchius l. 1. de Com. Rom. c. 3. *In omnibus centuriatis comitiis reperio fuiſſe diribitores, rogatores, cuſtodes, & præcones. Erant diribitores, qui tabulas populo per centurias miniſtrabant. Rogatores, qui ciſtam deferebant, in quam tabellas ſuffragij populus conjiciebat. Cuſtodes, qui præter id, quod obſervabant, ne quid fraudis committeretur in ſortitionibus & ſuffragijs, deſcribebant etiam cujuſque centuriæ educta è ciſtu ſuffragia &c.*

Cuſtodes : Vide paulò ſuprà.

Epicure noſter: Homo turpis & voluptatibus dedite, quíque *ex hara*, porcorum ſtabulo productus es ob ſordes & vitia, non *ex ſchola*, qui nullas litteras didiciſti, corporis voluptate contentus.

Abſentiam tuam: Tuum in provincia magiſtratum cum meo exilio.

Provinciam Conſularem: Macedoniam, quæ illo anno Conſularis effecta eſt, quæ provincia tamen ſolius Macedoniæ finibus non limitata, ſe ad Achaiam, Theſſaliam, Athenas, totam Græciam extendebat.

Finibus ijs: Eoúſque ſe illa tua provincia extendit, nempe ad alios quoque populos liberos Achaiæ, Theſſaliæ &c. quoúſque ſe ambitio & ava-

quos lex generi tui pepigerat. Nam lege Cæſaris juſtiſſima atque optima populi liberi, planè & verè erant liberi; lege autem ea, quam nemo legem præter te & Collegam tuum putavit, omnis erat tibi Achaja, Theſſalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta. Habebas exercitum tantum, quantum tibi non ſenatus, aut populus Romanus dederat, ſed quantum tua libido conſcripſerat;

Correctio.

avaritia tuâ extendit, non quoúsque lex juſta Cæſaris.

Generi tui: Nam Cæſar Calpurniam Piſonis Filiam duxit uxorem.

Populi liberi &c. Lex Julia, lata à Julio Cæſare erat, ut populi liberi verè eſſent liberi, nec à provinciarum adminiſtratoribus regerentur; ſed propriis legibus & Magiſtratibus uterentur, in eos Piſo imperium ſibi vindicavit; fines cupiditatis ſuæ etiam in populos liberos regendos extendit.

Lege autem ea: Lege Clodia, quæ erat contra omnes leges, nec tam lex erat, quàm tribunitia proſcriptio.

Achaia &c. Achaiam libertate donatam fuiſſe teſtantur auctores varii, ſed paulatim conſuetudo irrepſerat, ut eò Romanæ ſecures mitterentur, atque ita libertas Achaiæ tolleretur Magiſtratuum cupiditate; qui provinciarum fines ulteriùs & ulteriùs propagabant. Quare Julius Cæſar in primo ſuo Conſulatu legem tulit, ut populi liberi verè eſſent liberi &c. Piſo tamen altero poſt anno ſuas ſecures ad Achaiam usque promoverat, erepta iterùm libertate.

Cuncta Græcia: Intelligit cæteras Græcas regiones, ut Ætoliam, Epirum, & alias.

Addicta: Vendita eo pretio, ut tu viciſſim Clodio proderes meam ſalutem, quemadmodum ipſe tibi prodiderat Rempublicam.

pſerat. Ærarium exhauſeras. Quas res geſſiſti in imperio, exercitu, provincia Conſulari? quas res geſſerit, quæro? qui ut venit, ſtatim; nondum commemoro rapinas, nondum exactas pecunias, non captas, non imperatas, non neces ſociorum, non cædem hoſpitum, non perfidiam, non immanitatem, non ſcelera prædico: mox ſi videbitur, ut cum fure, ut cum ſacrilego, ut cum ſicario diſputabo: nunc meam ſpoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris. Quis unquam provinciam cum exercitu obtinuit

Metonymia. De rebus à Piſone geſtis in provincia. Correctio. Simil. cad. Repetitio. Præteritio. Repetitio, Simil. cad. Antitheta, Ironia.

Ærarium. Locus fuit, in quo pecuniæ publicæ aſſervabantur. Æreæ enim primò pecuniæ, unde nomen Ærarij.

Quas res. Inſtat & percunctatur, quidnam tanto cum apparatu effecerit.

Geſſerit quæro. Eleganti correctione ſuperiorem illam percunctationem retractat, & ad contemptum, ſuam à Piſone orationem ad ſenatum convertit.

Qui ut venit, ſtatim. Suſpenditur hic & abrumpitur oratio ſenſu nondum abſoluto; nihil enim eſt, quod reſpondeat his verbis; *qui ut venit, ſtatim.* Exempla ſuppetunt in Cicerone aliqua, niſi ſcriptorum menda intervenerint.

Non imperatas Pecunias, quas & quantas dari imperaverat, non commemoro.

Neces Sociorum &c. Hæc omnia infrà dicentur.

Ut cum fure. Tanquam cum fure.

Imperatoris. Ironia, quia cùm eſſet eo nomine indigniſſimus, appellatus tamen fuerat Imperator.

Quis unquam. A minori videtur hunc Syllogismum contexere: *Si ex quavis provincia litteræ mittuntur ad*

tinuit, qui nullas ad Senatum litteras miſerit? tantam verò provinçiam cum tanto exercitu, Macedoniam præſertim, quæ tantis barbarorum gentibus attingitur, ut ſemper Macedonicis Imperatoribus ijdem fines fuerint, qui gladiorum, atque pilorum: ex qua aliquot Prætorio imperio, Conſulari quidem nemo redijt, qui incolumis fuerit, qui non triumphârit. Eſt hoc no-

Traductio. Ab adjunctis.

Tranſitio.

Senatum, multò magis ex ea, qua & per ſe magna eſt, & barbarorum gentibus attingitur, mitti debuerunt: ſed &c.

Macedoniam præſertim. Quæ nunc ſub Turcarum poteſtate antiquo cum nomine eſt, ſed dividitur in tres provincias Iamboli, Comenolitari & Albaniam.

Tantis barbarorum gentibus. Thracias gentes intelligit, quæ ut volunt Geographi, à Septentrione Macedoniam attingunt.

Qui gladiorum &c. Certi nunquam fuerunt Macedoniæ fines, niſi qui armis & virtute noſtrorum Imperatorum ſtatuerentur. *Pila* ſunt tela, alia minora, alia majora, alia tereti, alia quadratâ figurâ, quæ ferrum ſuperiùs præfixum habebant, inſtar jaculorum.

Aliquot Prætorio imperio. Aliqui fuêre, qui habuerunt Prætorium duntaxat in Macedonia imperium, inde tamen reduces triumphum obtinuerunt. Ex ijs, qui Conſulari imperio Macedoniam obtinuerunt, ſi rediêre in urbem *incolumes* (de qua voce ſtatim) omnes triumphârunt. Tam fœcunda eſt Macedonia, & tantam occaſionem triumphorum præbet, ut adeò mirum ſit maximè, Piſonem nihil habuiſſe quod ex illa provincia ad ſenatum reſcriberet.

Qui incolumis fuerit. Omnes Proconſules, qui ex Macedonia, ſalva & integra ſua exiſtimatione: atque adeò non rei, non accuſandi, non dam-

novum, multò illud magìs, appellatus eſt hic Vulturius illius provinciæ, ſi dijs placet, imperator. Ne tum quidem, Paulle noſter, tabulas Romam cum laurea mittere audebas? Miſi, inquit. Quis unquam recitavit? quis ut recitaretur, poſtulavit? nihil enim meâ refert, utrùm tu, conſcientiâ oppreſſus ſcelerum tuorum, nihil unquam auſus ſis ſcribere ad eum Ordinem,

17. *Alluſio Ironica.* *Traductio.* *Dilemma.*

damnandi rediêre, triumphârunt.

Hic Vulturius. Ille vultur, & direptor ac depeculator provinciæ, qui ut vultures cadaveribus paſcuntur, ſic ad hauriendum illius provinciæ demortuæ ſanguinem advolavit. Origenes ait, etiam in ſcripturis divinis eos vultures nominari, *qui alienis imminent mortibus, & arte quadam & fraude teſtamenta ſubijciunt. Hujuſmodi enim homines vultures & aquila meritò appellantur, velut mortuorum cadaveribus inhiantes* Homil. 7. in Levit.

Si Dijs placet. His verbis antiqui rei, de qua loquebantur, indignitatem exprimebant, plerumque per ironiam.

Imperator. Quòd cognomen conſequebantur Duces honoris cauſſâ, cùm bene reſta in ipſa, ubi manus cum hoſte conſeruerant, area ſalutarentur ab exercitu Imperatores. Hoc nomen retinebant, donec triumphâſſent, ſi triumphandi facultas illis à ſenatu daretur.

Paulle noſter. Paullum appellat ironicè. Paullus enim Æmilius præ cæteris magnificè ex Macedonia triumphavit; ſunt etiam celebres Paulli litteræ laureatæ, quas fama divinitùs allatas prævenìſſe dicitur, in Livio.

Tabulas cum laurea. Litteras lauro involutas pro indicio victoriæ. Hanc porrò lauream poſtmodùm in gremio Jovis Capitolini collocabant.

Repetitio. *Simil. deſin.* nem, quem deſpexeras, quem afflixeras, quem deleveras: an amici tui tabulas abdiderint, ijdémque ſilentio ſuo temeritatem atque audaciam tuam condemnârint. Atque haud ſcio, an *Dubitatio.* *Perjodus quadrimēb.* *Polyſyndeta.* malim, te videri nullo pudore fuiſſe in litteris mittendis, an amicos tuos plus habuiſſe & pudoris & conſilij, quàm aut te videri pudentiorem fuiſſe, quàm ſoles, aut tuum factum non eſſe condemnatum judicio amicorum. *Ab enumeratione turpium cauſarum cum vehementi interrogatiōe,* Quòd ſi non tuis nefarijs in hunc ordinem contumelijs in perpetuum tibi curiam præcluſiſſes, quid tandem erat actum, aut

An amici. Videtur argumentari hoc dilemmate Aut miſiſti litteras ad ſenatum, aut non miſiſti: Si non miſiſti, ſcelerum tuorum conſcientiâ oppreſſus, nihil ſcribere auſus es ad ſenatum, quem deſpexeras. Si miſiſti, & non ſunt recitatæ, oportet ſummam impudentiam tuam fuiſſe in ſcribendis ijs litteris, quas amici præ verecundia ſuppreſſerint.

Tabulas. Epiſtolas; ſcribebant enim in tabellis ligneis cerâ obductis.

Atque haud ſcio. Oſtendit Piſonem non minùs eſſe vituperandum, ſi ſcripſit, quàm ſi nihil omninò ſcripſit: Hoc modo: *Si nihil ſcripſiſti, fuiſti ſolito pudentior: Si ſcripſiſti, fuiſti impudens, & judicio amicorum condemnatus, à quibus tuæ litteræ ſuppreſſæ ſunt; ſed deterius eſt, impudentem eſſe, & amicorum judicio damnari, quàm nihil omninò ſcribere, Ergo non minùs es vituperandus, ſi ſcripſeris, quàm ſi nihil omninò ſcripſeris*: Mittebant autem è provincijs litteras ad amicos, priusquàm in ſenatu legerentur.

Quòd ſi. Si ſenatum à te penitùs non abalienâſſes, cùm eum de republica ſu- ... ſtuliſti,

aut geſtum in illa provincia, de quo ad ſenatum cum gratulatione aliqua ſcribi abs te oporteret? vexatio Macedoniæ? an oppidorum turpis amiſſio? an Sociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Theſſalonicæ? an obſeſſio militaris viæ? an exercitûs noſtri interitus ferro, fame, frigore, peſtilentiâ? Tu verò, qui ad ſenatum nihil ſcripſeris, ut in urbe nequior inventus es, quàm Gabinius: ſic in provincia paullò tamen quàm ille demiſſior. Nam ille gurges atque heluo, natus abdomini ſuo, non laudi, atque glo-

Repetitione. Simil. cad. & deſinens.

Inciſa.

ſtuliſti, & ſuis ipſius decretis parere vetuiſti.

Munitio Theſſalonicæ. Theſſalonicenſes relinquere oppidum, & arcem munire coacti ſunt, ut alibi Cic. Theſſalonica celebris Macedoniæ urbs eſt, ubi S. Paulus prædicavit, & ad ejus loci cives binas epiſtolas ſcripſit. Eſt ſub Turcarum poteſtate, dicitúrque nunc Salonick.

Obſeſſio militaris viæ. Habebant Romani, in ſingulis provincijs vias militares, ſic dictas, vel quòd opere militum eſſent ſtratæ, vel quòd ſtratæ & levigatæ eſſent ad transmittendos exercitus, adeò ut valles complanarent, montes exciderent &c. Ejusmodi via, quæ in Macedonia fuit, non ſolùm excurſionibus barbarorum infeſtabatur, ut Cicero ait alibi, ſed etiam caſtris Thracijs diſtincta fuit ac notata, adeò ut obſidentibus hoſtibus incolæ tuti non eſſent.

Tu verò. Lepidè juxta, & acriter arrepta occaſione ad inſectandum Gabinium delabitur, quaſi Piſonem conſolari velle videatur.

Nam ille gurges: Gabinius gulæ & luxuriæ deditus, ut ad ſolam voluptatem natus videatur &c.

Repetitio. gloriæ, cùm Equites Romanos in Pro-
vincia, cùm Publicanos, nobiſcum &
Adjunctio. voluntate & dignitate conjunctos,
omnes fortunis, multos famâ, vitáque
Simil. cad. privâſſet, cùm egiſſet aliud nihil in illo
Enumeratio exercitu, niſi ut urbes depopularetur,
agros vaſtaret, exhauriret domos, au-
ſus eſt (quid enim ille non auderet?)
18. à Senatu ſupplicationem per litteras
Exclamatio cum indignatione. poſtulare. O Dij immortales! túnc
etiam, atque adeò vos geminæ vora-
gines ſcopulíque reipublicæ, vos me-
am

Publicanos. Illos ex Equeſtri ordine viros negotiatores, Mancipes, qui commercia habebant, publicos redditus colligebant &c. de publicanis alibi ſæpè; vide Indices.

Voluntate & dignitate. Publicanos cum ſenatu voluntate conjunctos appellat, quia ipſe Tullius in Conſulatu Equites, atque adeò publicanos à ſenatu diffidentes ad concordiam, bonámque erga ſenatores voluntatem revocârat. *Dignitate*, quòd Publicani, qui ferè erant Equeſtris ordinis principes, proximè ad ſenatoriam dignitatem accederent, adeò ut ſi quando ſupplendus eſſet ſenatus, è Publicanis ferme legerentur.

Auſus eſt: Miſſis ad ſenatum litteris laureatis, tanquam ob res benè geſtas ſupplicationem petere; ſupplicationes poſt obtentam victoriam inſtituebant Romani, tum in honorem victoris, tum ad dicendas dijs gratias. In his cum magna pompa obibant Deorum pulvinaria, & templa, offerebant victimas, plauſus & gratulationes inſtituebant.

Geminæ voragines, ſcopuliq. Qui voraginum inſtar reipublicæ & provinciarum bona hauſiſſent; in quos tanquam in ſcopulos impacta & alliſa reipublicæ navis fecit naufragium.

Pom

am fortunam deprimitis? veſtram extollitis? cùm de me ea Senatûs conſulta abſente facta ſint, eæ conciones habitæ, is motus fuerit municipiorum & coloniarum omnium, ea decreta publicanorum, ea collegiorum, ea denique generum ordinúmque omnium, quæ ego non modò optare nunquam auderem, ſed cogitare non poſſem? vos autem ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis notas ſubjeritis? Atrego, ſi te & Gabiniũ cruci ſuffixos viderem, majore afficerer lætitiâ ex corporis veſtri laceratione, quàm afficior ex famæ? Nullum eſt ſupplicium putandum, quo affici

Antitheta.

Traductio.

Enumeratio.

Locus moralis & Theſis.

Fortunam deprimitis. Meæ fortunæ veſtram audetis anteferre?

Municipiorum: Municipia erant civitates, quæ proprium quidem jus, & proprium Magiſtratum habebant, municipes tamen erant Romanorum, & æquè, ac Romani *munia capere*, & honores Romanorum, ac magiſtratus obtinere poterant.

Cruci ſuffixos viderem. Excurrit hic in locum moralem, & oſtendit non ſuum ipſius exilium, ſed Piſonis & Gabinij infamiam ſupplicium eſſe dicendum; ſupplicium enim eſſe id, quod obtingit merenti, non quod innocenti: Ego, inquit, æquè cenſeo eſſe ſupplicium & ob illud vobis meritò inflictum gaudeo, ſi videam veſtram infamiam, quàm ſi viderem vos ſuffixos cruci.

Ex fama. Intellige: *Laceratione.*

Nullum eſt ſupplicium: Syllogismus: *Nullum eſt ſupplicium putandum, quo affici caſu aliquo etiam boni viri fortéſque poſſunt.*

Sed morte & exilio affici caſu aliquo etiam boni viri fortéſque poſſunt: Ergo nec à mors,

affici caſu aliquo etiã boni viri, fortéſque poſſunt. Atque hoc quidem etiam iſti tui dicunt voluptarij Græci : quos utinam ita audires, ut erant audiendi! nunquam te in tot flagitia ingurgitâſſes ; verùm audis in præſepibus : audis in ſtupris : audis in cibo & vino. Sed dicunt iſti ipſi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, ſapientem, etiam ſi in Phalaridis tauro incluſus ſuccenſis ignibus torreatur, dicturum tamen, ſuave illud eſſe, ſeséque ne tantulum quidem commoveri. Tantam virtutis eſſe

Repetitio & Incisa cum ſimil. cad. Synacioſis.

mors, nec exilium ſunt ſupplicia putanda.

Majorem probat vel ipſorum Epicureorum auctoritate: *Atque hoc quidem &c,* Minor Reguli, Marij, Marcelli confirmatur exemplis.

Voluptarij Græci. Epicurei tui, quorum ſectam amplecteris, qui hominis beatitudinem & ſummum bonum voluptate definiunt, ſupplicium illi in culpa eſſe putant, ubi culpa abſit, ſupplicium non putantes.

Ingurgitâſſes. Nunquam te in tot libidines tanquam in gurgitem, profundámque voraginem demerſiſſes, è qua nunc non poſſis emergere.

In præſepibus. In ganeis & lupanaribus, in quibus tanquam ſus volutaris, & in omnia te flagitia ingurgitas.

Mala dolore &c. Qui dicunt, id eſſe malum, quod voluptate caret, & dolorem habet ; id eſſe bonum, quod habet voluptatem

In Phalaridis tauro. In tauro æreo, quem Perilaus ſive Perillus Athenienſis à ſe fabricatum Phalaridi Agrigentorum tyranno dedit, in quo homines ſubjectis flammis ita terreret, ut non vocem humanam, ſed mugitui ſimilem emitterent.

eſſe vim voluerunt, ut non poſſet un- *Definitio*
quam eſſe vir bonus non beatus. Quæ *ſupplicij.*
eſt igitur pœna? quod ſupplicium? Id
meâ ſententiâ, quod accidere nemini *Enumeratio.*
poteſt, niſi nocenti, ſuſcepta fraus, im- *Simil. cad.*
pedita & oppreſſa mens, bonorum odi-
um, nota inuſta ſenatûs, amiſſio dig-
nitatis. Nec mihi ille M. Regulus, 19.
que Karthaginienſes reſectis palpebris, *Ab exemp-*
illi- *lis.*

Non beatus: Plato de Repub. *Etiam ſi juſtus cruciétur, etiamſi utrumque ſibi oculum effodi ſentiat, tamen eſt beatus.*

Quod ſupplicium: Antequam ſupplicij naturam accuratè definiat, tribus veluti deſcriptionibus viam ſibi ſternit. Ac prima quidem deſcriptio eſt: *Supplicium eſt, quod accidere nemini poteſt, niſi nocenti.* Hæc eſt, inquam, non tam definitio, quàm deſcriptio, ut ſi dicas: *Ratio eſt, quæ nemini niſi homini accidere poteſt.* Vide ſeqq.

Suſcepta fraus: Vel exemplis & inductione ſuperiorē illam deſcriptionem explanat: vel eſt alia deſcriptio, quæ à partium enumeratione deſumitur: ſiquis fraudem ſuſcipit, ſcelus & noxam animo ſuſcipit, cui pœna debeatur; ſiquis mentem habet ſceleribus impeditam & implicitam, ſi apud bonos in odio eſt, &c.

Nota inuſta Senatûs: Si Senatus alicui notam & labem ignominiæ impreſſerit.

Nec mihi ille: Alia videtur eſſe deſcriptio per negationem & contrarium, quaſi diceret; ſupplicium eſt pœna, ſed non illa, quâ Regulus affectus eſt.

M. Regulus: Marcus Atilius Regulus; qui poſtquã Conſul fuit in Africa, oppida ducenta & hominum millia ducenta cepit, arte Xantippi mercenarij militis captus, denique Carthagine in arcam ligneam conjectus, clavis introrſum adactis, vigilijs enectus eſt.

Reſectis palpebris: Quâ ratio-

illigatum in machina vigilando necaverunt, ſupplicio videtur affectus; nec C. Marius, quem Italia ſervata ab illo, demerſum in Minturnenſium paludibus, Africa devicta ab eodem, expulſum & naufragū vidit. Fortunæ enim iſta tela ſunt, non culpæ: ſupplicium autem eſt pœna peccati. Neque verò ego, ſi unquam vobis mala precarer (quod ſæpè feci, in quo Dii immortales meas preces audiverunt) morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thye-

Metonymia.

tione, cùm connivere & oculos claudere non poſſet, ſomnus impediebatur.

C. Marius: Vir ſtrenuus fuit, humili loco natus, & diu vitam agens ruſticam, ſed per gradus aſcendens ob fortitudinem bellicam quinque continuos Conſulatus apud Romanos eſt adeptus. Sextùm Conſul cum Catulo factus, Cimbros in Gallia apud aquas Sextias: Teutonas in Italia vicit, déque his triumphavit. Vide, quæ ſequuntur.

Italia ſervata: In ea Italia, quam devictis Cimbris & Teutonibus hoſtibus tutam præſtiterat, poſtmodum à Sylla victus, aliter ſeipſum ſalvare & ſervare non potuit, quàm Minturnis abſcondendo ſe in palude, ubi ad collum usque aquis immerſus delituit.

Africa devicta: Etiam Africa, quam priùs vicerat Marius, poſtmodum vidit Marium expulſum & naufragum, exulem, captivum. Vicit Marius Jugurtham in Africa, eúmque captum ante currum ſuum egit. Verſâ fortunæ rotâ, victus ipſe à Sylla, è captivitate, in quam Minturnis inciderat, evadens, traiecit in Africam, in qua diu exulavit. *Naufragum* dicit allegoricè.

Supplicium eſt pœna peccati: Adfert ſupplicij propriam definitionem.

Thye-

Thyeſtea iſta exſecratio eſt Poëtæ, vulgi animos, non ſapientum moventis:

Ut tu naufragio expulſus, uspiam ſaxis fixus aſperis,
Eviſceratus latere penderes
(ut ait ille) ſaxa ſpargens tabo,
Sanie, ſanguine atro,

Non ferrem omninò moleſtè, ſi ita accidiſſet, ſed id tamen eſſet humanum. M. Marcellus, qui ter Conſul fuit, ſum- *Laus.*

Thyeſtea iſta exſecratio: Verſus ſequentes exſecratorij ſunt ex Ennio Poëta in Thyeſte; ergo hìc Thyeſtea exſecratio propriè ſumitur. Nunc paſſim Thyeſtea exſecratio in proverbium abijt. Fuit Thyeſtes apud Poëtas crudelitate infamis, qui cùm Atreo fratri, cui peſſimè cupiebat, aliter nocere non poſſet, uxorem ejus per adulterium violavit. Atreus verò in vindictam ei filium epulandum appoſuit. Ob quæ flagitia ſol, ne pollueretur, retrorſum fertur curſum convertiſſe. In hujus Tragœdia Ennius hos verſus habet imprecatorios, quibus naufragium, acutos ſcopulos, eviſcerationem, contuſionem membrorum & ſimilia imprecatur.

Eviſceratus latere: Propendentibus è latere viſceribus.

Non ferrem: Non dolerem, ſi ita contigiſſet, ut uterque veſtrûm periiſſet naufragio: naufragium enim non magis propter ſcelera veſtra, quàm propter conditionem humanam calamitatibus & periculoſis obnoxiam evenire potuiſſet: atque adeò non magnopere gauderem, quaſi id ſupplicii fuiſſet à Diis irrogatum.

M. Marcellus: Fuit hic Nepos ejus Marcelli, qui quinquies Conſul fuit; filius illius

Inciſa. ſumma virtute, pietate, gloria militari, perijt in mari: qui tamen ob virtutem

Antitheta. in gloria & laude vivit. In fortuna quadam eſt illa mors, non in pœna putanda.

Adjunctio. Repetitio. Reſponſio & definitio. Enumeratio. Quæ eſt igitur pœna? Quod ſupplicium? quæ ſaxa? quæ cruces? Eſſe duos duces in provincijs populi Romani, habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum ſic fuiſſe infirmatum conſcientiâ ſcelerum & fraudum ſuarum, ut ex ea provincia, quæ

Amplificat collatione diſſimilium exemplorũ. fuerit ex omnibus una maximè triumphalis, nullas ſit ad ſenatum litteras mittere auſus. Ex qua provincia modò vir omni dignitate ornatiſſimus L. Tor-

illius Marcelli, qui ſemel, ipſe ter. Hinc cùm ſtatuas ſibi, ac patri itémque avo hic poneret, ſubſcripſit, *Tres Marcelli novies Coſſ.*

Quæ ſaxa? Quæ cruces? Crucis, & ſaxi facit mentionem, quòd his duobus ſupplicijs damnati maximè plectérentur, ſervi in crucem agerentur, liberi deijcerentur è ſaxo Tarpeio.

Eſſe duos: Reſpondet, in hoc verum ſupplicium conſiſtere, quòd Piſo & Gabinius ſceleratas mentes habuerint, quòd cùm nihil dignum égerint, unus nihil dignum ſcribere potuerit, alter per ipſas ſuas litteras in majorẽ infamiam inciderit, uterque turpiſſimam labem apud poſteros ſibi conciliârit. Ergo concludit ſuperius argumentum: *Vera pœna, verùmque ſupplicium eſt ſuſpecta fraus, impedita & oppreſſa mens, nota inuſta ſenatûs, amiſſio dignitatis.*

Una maximè triumphalis: Repete, quæ ſuprà dixit: Ex Macedonia, *quæ tantis barbarorum gentibus attingitur, ut ſemper Macedonicis Imperatoribus ijdem fines Provinciæ fuerint, qui gladiorum, atque*

Torquatus, magnis rebus geſtis, me referente, abſens Imperator ſit appellatus: unde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli juſtiſſimos triumphos vidimus, ex ea, te imperatore, nuntius ad ſenatum allatus eſt nullus. Ab altero allatæ litteræ, recitatæ, relatum ad Senatum. Dij immortales! idne ego optarem, ut inimicus meus, eâ, quâ nemo unquam ignominiâ notaretur? Ut Senatus is, qui in eam jam benignitatis conſuetudinem venit, ut eos, qui bene Rempublicam geſſerint, novis honoribus afficiat, & numero dierum, & genere verborum; hujus unjus litteris nuntian-

Diſſoluta. *Exclamatio.* *Auget à præjudicio ſenatûs.* *Ab adjunctis.* *Polyſyndeton.*

atque pilorum: *ex qua aliquot prætorio imperio, Conſularis quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, qui non Triumpharit.*

Me referente: Me Conſule ad ſenatum referente. Fuerat autem Cicero Conſul octo annis ante ſecundum Pompeij & Craſſi conſulatum, quibus Coſſ. habita hæc oratio, ut in Argumento.

Paucis annis: Cn. Dolabella triumphavit anno ab urbe Condita 676. C. Curio A. 681. M. Lucullus 682. habita eſt autem hæc oratio 698. vel ut alij 699.

Juſtiſſimos triumphos: Non gratiâ & factionibus extortos.

Idne ego optarem: Nec optare poteram tanquam inimicus, ut tantæ à Dijs pœnæ Gabinio imponerentur, adeò hæc infamia inimici ſpem & deſiderium longè ſuperat.

Et numero dierum: Cùm ſenatus in omnes alios adeò liberalis ſit, ut honores tribuat bene meritis, ſupplicationes non denegei, & quidem in plures dies eas ſupplicationes decernat, formulâ

Similit. cad. tiantibus non crederet? poſtulantibus
20. denegaret: His ego rebus paſcor, his
Synonyma. delector, his perfruor: quòd de vobis
Repetitio. hic ordo opinatur, non ſecùs ac de te-
Inciſa. terrimis hoſtibus: quòd vos Equites
Repetitio. Romani, quòd cæteri ordines, quòd
Enumeratio partium. cuncta civitas odit: quòd nemo bonus,
Repetitio. nemo denique civis eſt, qui modò ſe
Disjunctio. civem eſſe meminerit, qui vos non o-
Simil. cad. culis fugiat, auribus reſpuat, animo
Diſſoluta. aſpernetur, recordatione denique ipſa
Repetitio. conſulatûs veſtri perhorreſcat. Hæc
ego

mulâ verborum etiam ma-ximè honorificâ, hoc enim eſt, *genere verborum &c.*

Poſtulantibus: Supplicationem.

His ego rebus paſcor: Elegans expolitio, quâ oratio mirè variatur. Primò verbis utitur pænè Synonymis, quibus tamen ſenſim aſſurgit oratio. *Paſcor*, Id eſt alor & ſuſtentor hoc tanquam alimento inimicitiæ & odij. *Delector*. Jucunditatem & guſtum inde habeo. *His perfruor*. In hoc, tanquam felicitate mea & beatitudine acquieſco.

Hic ordo: Senatus. Bonorum odium erga Piſonem & Gabinium deſcribit à partium enumeratione, ſenatûs, Equeſtris ordinis, aliorum &c. deinde partes has velut enumeratione diſperſas in unum colligit nomine cunctæ civitatis.

Nemo bonus: Quod per affirmationem oſtenderat, idē negatione declarat; nec ſolùm dicit neminem bonum eſſe, ſed ne civem quidem ullum, qui eos non execretur, quam execrationem iterum veluti quadam partium enumeratione, id eſt, auriũ, oculorum, animi, recordationis mentione, & verborũ pænè idem ſignificantium poſitione, fugiendi, reſpuendi, aſpernādi, perhorreſcendi amplificat. Sunt & figuræ im-

ego ſemper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus ſum. Plura etiam acciderunt, quàm vellem. Nam ut, amitteretis exercitum, nunquam mehercule optavi. Illud etiam accidit præter optatum meum: ſed valde ex voluntate; mihi enim non venerat in mentem, furorem & inſaniam optare vobis, in quam incidiſtis. Atqui fuit optandum. Me tamen fugerat, Deorum im̃ortalium has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas. Nolite enim putare, Patres Con- *Synonymia.* *Locus communis de*

immixtæ plurimæ, quas vide in margine.

Plura etiam: Occurrit tacitæ obiectioni, ne calamitati, quæ Piſonis & Gabinii culpâ Reipubl. evenerat, inſultare videatur.

Mihi enim: Ad furorem & inſaniam Piſonis tranſit, aliud pœnarum genus, quod à Diis in homines nefarios conſtitutum eſſe dicit, quod quidem ipſe nec optaverit, quandoquidem de hoc ſupplicij genere imprecando ne quidem cogitârit.

Has eſſe pœnas: In hunc locum ſunt veterum Poëtarum verſus à Lycurgo Oratore citati.

Siquem Deorum vexat iracundia,
Hunc ſanitate mentis exturbant prius,
Mentémque rapiunt, atque transverſos agunt
Senſus, ſuum ne ſentiat peccans ſcelus.

Nolite enim putare: Removet falſam opinionem, quæ poſſet in auditorum animis inſidere, oſtenditque, non ideò conſceleratos nullam ſcelerũ pœnam perſolvere, etiamſi extrinſecùs Furiarũ tædis ardentibus minimè puniantur, & ſatis eſſe propriam cujusque conſcientiam ad pœnas exigendas, hoc pæne ſyllogiſmo:

Non

Furiis & conſcientia. Conſcripti, ut in ſcena videtis homines conſceleratos impulſu Deorum terreri Furiarum tædis ardentibus. Sua *Traductio.* quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac men- *Inciſa.* *Repetitiones.* te deturbat. Hæ ſunt impiorum Furiæ, *Synonymia.* hæ flammæ, hæ faces. Ego te non vecordem, non furioſum, non mente *Comparatio.* captum, non tragico illo Oreſte, aut Athamante dementiorem putem, qui

Non ſunt requirendæ Furiæ ad eos vexandos, quos ſua conſcientia de ſanitate ac mente deturbat

Sed ſceleratum ſua conſcientia de ſanitate ac mente deturbat : Ergo non ſunt requirendæ Furiæ ad pœnas de ſcelerato exigendas: Propoſitio reticetur. Aſſumptio & concluſio claræ ſunt.

Ut in ſcena videtis : Ut in tragœdiis & theatris fieri ſolet.

Vecordem: Quaſi ſine corde, hebetem, ſtolidum. Aſcendit dein & creſcit oratio. Exprobrat hîc Piſoni furorem & inſaniam ex eo, quòd ſine ulla vel populi, vel ſenatûs auctoritate exercitum dimiſerit contra mores, leges, inſtituta.

Tragico illo Oreſte: Clytemneſtra Agamemnonē à Troiæ excidio redeuntem adulterij cum Ægyſto perpetrati conſcia occiderat. Eam patris ulciſcendi causâ filius Oreſtes interemit; matris interemptæ umbram identidem ob ora filij ſe obtruſiſſe, & parricidam ſerpentibus ac tædis ardentibus vexâſſe fabulantur. Virgil. IV. Æneidos.

Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes
Armatam facibus Matrem, & ſerpentibus atris
Cum videt, ultricésque ſedent in limine Diræ.

Aut Athamante: Thebano, qui in furorem actus Learchum filium ratus eſſe feram, interemit & alterum filium Melicertam in lebetem immiſit decoquendum.

Tragico, inquiebat, qui nempe

qui ſis auſus primùm facere)nam id eſt caput) deinde paullò antè, Torquato graviſſimo & ſanctiſſimo viro premente,confiteri,te provinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportâſſes,ſine ullo milite reliquiſſe? Mitto de amiſſa maxima parte exercitûs. Sit hoc infelicitatis tuæ; dimittendi verò exercitûs quam potes afferre cauſam? quam poteſtatem habuiſti? quam legem, quod Senatusconſultum? quod jus? quod exemplum? Quid eſt aliud furere, non cognoſcere homines,non cognoſcere leges, non ſenatum, non civitatem? Cruentare corpus ſuũ? Major hæc eſt vitæ, famæ, ſalutis ſuæ vulneratio.

Præteritio. *Interrogationes & objurgationes vehementes.* *Repetitio.* *Incisa.* *Furoris deſcriptio ab effectis conglobatis.*

Si

pe identidem à Poëtis in ſcenam inducitur.

Qui ſis auſus: Qui auſus es primùm facere, id quod eſt præcipuum, tum etiam urgente & inſtante Torquato fateri,quòd dimiſeris exercitum &c.

Dimittendi exercitûs: Ut parare exercitum ſine S. C. vel populi juſſu fas non fuit, ita nec paratum dimittere. nam nec ſine plebis conſenſu poterat bellum conflatum diſſolvi.

Non cognoſcere homines: Romanos, qui ejus rei rationem petant, & vindicent. Poteſt totus hic paragraphus ita reſolvi. *Nihil eſt aliud furere, niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges &c. Sed iſta non cognoſtis, ergo furis.*

Cruentare corpus: Eſtne furere tantùm, ſiquis corpus ſuum vulneret; non; major eſt furor vitam, famam, ſalutem vulnerare.

A minore. Si familiam tuam dimiſiſſes (quod ad neminem, niſi ad ipſum te pertineret) amici te tui conſtringendum putarent. *Definitio exercitûs.* Præſidium tu populi Romani, cuſtodiam provinciæ, injuſſu populi, Senatúsque dimiſiſſes, ſi tuæ mentis compos fuiſſes? *ar. Longior periodus.* Ecce tibi alter, effuſâ jam maximâ prædâ, quam ex fortunis publicanorum, ex agris, urbibúsque ſociorum exhauſerat, cùm partim ejus prædæ, profundæ libidines devorâſſent, *Repetitio.* partim nova quædam & inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, ubi omnia *Frequentatione Gabinij ſcelera amplificat.*

Si familiam: Argumentatur à minori ad majus: *Majoris eſt inſania exercitum, quàm familiam privatam dimittere: Sed inſanus eſſes, ſi familiam privatam dimitteres; Ergo multò magis inſanus es, qui exercitum populi R. dimiſeris.*

Conſtringendum: Tanquam amentem & furioſum.

Ecce tibi alter: Ecce tibi, alter Conſul Gabinius æquè furioſus, ac tu, qui expilatione Syriæ non contentus ſe Ptolomæo Alexandriæ Regi, exercitúmque mercede addixit.

Effuſâ jam maximâ prædâ: Poſtquam maximam vim pecuniæ, quam ex fortunis publicanorum & ſociorum deprædatus fuerat, in ſuam libidinem & luxuriem diſſipavit. Vides verbum *exhauſerat*, non idem eſſe, quod *hauſerat*, ſicut qui diceret, aquam è puteo exhauſit, ſenſus eſſet, aquam è puteo hauſtam effudit, abſumpſit.

Partim: Id eſt, partem, adverbium pro nomine. Occurrit hujuſmodi dictio alibi, ſed rarò.

Luxuries: Luxuriem diſtinguit à libidine. Libido propriè eſt in appetendo: Luxuries in effundendo, ut ſenſus ſit: cùm illam prædam Gabinius

omnia diripuit, emptiones, partim permutationes ad hunc Tuſculanum montem exſtruendum; cùm jam egeret, cùm illa ejus immenſa & intolerabilis ædificatio conſtitiſſet, ſeipſum, *Inciſa.* faſces ſuos, exercitum populi Romani, numen, interdictúmque Deorum immortalium, reſponſa ſacerdotum, au- *Adjunctio.* ctoritatem ſenatûs, juſſa populi, nomen

binus ſuâ libidine devoráſſet, conſumpſiſſet, eáque ſuam voluptatem explêſſet ſecundùm unam partem; ſecundùm alteram verò partem ſua luxurie in convivia, in ædificia, aliáque prodegiſſet, & diſſipâſſet.

Partim etiam emptiones: Subintellige verbum *devoráſſent*: cùm partem prædæ devorâſſent illæ emptiones factæ in ijs locis, ubi quidem omnia (in ſenſu accommodo) diripuit, ſed tamen ut latrocinia ſua tegeret, interdum ſtatuas quasdam, columnas, tabulas pretio comparabat.

Permutationes: Permutationes pecuniarum dicuntur, cùm pecunias, quæ certo loco adnumerantur, alio loco curari volumus. Vulgus *cambium appellat*.

Ad hunc Tuſculanum montem: Ad Tuſculanam ſuam villam exſtruendam & ornandam. Montem hanc villam vocat in edito colle ſitam, tanquam tam immanem & inſanam exſtruxiſſet, ut monti, quàm villæ ſimilior eſſe videretur.

Cùm jam egeret: Cùm deficerent pecuniæ ad tales tantósque ſumptus, & cùm *immenſa illa ædificatio conſtitiſſet*, id eſt, hæſiſſet, nec propter nimios ſumptus potuiſſet abſolvi.

Seipſum &c. vendidit: Ptolomæus Auletes Alexandriæ Rex à ſuis popularibus expulſus à S. P. Q. R. contendit, ut in regnum reſtitueretur. Libri Sibyllini inſpecti ſunt: ij Regem Ægypti cum armis remitti prohibebant. Cùm igitur exercitum à S. P. Q. R.

Amplificatio facti. nomen ac dignitatem imperij regi Ægyptio vendidit. Cùm fines provinciæ tantos haberet, quantos voluerat, *Ab adjunctis.* quantos optaverat, quantos mei capitis *Repetitio.* pretio periculóque emerat: his ſe tenere non potuit. Exercitum eduxit ex Syria. *Interrogationes crebra ad inſtandum. Subjectio.* Quî licuit extra provinciam? Tribuit ſe mercenarium comitem regi Alexandrino. Quid hoc turpius? In Ægyptum venit: ſigna contulit cum Ale-

P. Q. R. obtinere non poſſet, Gabinium Syriæ Proconſulem mercede corruptum ſecum in Ægyptum duxit, à quo cæſi Alexandrini, urbs expugnata, ipſe in regnum reſtitutus. Egit ergo Gabinius contra interdictum Deorum, faſces & dignitatem Romanam vendidit, contra juſſa & voluntatem ſenatûs & populi, unde ejus furor arguitur.

Vendidit. Hæc omnia quodammodo vendidit, quia pro acceptis pecuniis iſta omnia vilipendit; etiam Numen deorum vendidit, quia mercede corruptus id fecit, quod libri Sibyllini, indices divinæ voluntatis, à ſacerdotibus conſulti, fieri prohibebant.

Cùm fines: Amplificat à circumſtantiis. 1. Circumſtantia, quòd non fuerit contentus ſuâ tam amplâ provinciâ, ſed ex Ægypto pariter lucrari voluerit.

Quî licuit? 2. Circumſtantia: contra leges exercitum è provincia eduxit.

Tribuit ſe mercenarium. 3. Circumſtantia, quòd ſuam libertatem mercede addixerit. 4. Quòd Regi, quod nomen eſt à Romana libertate penitùs alienum. 5. Quòd Alexandrino, quæ gens ſemper laboravit perfidiæ & inſitæ levitatis infamiâ. Et has circumſtantias crebris Interrogationibus illuſtrat.

Signa contulit: Conflixit cum Alexandrinis, ut ab iis Ptolomæum Auletem expulſum, priſtinæ reſtitueret dignitati.

Alexandrinis. Quando hoc bellum aut hic ordo, aut populus ſuſceperat? Cepit Alexandriam. Quid aliud exſpectamus à furore ejus, niſi ut ad Senatum tantis de rebus geſtis litteras mittat? Hic ſi mentis eſſet ſuæ, niſi pœnas patriæ Diiſq; im̃ortalibus eas, quæ graviſſimæ ſunt, furore atque inſania penderet, auſus eſſet (mitto exire de provincia) educere exercitum, bellum ſua ſponte gerere, in regnum injuſſu populi aut ſenatûs accedere? Quæ cùm plurimæ leges veteres, tum Lex Cornelia majeſtatis, Julia de pecuniis

A ſignis Gabinij furorem oſtendit.

Præteritio.

Sim. cad.

Simil. deſin.

Quando hoc bellum: Sexta & præcipua circumſtantia eſt, quòd bellum ſua ſponte, ſine ullo S. C. aut populi juſſu, contra legem antiquiſſimam ſuſceperat.

Alexandriam: Alexandriæ potentia & magnitudo ex eo poteſt cognoſci, quòd ejus Reges ducenta peditum, viginti Equitum millia, trecentos elephantes, duo curruũ falcatorum millia poterant in bellum educere, & arma, quæ trecentis hominum millibus ſatis eſſent, in armamentario, in theſauris verò ſepties centena talentorum Ægyptiorum millia poſſidebant, præter aliam incredibilem rei nauticæ apparatum. Condita fuit ab Alex. M. hodie adhuc celebris, & ſub Turcarum poteſtate eſt. Vixerat autem Alexander ante Ciceronem annis ampliùs ducentis.

Quæ cùm plurimæ leges: A legibus tum antiquis, tum recentibus à Gabinio violatis ejusdem furorem exaggerat.

Cornelia: Lex lata à L. Cornelio Sulla Dictatore in eos, qui populi Majeſtatem minuiſſent.

Julia: Lex Julia, lata à Julio Cæſare in primo conſulatu.

cuniis repetundis, planiſſimè vetant? ſed hæc omitto. Ille, ſi non acerrimè fureret, auderet, quam provinciam P. Lentulus amiciſſimus huic Ordini, cùm & auctoritate Senatûs, & Sorte haberet, interpoſita religione ſine ulla dubitatione depoſuiſſet, eam ſibi aſciſcere, cùm, etiamſi religio non impediret, mos majorum tamen, & exempla, & graviſſimæ legum pœnæ vetarent?

Ille auderet: Si Gabinius non fureret, non auderet illam provinciã, illud munus & curam reducendi Ptolomæi, quam habuiſſet tum temporis Lentulus, ſibi arrogare. Lentulus, ob interpoſitam religionem provinciam illam depoſuit, modeſtè & prudentèr agens; Gabinius contra leges aſſumpſit.

Et auctoritate & ſorte haberet: Cùm Lentulo provincia & munus reducendi Ptolomæi à Senatu & à ſorte obtigiſſet. Ptolomæus ab Alexandrinis ejectus auxilium petierat à ſenatu. Senatusconſultum factum eſt, ut Conſules P. Cornelius Lenthulus Spinther & Q. Metellus Nepos ſortirentur inter ſe provincias, iſque Ptolomæum reduceret, cui Cilicia obtigiſſet. Sortiti ſunt; Lentulo Cilicia obvenit: & ita Lentulus auctoritate ſenatûs & ſorte habuit Ptolomæi reducendi provinciam. Sed eam provinciam Lentulus depoſuit *interpoſita religione*. Vide Seqq.

Interpoſita religione: Interveniente Sibyllino oraculo, & vetantibus Auguribus, ne Rex Ægyptius à Romanis reduceretur.

Eam ſibi aſciſcere: Invito ſenatu uſurpare.

Etiamſi religio: Etiamſi Sibyllæ oraculum non prohiberet. Religio hoc loco ſignificat metum deorum, ne quis peccando illos offendat. Aliàs etiam *Scrupulum* indicat, éſtque elegans dictio, *alicui religionem injicere*, pro *alicui ſcrupulum facere*.

rent? Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus; de reditu Gabinij omittamus: quem etſi ſibi ipſe præcidit, ego tamen os ut videam hominis, exſpecto. Tuum, ſi placet, reditum cum meo conferamus. Ac meus quidem is fuit, ut à Brundiſio uſque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem. Neque enim regio fuit ulla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publicè ad 22.

Celebritas reditûs Ciceroniani collatus cum reditu Piſonis. Partium diſtributio.

facere. qui loquendi modus trivialis eſt.

Sed quoniam: Redit ad propoſitum, ad comparandum Piſonis reditum cum ſuo; nam digreſſus ad Gabinii furorem deſcribendum, omiſerat tantiſper deducere comparationem abſentiæ Piſonis cum ſua abſentia. Cœpimus enim, inquit, facere comparationem, *contentionem fortunarum*, quæ in utriúsque noſtrûm abſentia fortuna & conditio fuerit; omittamus nunc de reditu Gabinij, & dicamus de noſtro.

Etſi ſibi ipſe præcidit: Ob pœnas legum, quas incurrit & metuit ob ſua ſcelera, regredi non auſus eſt, reditum ſibi præcluſit.

Os hominis ut videam: Exſpecto videre impudentem hominem.

A Brundiſio: Urbe Italiæ, in extremis Calabriæ finibus, ubi portus celeberrimus, ad quem appelluntur ex Epiro & Macedonia navigantes.

Municipium: De municipiis dictum. Municipes propriè, *qui in civitatem Romanam accepti, munerum participes fierent.* Nomine munerum autem intelligebatur jus merendi in legione, Porciæ legis pro libertate civium immunitas &c.

Præfectura: Præfecturæ eæ appellabantur, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur; & erat quædam earum Respublica, in quas præfecti mittebantur Româ.

Colonia: Coloniæ ſunt quæ

ad me venerint gratulatum. Quid dicam adventus meos? quid effuſiones *Præteritio.* hominum ex oppidis? quid concurſũ *Repetitio.* ex agris patrumfamilias cum conjugibus ac liberis? quid eos dies, qui quaſi Deorũ iṁortalium feſti ac ſolemnes, ſunt apud omnes adventu meo reditúque celebrati? Unus ille dies mihi quidem iṁortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redii, cùm ſenatum egreſſum vidi, populúmque Romanum *Hyperbole.* univerſum, cùm mihi ipſa Roma propè convulſa ſedibus ſuis ad complectendum conſervatorem ſuum procedere *Diſtributio.* viſa eſt. Quæ me ita accepit, ut non *Inciſa.* modò omnium generum, ætatum, or- *Diſſoluta.* dinum omnes viri ac mulieres, omnis for-

quæ ut ait Gellius, *non veniunt extrinſecus* in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur, ſed ex civitate quaſi propagatæ ſunt, & jura inſtitutáque omnia populi Rom. non ſui arbitrij habent.

Unus ille dies: Illo die tantam percepi voluptatẽ, tantum fructum civium amoris, ut immortalitate frui, & cælum viderer attingere.

Senatum egreſſum: Ut me exciperet redeuntem.

Ipſa Roma: Hyperbolicè. Cæterùm quamvis hæc Cicero per exaggeratione͂ dixiſſe videatur, tamen ne rem quidem ſatis deſcripſiſſe Plutarcho videtur. Ait hic: *Reverſus eſt Cicero decimo ſexto menſe, poſtquam expulſus eſt, & tanto ſtudio, tanta lætitia civitates univerſæ obviam ſe effuderunt, ut quod Cicero poſteà dixit, rem non ſatis oſtenderet pro dignitate, & veritatem attingeret. Dixit enim ſe humeris Italiæ Romam fuiſſe reportatum.*

Tecta

fortunæ ac loci, ſed etiam mœnia ipſa viderentur, & tecta urbis ac templa lætari. Me conſequentibus diebus in ea ipſa domo, quâ tu me expuleras, quam expiláras, quam incenderas, pontifices, conſules, Patres Conſcripti collocaverunt, mihíque, quod ante me nemini, pecuniâ publicâ ædificandam domum cenſuerunt. Habes reditum meum. Confer nunc viciſſim tuum, quandoquidem amiſſo exercitu, nihil incolume domum, præter os illud priſtinum tuum retuliſti: qui primùm, quà veneris cum laureatis tuis lictoribus,

Simil. deſ. Diſſoluta.

Hyperbolicè, & more oratorio.

Reditus Piſonis.

Tecta urbis ac templa lætari: Quæ lucernis & ramis, atque majorum vel Deorum imaginibus ornata lætitiam præferebant.

Quâ tu me expuleras: Expelli Clodii factionibus permiſeras.

Quam incenderas: Suprà: *Sedebas non extinctor, ſed auctor incendii, & ardentes faces Furiis Clodianis penè ipſe Conſul miniſtrabas.*

Pontifices: Vide Orat. pro Domo in P. 2.

Habes reditum meum: Poſtquam ſui reditûs ſplendorem deſcripſit, ad exponendum Piſoniani reditûs obſcuritatem delabitur, eámq; à duobus maximè capitibus oſtendit, quòd noctu in urbem per diverticula quædã ſubrepſerit, nemóque redeunti obviàm proceſſerit.

Præter os illud: Præter illam tuam impudentiam, vel etiam præter illam affectatam ſeveritatem flagitia tua frontis nebulis obtegentem.

Quà. Per quam viam?

Cum laureatis lictoribus: Imperatores poſt adeptam victoriam lictorios faſces habebant lauri foliis involutos: Piſo ab exercitu ſuo dictus Imperator eos obtinebat.

Traductio. bus, quis ſcit? Quos tum Mæandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diverticula, flexioneſque quæſiſti? quod te municipium vidit? quis amicus invitavit? quis hoſpes adſpexit? nonne tibi nox erat pro die? non *Antitheta.* ſolitudo pro frequentia? caupona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, ſed ut mortuus infamis referri videretur? Romam verò 25. ipſam fœdavit adventus tuus. O familiæ

bat, quod reditui magnum ſplendorem afferre poterat, niſi ſcelerum conſcientiâ vexatus, latebras & diverticula de induſtria quæſiſſet. Hinc igitur reditûs obſcuritatem oſtendit, quòd licèt laureatos faſces haberet, nemo tamen eum redire cognoverit.

Mæandros: Quos flexus, quas ambages, quas latebras. Mæander fluvius eſt imprimis flexuoſus, adeò, ut Dio Chryſoſtomus oratione de Celænis ſexcentos ei flexus tribuerit. Ovidius: *Non ſecus ac liquidus Phrygiis Mæander in arvis Ludit, & ambiguo lapſu refluitque, fluitque.* Hinc omnes flexus Mæandri nominantur.

Non ſolitudo? Id eſt, nonne ſolitudo.

Caupona pro oppido: Caupona œnopolium & popinam ſignificat, adeóque Caupones non ſoli ſunt vini venditores, ſed omnes ij, à quibus minutatim merces diſtrahuntur. Sæpiùs tamen caupo ſumitur pro ſolo œnopola, ſive vini venditore.

Mortuus infamis: Qui in lecticis tecti, occultíque ad monumenta feruntur.

Fœdavit adventus: Quaſi cadaver illatum funeſtavit, nam urbes vel domos illatis funeribus funeſtari credebant, quo ſenſu Virgil. *Tum tám que inceſtat funere claſſem.*

O familia! O quantum tu Piſo dedecus es familiis tuis!

Non

liæ, non dicam Calpurniæ, ſed Calventiæ; neque hujus urbis, ſed Placentini muncipij; neque paterni generis, ſed braccatæ cognationis dedecus! quemadmodum veniſti? quis tibi, non dicam, horum, aut civium cæterorum, ſed tuorum legatorum obviàm venit? Mecũ enim tum L. Flaccus, vir tua legatione indigniſſimus, atque ijs conſiliis, quibus mecum in conſulatu meo conjunctus fuit ad conſervandam Rempublicam, dignior, mecũ fuit tum, cùm te quidam non longè à porta cum lictoribus errantem viſum eſſe narrabat. Scio item virum fortem in

Exclamatio.

A genere & Patria vituperat.

Geminatio.

Non dicam Calpurniæ: Non tantùm dedecus es familiæ tuæ Calpurniæ, ex qua natus es, nobiliſſimæ, ſed etiam obſcuræ illi Calventiæ à Gallis & barbaris oriundæ. Non tantùm dedecus es Romæ, ſed exigui municipij Placentini.

Braccatæ cognationis: Gallicæ. ex Gallia Braccata. Braccæ fuerunt quædam integumenta, quibus crura & verenda tegebant, erántque laxæ, follicantes, & varijs etiam coloribus imbutæ, quibus tum uſi Galli; inde dicti ſunt *gens braccata*.

Vir tua legatione indigniſſimus: Qui propter dignitatem, ſplendorémque virtutum, indignam te Proconſule obijt legationem, & vir fortiſſimus ſub imperatore inertiſſimo militavit. Hic porrò eſt L. Valer. Flaccus, qui in conjuratione Catil. legatos Allobrogum cum litteris conjuratorum in ponte Milvio deprehendit: & ideò dicit, *qui conſiliis ſuis mecum in Conſulatu conjunctus fuit.*

Errantem: Omnes ſolitudines perſequentem, & diverticula quærentem.

Q. Mar-

in primis belli, ac rei militaris peritum, familiarem meum Q. Marcium, (quorum tu legatorum prælio Imperator appellatus eras, cùm longè afuiſſes) adventu iſto tuo domi fuiſſe otioſum. *Correctio.* Sed quid ego enumero, qui tibi obviàm non venerint? Qui dico veniſſe pænè neminem? ne de officioſiſſima quidem natione Candidatorum, cùm vulgò eſſent & illo ipſo, & multis antè diebus admoniti & rogati. *Polyſyndeton.* Togulæ lictoribus ad portam præſtò fuerunt: quibus illi acceptis, ſagula rejecerunt, & ca-

Q. Marcium: Q. Marcium Regem intelligit, quem Dio tradit Ciliciæ fuiſſe proconſulem, & Salluſtius in Catilina ſcribit, ad urbem fuiſſe cũ exercitu, Cicerone Conſule, inimicorum invidiâ impeditum, ne triumpharet.

Quorum tu legatorum prælio: Imperator appellatus es ab exercitu, non ob virtutem tuam, ſed ob prælium, quod geſſerunt iſti tui legati Q. Marcius, & L. Flaccus.

Afuiſſes: Sive abfuiſſes, cùm tu à loco certaminis longè abſens eſſes, quando prælium gerebatur.

Adventu iſto tuo: Addit particulam *iſto* per contemptum. Auget etiam contemptibilem adventum Pitonis, quòd eo veniente Q. Marcius ejus legatus domi fuerit otioſus, quem nempe ita legatus oderat vel ſpernebat, ut quamvis otioſus, nulliſque occupationibus diſtrictus, tamen obviàm imperatori non procederet.

Natione Candidatorum: Qui vel infimos quoſque prenſant, ſtudéntque omnium gratiam demereri ad obtinenda eorum ſuffragia.

Vulgò: Paſſim, ſine diſcrimine.

Togulæ lictoribus: Lictores ne redire tũ primùm è provincia viderentur, rejectis ſagulis

catervam imperatori ſuo novam præbuerunt. Sic iſte, tanto exercitu, tantâ provinciâ, triennio pòſt, Macedonicus imperator in urbem ſe intulit, ut nullius negotiatoris obſcuriſſimi reditus unquam fuerit deſertior. In quo me tamen, qui eſſet paratus ad ſe defendendum, reprehendit. Cùm ego Cœlimontanâ portâ introiſſe dixiſſe, ſponſione me, niſi Esquilinâ introiſſet, homo promptiſſimus laceſſivit: quaſi verò id aut ego ſcire debuerim, aut veſtrûm quiſquam audierit; aut ad rem *Adjuncta.* *Comparatio.* *Pols ſyndeton.*

ſagulis militaribus, togas induerunt, antequam ad Capitolium aſcenderent.

In urbem ſe intulit: Clam irrepſit. Mox à comparatione obſcuri negotiatoris, reditûs obſcuritatem exaggerat.

In quo me: Refutat obiectionem, quâ Piſo conatus fuerat Ciceronem mendacij convincere.

Cùm ego Cælimontana: Cælimontana porta [à Cælio monte, in cujus clivo ſita erat, dicitur. Creditur ea fuiſſe, quæ nunc eſt S. Joannis.

Sponſione me; Me provocavit, ut ſponſione contenderem, ni portâ Esquilinâ, & non ut ego dixiſſem, Cælimontanâ introiſſet.

Esquilinâ: Ab Exquilijs dicta, fuit inter portam, quæ nunc major dicitur, & S. Laurentij. Ante Tiberiũ nulli alteri rei, quàm educendis ad ſupplicium damnatis inſervijt, qui extra illam portam morti dabantur: quo uſu poſteà obſoleto, velut ſuperflua, occluſa eſt. Putant nonnulli jocũ Piſonis hunc fuiſſe acerbũ in Ciceronem, quòd hic per portam Esquilinam noctu in exilium abierit.

Quaſi verò: Eleganti joco obiectionem Piſonis elevat. Non mirum eſſe, ſi in nominanda porta erraverit, cùm adeò

rem pertineat, quâ tu portâ introjeris, modò ne triumphali: quæ porta Macedonicis ſemper ProConſulibus ante te patuit. Tu inventus es, qui conſulari imperio præditus ex Macedonia non
24. triumphares. At audîſtis Patres Conſcripti, Philoſophi vocem: Negavit ſe triumphi cupidum unquam fuiſſe. O ſcelus! O peſtis! O labes! cùm exſtinguebas ſenatum, vendebas auctoritatem hujus Ordinis, addicebas tribuno plebis Conſulatum tuum, Rempublicam evertebas, prodebas caput & ſalutem

Occupatio.
Ironia.
Exclamatio.
Metonymia.
Enumeratio.
Simil. cad.

adeò obſcurus fuerit Piſonis reditus; Deinde eandem objectionem refellit, quòd ad rem non pertineret, inquirere, hácne, an illâ portâ introiſſet. ſi conſtaret eum triumphali portâ non introiviſſe.

Triumphali; Portâ Vaticanâ. Triumphalis dicebatur, quòd eâ triumphantes in urbem introirent.

At audîſtis P. C. Piſo: cùm de Cicerone quereretur, in ſenatu dixerat, ſe nunquã triumphi cupidum fuiſſe, id Cicero graviter reprehendit, oſtenditque Piſonem, niſi ſceleribus ad obtinendam provinciam à ſe patratis triumphi cupiditatem obtendat, nullum colorẽ habere, quo ſe defendat.

Philoſophi vocem: Honorem & humana omnia negligentis.

O Scelus! Pro ſcelerato, peſtis pro peſtifero &c.

Extinguebas ſenatum: Cùm omnem ſenatui poteſtatem penitùs auferebas, cùm eum ſuis ipſius decretis parere prohibebas.

Vendebas auctoritatem: Pactione provinciæ.

Addicebas tribuno pl. &c. Cum P. Clod. Trib. pl. pactum inibas; *ut ſi tibi provinciam &c.* N. 12.

Prodebas caput: Per ſummam perfidiam me affinem tuum

tem meam una mercede provinciæ: ſi triumphum non cupiebas, cujus tandem rei cupiditate arſiſſe defendes? Sæpè enim vidi, qui & mihi & cæteris cupidiores provinciæ viderentur, triumphi nomine tegere, atque velare cupiditatem ſuam. Hoc modo D. Silanus conſul in hoc Ordine, hoc meus etiam Collega dicebat. Neque enim quisquam poteſt exercitum cupere, aperteque petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. Quòd ſi te ſenatus PopulúsqueRomanus aut nō appeten- tem

A cauſis.

Ab exemplis.

Maior ſyllogiſmi.

tuum &c. à P. Clodio ſinebas eijci de civitate.

Si triumphum: Dilemma: *Vel triumphi, vel prædæ cupiditas te ad petendam per tot ſcelera provinciam rapiebat. Non triumphi, ut tute confiteris: Ergo prædæ.*

Sæpè enim: Quo titulo tu, quo honeſto prætextu cupiditatem provinciæ defendes, niſi dicas te triumphi cupidum fuiſſe, ut dixerunt antehac plures, qui reipſa provincias expetebant, foris præferebant, ſe honeſto triumphandi fine id petere.

D. Silanus: Decius Junius Silanus conſulatum adeptus eſt poſt Ciceronem, quam provinciam quomodo tanto ambitu petierit, non conſtat.

Meus Collega: C. Antonius, de quo ſuprà; Quem *cupidum provinciæ, multa in Republ. nova molientem, patientiâ meâ, atque obſequio meo mitigavi.*

Quòd ſi te ſenatus: Syllogiſmus; *Multò minus, qui ſponte, contra voluntatem ſenatûs bellum ſuſcipit, quàm qui coactus bellum gerit, debet triumphum contemnere.*

Sed tu contra voluntatem ſenatûs bellum ſponte ſuſcepiſti.

Ergo multò minus, quàm ij, qui coacti bellum gerunt, tri-

tem, aut etiam recuſantem bellum ſuſcipere, exercitum ducere coëgiſſet, tamen erat anguſti animi atque demiſſi, juſti triumphi honorem atque dignitatem contemnere. Nam, ut levitatis eſt, inanem aucupari rumorem, aut omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari: ſic levis eſt animi, lucem ſplendorémque fugientis, juſtam gloriam, qui eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare. Cùm verò non modò non poſtulante atque cogente, ſed invito atque oppreſſo ſenatu, non modò nullo populi Romani ſtudio, ſed nullo ferente ſuffragium libero, provincia tibi iſta manupretium fuerit everſæ per te, & perditæ civitatis: cúmque omnium tuorum ſcelerum hæc pactio exſtiterit, ut ſi tu totam Rempublicam

Theſis & locus communis.

Minor. Syllogyſmi cum amplificatione.

Longa periodus.

Repetitio.

triumphum contemnere debuiſti; &c.

Anguſti animi: Sicuti ampli & elati animi dicitur, qui magnas res concupiſcit, ſic anguſti & demiſſi, qui eas nec audet concupiſcere.

Nam ut: Reddit rationem per ſententiam moralem, & locum communem ſive theſin; quod eſt revocare hypotheſin ad theſin.

Umbras: Falſa & futilis gloria cum umbra bene comparatur.

Suffragium libero: Quia ſervi tantùm & mancipia ex omnibus ergaſtulis extracta leges Clodias de decernendis Piſoni & Gabinio provincijs ſuo ſuffragio comprobârant.

Manupretium: Merces & compenſatio. Per contemptum, tanquam hominis mercenarij auctoramentum.

Nec

licam nefarijs latronibus tradidiſſes a Macedonia tibi ob eam rem, quibus tu finibus velles, redderetur: cùm exhauriebas ærarium: cùm orbabas Italiam juventute: cùm mare vaſtiſſimum hyeme tranſibas; ſi triumphum contemnebas, quæ te, prædo amentiſſime, niſi prædæ ac rapinarum cupiditas tam cæca rapiebat? Non eſt integrum Cn. Pompejo, conſilio jam uti tuo. Erravit enim, non guſtârat iſtam tuam Philoſophiam.

Complexio. Traductio.

Ironia.

Apoſtrophe ad triumphantes Imperatores.

Nefarijs latronibus: P. Clodio, cæteriſque ſeditioſis, qui impunè graſſabantur in republica.

Quibus tu finibus velles: Tu rempublicam tradidiſti latronibus: pro hoc manupretio illi tibi reddiderunt Macedoniam, quibus velles finibus, ut poteſtatem tuam extendere poſſes, quò velles.

Mare vaſtiſſimum hyeme: Quod inter Brunduſium Italiæ oppidum, & Epidamnum ſive Dyrrhachium, nunc *Duracho*, interjacet. Mare autem vaſtiſſimum appellat, non tam propter latitudinem, ut opinor, (diſtat enim à Brunduſio Apuliæ urbe centum milliaribus propemodum, ut auctor eſt Maginus in Ptolomæum) quàm propter ſolitudinem, quod tam infeſto anni tempore nemo navigaret. At Piſo prædæ cupiditate incenſus, non dubitavit ſe & exercitum ſuum tempeſtati committere.

Non eſt integrum C. Pomp. Eleganti ironia viros triumphales, qui ſenatui intererant, alióſque ex annalibus & patrum memoria repetitos, levitatis & ſtultitiæ condemnat, quòd triumphum expetiverint, qui erat Philoſophicâ Piſonis ſententiâ negligendus. Primò de Pompejo; non eſt liberum, non licet Cn. Pompeio reſilire, & triumphi honorem contemnere, quem ita expetivit.

Erravit enim: Triumphum tam ardenter expetens.

ſophiam. Ter jam homo ſtultus triumphavit. Craſſe, pudet me tui. Quid eſt, quòd confecto per te formidoloſiſſimo bello coronam illam lauream tibi decerni tantoperè volueris à Senatu? P. Servili, Q. Metelle, C. Curio, P. Africane, cur non hunc audiſtis tam doctum hominem, tam eruditum, priusquàm in iſtum errorem induceremini? C. ipſi Pontinio, neceſſario meo, jam non eſt integrum. Religionibus enim

Ter jam: Cic. pro Cornel. *Pompejus tot habet triumphos, quot ſunt oræ, partésque terrarum.*

Craſſe, pudet me tui: Tu quoque Craſſe ſtultus eras, & ideò pudet me tui &c. M. Craſſum intelligit, qui bellum contra Spartacum ſervorum ducem confecit.

Coronam illam lauream: Cùm Craſſus de ſervis devictis triumpharet, myrteâ tantùm in coronâ ovare debebat; ſed cùm hanc repudiaret, ſenatus ei extra ordinem gratificatus, eſt, & conceſſit, ut de fugitivis & Spartaco triumphans, laureâ corona tus incederet. Erat enim pro diſcrimine victoriarum, diſcrimen etiam coronarum.

P. Servili: Iſaurice, qui ex Cilicia de Piratis triumphâſti, Iſaurúmque ipſam arcem Ciliciæ expugnâſti A. V. C. 665.

Q. Metelle: Cretice, qui de Cretenſibus triumphâſti, Silano & Muræna Coſſ.

C. Curio: Qui de Macedonia triumphâſti.

P. Africane: Socer Cn. Pompeij fuiſſe putatur

C. Pontinio: Prætor Conſule Cicerone, Allobroges año proximè ſequenti devicerat, non tamen triumphavit ante Appij Claudij & L. Domitij Conſulatum ſex ſeptémve annis poſt victoriam.

Religionibus ſuſceptis impeditur: Non poteſt non triumphare, nam religione obſtrictus eſt ad ſuſcipiendum vel admittendum triumphum,

enim ſuſceptis impeditur. O ſtultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! ô amen- *Semper Ironicè. Exclamatio.*

phum, vel quia ſic juravit, & vovit Diis, vel &c.

Camillos : M. Furius Camillus quater de Vejentibus anno 356. de Gallis A. 363. de Volſcis, Æquis & Hetruſcis A. 364. de Gallis A. 386. Lucius verò Furius Camillus de Latinis A. 415. triumphârunt.

Curios : M. Curius de Samnitibus & Pyrrho A. 428. & A. 663. Conſul triumphavit.

Fabricios . C. Fabricius Conſ. triennio ante Curium id eſt A. 660. de eodem Pyrrho triumphum duxit.

Calatinos : M. Attilius Calatinus primo bello Punico propter res in Sicilia præclarè geſtas triumphavit A. 496.

Scipiones : Primus L. Corn. Scipio de Pœnis, Sardinia, & Corſica A. 494. Secundus P. Scipio Aſina de Corſis A. 532. Tertius Major Africanus de Pœnis & Siphace A. 552. Quartus L. Scipio Aſiaticus de Antiocho A. 564. Quintus Scipio Æmilianus de Africa 607. & A. 621. de Numantinis: Sextus Scipio Naſica de Dalmatis A. 598. Septimus Scipio Africanus ex Hiſpaniis 621. triumphârunt.

Marcellos : M. Marcellus A. 531. de Gallis, Inſubribus & Germanis: Anno 542. devictis Syracuſanis in monte Albano triumphavit, primùm deinde ovans urbem ingreſſus eſt. Ejus filius M. item Marcellus de Inſubribus & Comenſibus A. 557. Nepos, qui poſtquam ter Conſul fuit, periit in mari, primùm de Gallis A. 587. & 598. de Liguribus, ut probabilis eſt conjectura, iterum triumphavit.

Maximos : Duplex fuit Maximorum familia, Valeriorum altera, altera Fabiorum. In utraque ſui triumphales extiterunt. Inter Valerios, Marc. Val. Max. Anno 441. de Samnitibus. Anno 453. de Etruſcis: M. Val. Max. Meſſala 490. de Pœnis. Inter Fabios Q. Fab. Max. de Etruſcis Anno 443. Q. Fab. Max. Gurges de Samnitibus 463. idem Gurges iterum 477. de Samnitibus Laucanis &

Synonyma. O amentem Paullum! ruſticum Marium! nullius conſilij Patres horum amborum Conſulum, qui triumphârunt.
25. *Irridet Piſonem & exagitat.* Sed quoniam præterita mutare non poſſumus, quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus dare hæc præclara præcepta ſapientiæ clariſſi-

Brutijs: Q. Fab. Max. de Liguribus 520. item Q. Fab. Max. de Allobrogibus A. 632.

O amentem Paullum] Æmilium, qui de Perſe Macedoniæ Rege triumphavit A. 586. Amentem vocat jronicè, quia paſſim ejus prudentia celebratur.

Ruſticum Marium. Commodè Ruſticum appellat, quia juventutem rure tranſegerat. Marius de Jugurtha Numidiæ Rege A. 649. & de Cimbris atque Teutonibus A. 652. triumphavit.

Horum amborum Coſſ. Intelligit Conſules præſentes hujus anni, qui fuerunt Cn. Pompejus Magnus II. M. Craſſus II. Pompeij Pater bello Italico de Picentibus 664. M. Craſſi pater P. Craſſus ante bellum Italicum de Hiſpanis triumphavit Anno 656.

Præterita mutare. Quoniam efficere non poſſumus, ut quod factum eſt, id factum ne ſit, & ut ij, qui triumphârunt, non triumphârint, ideò Piſonem hortatur per jroniam, ut C. Cæſarem generum ſuum à triumphandi ſtudio abducat, id quod ad futurum pertinet.

Hic homulus. Piſo, homuncio.

Ex argilla & luto. Homines è cera fictos dicimus homines concinnos, politos, terſos, & quaſi levigatos, qui, ut Horatius appellat, ad unguem facti, quòd cera artifici non reſiſtat. At Orator Piſonem eleganti ironia non è cera, ſed è luto & argilla fictum appellat; adeò videlicet ſordidum Epicureum, adeò lutulentum, ut totus è luto concretus & compactus eſſe videatur.

im-

riſſimo & ſummo Imperatori, genero ſuo? Fertur ille vir, mihi crede, gloriâ: flagrat, ardet cupiditate juſti & magni triumphi. Non didicit eadem iſta, quæ tu. Mitte ad eum libellum. Sed jam, ſi ipſe coràm congredi poteris, meditare, quibus verbis incenſam illius cupiditatem comprimas atq; reſtinguas. Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate, vir moderatus & conſtans; apud indoctum eruditus, apud generum ſocer. Dices enim, ut es homo facetus, ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus è ſchola: Quid eſt Cæſar, quòd te ſupplicationes toties decretæ tot dierum tantópere delectent? In quibus homines errore ducuntur: quas Dij negligunt: qui, ut noſter ille divinus dixit Epicurus, neque propitij cuiquam eſſe ſolent, neque irati. Non facies fidem ſci-

Synonyma.

Membratim

Allegoria.

Antitheta & relata.

Simil cad.

Ironia.

Proſopopœia bella & jucunda.

Loquitur Cicero in ſua

Imperatori. Julio Cæſari, *genero*, qui Piſonis filiam Calpurniam duxit uxorem.

Non didicit eadem. Non iiſdem, quibus tu præclaris Epicuri præceptis imbutus eſt.

Libellum. Litteras, quibus eum à triumphi cupiditate dehorteris.

Volitantem. In eundem modum jam ſuprà locutus eſt.

Tot dierum. Quot antea nemini, quindecim nempe.

Divinus. Loquitur Cicero in perſona Piſonis diſcipuli honorificè; in propria ſua perſona ironicè.

Non facies fidem: Sed non credet tibi Cæſar in hoc, quòd dicas Deos nemini ira-

 ſci-

perſona. ſcilicet, cùm hæc diſputabis. Tibi enim *Traductio.* & eſſe & fuiſſe Deos videbis iratos. Vertes te ad alteram ſcholam: diſſeres *Nova Proſopopœja Piſonis.* de triumpho. Quid tandem habet iſte currus? Quid vincti ante currum duces? *Hypotypoſis triumphi.* Quid ſimulacra oppidorum? Quid aurum? Quid argentum? Quid *Repetitio.* legati

ſci. Experientiâ enim conſtabit, Deos tibi, qui ſic inſanis, eſſe iratos.

Ad alteram ſcholam: Hoc eſt ad alteram diſputationem ſeu diſſertationem de vanitate triumphi. Prima Schola fuerat de providentia divina, quæ cùm ſecundùm Epicuri dictum nulla ſit, fruſtrà Dijs gratias in ſupplicationibus & triumphis pro rebus benè geſtis agimus.

De triumpho: Nomen triumphi inde proveniſſe Varro putat, quòd cum imperatore milites redeuntes clamitarent per urbem in Capitolium aſcendentes Io! triumphe! Io! idque à θριάμβῳ Græco Liberi Patris cognomento, qui Διονύσιος θρίαμβος vocabatur.

Iſte currus: Quo triumphantes per ſacram viam ad Capitolium invehuntur. Aureos illos fuiſſe interdum currus ex Horatio compertum eſt, interdum eburneos, atque etiam è margaritis. Forma ſic deſcribitur à Zonara: Currus neque bellicis, neque ijs ſimilis erat, quorum in ludis uſus eſt, ſed inſtar rotundæ turris confectus.

Vincti ante currum: Duces hoſtium captivi, qui catenati currum triumphantis antecedebant. Ovid. *Quattuor in niveis aureus ibis equis, Ibunt ante Duces onerati colla catenis.*

Simulacra oppidorum: Oppidorum captorum effigies, quæ vel pictæ, vel auro & argento cælatæ currui triumphali præferebantur. Lucius Scipio Aſiaticus tulit in triumpho oppidorum ſimulacra centum triginta quatuor.

Quid aurum &c. Sive aurum coronarium, quod à ſocijs & provincijs ad honorandam triumphi pompam offer-

legati in equis, & tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa pompa? inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta pæne puerorum, captare plauſus, vehi per urbem, conſpici velle. Quibus ex rebus nihil eſt, quod ſolidum tenere, nihil quod referre ad voluptatem corporis poſſis. Quin tu me vides, qui, ex qua provincia T. Flamininus, L. Paullus, Q. Metellus, T. Di-

Inciſa.

Ridicula collatio & confeſſio turpis.

offertur, ſive quod è præda manubiiſque conflatum ærario infertur. In Pompeij triumpho delata ſunt argentĩ ſignati pondo 77500.

Clamor militum: Applaudentium, & clamantium. *Io! triumphe!*

Inania ſunt iſta: Vana, futilia, vacua ſolidæ voluptatis.

Captare plauſus: Populi circumſtantis plauſum, & acclamationes aucupari. Ovid. *Quaſ ibis manibus circumplaudere tuorum Undiq, jactato flore tegente vias.*

Voluptatem corporis: Quâ unâ divinus ille noſter Epicurus dicit ſummum hominis bonum eſſe metiendum.

Quin tu me vides: Suo ipſius exemplo ridiculè C...

rem docet Piſo triumphi honorem contemnere, totúmque in expilandâ provincia, & conflandis per rapinas pecunijs occupari.

Flamininus: Qui Macedoniam ſubegit, L. Quinctij Flaminini frater, triumphavit A. 559.

L. Paullus: L. Æmil. Paullus de eadem Macedonia & de Perſe Rege triumphavit A. 586. Numiſmata & plurimora ſemper ſcribunt Paullus per duo l.

Q. Metellus: Q. Cæcil. Metellus, cui ex virtute Macedonici cognomen inditum, præclarâ victoriâ Pſeudo-Philippum, qui Macedoniam occupaverat, gentémque ſuperavit. Triumphavit Anno 607.

perſona. ſcilicet, cùm hæc diſputabis. Tibi enim
Traductio. & eſſe & fuiſſe Deos videbis iratos.
Vertes te ad alteram ſcholam: diſſeres
Nova Proſopopœja Piſonis. de triumpho. Quid tandem habet iſte currus? Quid vincti ante currum duces?
Hypotypoſis triumphi. Quid ſimulacra oppidorum? Quid aurum? Quid argentum? Quid
Repetitio. legati

ſci. Experientia enim conſtabit, Deos tibi, qui ſic inſanis, eſſe iratos.

Ad alteram ſcholam: Hoc eſt ad alteram diſputationem, ſeu diſſertationem de vanitate triumphi. Prima Schola fuerat de providentia divina, quæ cùm ſecundùm Epicuri dictum nulla ſit, fruſtrà Dijs gratias in ſupplicationibus & triumphis pro rebus benè geſtis agimus.

De triumpho: Nomen triumphi inde provenisse Varro putat, quòd cum imperatore milites redeuntes clamitarent per urbem in Capitolium aſcendentes Jo! triumphe! Jo! idque à τριάμβῳ Græco Liberi Patris cognomento, qui Διονύσιος Θρίαμβος vocabatur.

Iſte currus: Quo triumphantes per ſacram viam ad Capitolium invehuntur. Au*reos illos* fuiſſe interdum currus ex Horatio compertum eſt, interdum eburneos, atque etiam è margaritis. Forma ſic deſcribitur à Zonara: Currus neque bellicis, neque ijs ſimilis erat, quorum in ludis uſus eſt, ſed inſtar rotundæ turris confectus.

Vincti ante currum: Duces hoſtium captivi, qui catenati currum triumphantis antecedebant. Ovid. *Quattuor in niveis aureus ibis equis, Ibunt ante Duces onerati colla catenis.*

Simulacra oppidorum: Oppidorum captorum effigies, quæ vel pictæ, vel auro & argento cælatæ currui triumphali præferebantur. Lucius Scipio Aſiaticus tulit in triumpho oppidorum ſimulacra centum triginta quatuor.

Quid aurum &c. Sive aurum coronarium, quod à ſocijs & provincijs ad honorandam triumphi pompam offer-

legati in equis, & tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa pompa? inania ſunt iſta, mihi crede, delectamenta pæne puerorum, captare plauſus, vehi per urbem, conſpici velle. Quibus ex rebus nihil eſt, quod ſolidum tenere, nihil quod referre ad voluptatem corporis poſſis. Quin tu me vides, qui, ex qua provincia T. Flamininus, L. Paullus, Q. Metellus, T. Di-

Inciſa.

Ridicula collatio & confeſſio turpis.

offertur, ſive quod è præda manubiiſque conflatum ærario infertur. In Pompeij triumpho delata ſunt argenti ſignati pondo 17500.

Clamor militum: Applaudentium, & clamantium. *Io triumphe!*

Inania ſunt iſta: Vana, futilia, vacua ſolidæ voluptatis.

Captare plauſus: Populi circumſtantis plauſum, & acclamationes aucupari. Ovid. *Quaſq; ibis manibus circumplaudere tuorum Undiq; jactato flore tegente vias.*

Voluptatem corporis: Quâ unâ divinus ille noſter Epicurus dicit ſummum hominis bonum eſſe metiendum.

Quin tu me vides: Suo ipſius exemplo ridiculè C...

...rem docet Piſo triumphi honorem contemnere, totúmque in expilandâ provincia, & conflandis per rapinas pecunijs occupari.

Flamininus: Qui Macedoniam ſubegit, L. Quinctij Flaminini frater, triumphavit A. 559.

L. Paullus: L. Æmil. Paullus de eadem Macedonia & de Perſe Rege triumphavit A. 586. Numiſmata & marmora ſemper ſcribunt Paullus per duo l.

Q. Metellus: Q. Cæcil. Metellus, cui ex virtute Macedonici cognomen inditum, præclarâ victoriâ Pſeudo-Philippum, qui Macedoniam occupaverat, gentémque ſuperavit. Triumphavit Anno 607.

dubito, quin illum jam aſcendentem
26. in currum poſſis revocare. O tenebræ,
Metonymia. ô lutum, ô ſordes, ô paterni gene-
Exclamatio. ris oblite, materni vix memor! ita
Synonyma. neſcio quid iſtuc tractum, humile, de-
Inciſa. miſſum; ſordidum, inferius etiam
eſt, quàm ut Mediolanenſi præcone,
avo tuo dignum eſſe videatur. L.
Ab exemplis. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ
civitatis, ſpiculis propè ſcrutatus eſt al-
peſt

O tenebræ! &c. O vilitas animi, *lucem, ſplendorémque fugientis!* *O lutum* Epicurei ex argilla & luto ficti! O ſordes animi avari & ſordidi! ſordes enim dicuntur non tantùm ut ſuprà in corradendis pecunijs, ſed etiam in retinendis.

O paterni generis: Non ſolùm à nobiliſſima Calpurniorum gente & paterno genere degeneras, verùm ne maternæ quidem Calventiorum genti planè reſpondes. Piſonum familia Romæ erat celebris, diviſa in Piſones Calpurnios, Piſones Cælios & Pupios. Primi erant præcipui, quia oriundi à Calpo Numæ Popilij filio. *Piſones* dicebantur à Pinſo ſive Piſo, ut aliqui putant. Alij, quòd optimè piſa ſererent, ſicut à lente Lentuli.

Mediolanenſi præcone: Piſo pater hujus noſtri Piſonis ſocerum habuit Inſubrem quemdam mercatorem & præconem; Inſubriæ autem primaria civitas eſt Mediolanum, itaque Mediolanenſem vocat, fortè etiam ibi natum; nam quòd anteà ſemiplacentinum vocârit Piſonem noſtrum, eſt ad majorem contemptum, tanquam urbe oriundum minùs nobili, & quia Placentiæ conſederat Inſuber ille, ſocer Piſonis patris, atque adeò avus maternus hujus, dictus nomine Calventius, unde Piſo etiam Calventiæ gentis.

L. Craſſus: Cicero L. 1. de Inventione hoc explicat. *L.* *Li-*

pes : ut, ubi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret. Eâdem cupiditate vir ſumo ingenio prædituş, C. Cotta, nullo certo hoſte, flagravit! eorum neuter triumphavit, quòd alteri illum honorem Collega, alteri mors ademit. Irriſa abs te paulò antè M. Piſonis cupiditas triumphandi, à qua te longè dixiſti abhorrere. Qui etiam ſi minùs magnum bellum geſſerat, ut abs te dictum eſt, tamen iſtum honorem contemnendum non Adiunctio.

Licinius Craſſus Cons. quosdam in citeriore Gallia nullo illuſtri, neque certo duce, neque ea nomine, neque eo numero præditos, ut digni eſſent, qui hoſtes populi Romani dicerentur, quod tamen excurſionibus & latrociniis infeſtam provinciam redderent, conſectatus eſt, & confecit. Romam redit, triumphum à ſenatu poſtulat : Ergo in alpibus ſcrutatus eſt hoſtes Alpes ſcrutatus eſt, ubi hoſtis non erat;inde tamen triumphandi occaſionem quæſivit.

C. Cotta : Fuit C. Cotta orator ille compar P. Sulpitij, qui eſt in Dial. Cic. de orât. qui cùm decretus illi eſſet triumphus, mortuus eſt ante diem triumphi, cùm cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos in prælio acceperat, reſciſſa eſſet repente.

Alteri illum honorem : Craſſi Collega fuit Q. Scævola Pontifex. Qui cùm animadverteret, Craſſo propter ſummam ejus in Rep. potentiam ac dignitatem, ſenatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit Reipubl. magìs, quam Collegæ habere rationem, ac ne fieret S. C. interceſſit.

M. Piſonis : Fuit hic M. Puppius Piſo eisdem temporibus, quibus Cicero, ſed tantò ætate major, ut adoleſcentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quòd in

Expolitio Ironica per comparationem. Inciſa.

non putavit. Tu eruditior, quàm Piſo, prudentior, quàm Cotta, abundantior conſilio, ingenio, ſapientiâ, quàm Craſſus, ea contemnis, quæ illi idiotæ, ut tu appellas, præclara duxerunt. Quod ſi reprehendis, quòd cupidi laureæ fuerint, cùm bella aut parva, aut nulla geſſiſſent, tu, tantis

Simil. cad.

nationibus ſubactis, tantis rebus geſtis, minimè fructum laborum tuorū, præmia periculorum, virtutis inſignia

Veram cauſam affert

contemnere debuiſti. Neque verò contempſiſti, licèt ſis Themiſtâ ſapientior.

Sed

in eo & antiquæ vitæ ſimilitudo, & multæ erant litteræ. Biennio tamen ſeriùs, quàm Cicero, Conſul fuit. Triumphavit ProConſul de Hiſpanijs, Q. Hortenſio, & Q. Metello Cretico Coſſ. ante Ciceronis Conſulatum.

Illi idiotæ. Nullis imbuti diſciplinis, præſertim Philoſophiæ, nam idiotæ nomen philoſopho opponitur. Unde & in actis apoſt. c. 4. v. 13. legimus: Homines ſine litteris & idiotæ.

Cupidi laureæ. Triumphi, quem lauro coronati ducebant, ramum item lauream manu præferentes.

Tu tantis nationibus. Eſt ironia. Si alios reprehendis, quòd triumphum petierint, cùm res tantùm parvas geſſerint; tu ſaltem non debuiſſes contemnere triumphum, qui res maximas geſſiſti; non autem geſſerat, ſed potiùs contrarium.

Neque verò contempſiſti. Subijcit Cicero rationem quòd triumphum non auſus fuerit poſtulare, quia metuebat, ſi triumphum peteret, à ſenatu ſua ſibi malè acta exprobratum iri.

Themiſtâ ſapientior. Themiſta mulier erat Philoſophiæ ſtudio nobilis, de qua etiam S. Hieronymus in Prol. Comment. in Sophon.

Pro-

Sed os tuum ferreum ſenatûs convicio verberari noluiſti. Jam vides (quandoquidem ita mihimet fui inimicus, ut me tecum compararem) & digreſſum meum, & abſentiam, & reditum ita longè tuo præſtitiſſe, ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi ſempiternam turpitudinē inflixerint. Nunc etiam in hac quotidiana, aſſidua, urbanáque vita ſplendorem tuum, gratiam, celebritatem domeſticam, operam forenſem, conſilium, au-

contempti triumphi.

Concluſio duarum partium.

Antitheta.

PARS III. *De flagitiis reliquæ vitæ.*

Prophetam. *Themiſta inter ſapientiſſimos Græciæ Philoſophatur.* Fuit hæc mulier Epicuri ætate, philoſophiæ Epicureæ dedita, Leontis ſeu Leontei cjusdam uxor, ad quam ſcripſit non ſemel Epicurus, ut refert Laërtius.

Os tuum ferreum. Nolebas expectare, ut ſenatus tibi locô triumphi in impudens os tuum convitia ingerat, & vitia exprobret.

Jam vides. Recapitulatio eſt ſuperiorum.

Nunc etiam. Hactenus de rebus in magiſtratu & abſentia utriusque geſtis; nunc quæ altera pars eſt quæſtionis, ad vitam privatam delapſus, à totius civitatis in Piſonem odio ſumit initium.

In hac quotidiana. Privata ſive domeſtica, ſive forenſi.

Aſſidua urbana vita. Vita quæ verſatur in urbe, in foro, in concionibus, comitijs, judicijs; de origine nominis *aſſiduus* dixi in parte 2. f. 272.

Splendorem tuum. Privatis virtutibus quæſitam claritatem.

Gratiam. Benevolentiam populi.

Celebritatem domeſticam. Frequentiam clientum domi aliquem inviſentium.

Operam forenſem. Patrocinium in cauſſis agendis, quæ cauſſæ tum diſceptabantur non intra parietes, ſed in ipſo foro, & in propatulo.

Conſilium. Privatis adhibitum

auxilium, auctoritatem, ſententiam ſenatoriam nobis, ut veriùs dicam, cuiquam es infirmiſſimo, ac deſperatiſſimo antelaturus? Age, ſenatus odit te, quod eum tu facere jure concedis, afflictorem & perditorem non modò dignitatis & auctoritatis, ſed omnino ordinis ac nominis ſui: videre Equites Romani non poſſunt, quo ex ordine vir præſtantiſſimus & ornatiſſimus L. Ælius, eſt, te Conſule, relegatus: plebs Romana perditum cupit, in cujus tu infamiam ea, quæ per latrones, & per ſervos de me egeras, contuliſti: Italia cuncta exſecratur, cujus idem tu ſuper

27. *Enumeratio partium. Omnium in Piſonem odium demonſtrat.*

bitum, ut fieri ſolet à Juris conſultis.

Sententiam ſenatoriam: Prudentiam & auctoritatem in dicenda ſententia in ſenatu.

Age: Ab enumeratione partium mira ubertate oſtendit Piſonem odio eſſe toti civitati.

Auctoritatis: Nam majeſtas dicebatur eſſe in populo, imperium in Conſule, auctoritas in ſenatu.

L. Ælius te Conſule relegatus: Relegâſti præſtantiſſimum ordinis Equeſtris virum, ergo Equites te videre non poſſunt. Lucius Ælius Lamia vocabatur relegatus ille, de quo Cic. pro Sextio.

Plebs Romana: Infima plebs te odit, quòd ipſius nomine exilium mihi irrogâris, quod ad magnam plebis redundavit infamiam: cùm tamen non plebs Romana, ſed ſervi quidam & latrones legem Clodiam de meo exilio ſuis ſuffragijs comprobârint.

Italia cuncta: Ex omni Italia, è municipijs & colonijs miſſi fuerant legati ad exilium Tullio deprecandum, ſed horum preces à Piſone

ſuperbiſſime decreta & preces repudiaſti. Fac hujus odij tanti ac tam univerſi periculum, ſi audes. Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi, quales non modò nunquam fuerunt, ſed ne quomodo fieri quidē poſthac poſſint, poſſum ullo pacto ſuſpicari. Da te populo

Piſone & Gabinio Coſſ. repudiatæ fuerunt.

Fac hujus odij: Aude ad ludos publicos accedere, & proba, tenta, num & quomodo omnes te odio habeant. *Periculum facere*, eleganter, pro *probare*.

Magnifi entiſſimique ludi. Spectacula, quæ Cn. Pompeius exhibebit, cùm Theatrum à ſe conſtructum dedicabit. Theatrum iſtud Pompeij omnium celeberrimum caveam habebat, quæ facilè 40000. ſpectatorum capiebat. Ammianus id inter præcipua urbis æternæ miracula numerat. In hac theatri conſecratione & ludis Pompejus varia ſpectacula exhibuit. Leones 500. in concertationibus per quinque dies abſumpti ſunt. Præterea elephanti decem & octo cum armatis hominibus certaverunt &c.

Sed ne quomodo fieri quidem: Non putavit Cicero magnificentiam præſentem à poſteris poſſe vinci, ſed rationem excogitavit Nero, quâ Pompeij apparatum ſuperaret: Theatrum Pompeij igitur operuit auro, quod Tyridati Regi Armeniæ oſtenderet; nec ſcena modò, ſed ipſum totum in circuitu intùs erat inauratum. Itémque cætera omnia, quæ inpromittebantur, auro ornata erant, quibus de cauſis ille dies aureus nominatus eſt. Nero in medio currum agitans acu pictus erat. Circùm undique ſtellæ aureæ micabant. Ita Xiphilinus. Sed & alij poſteà magnificentiores ludos edidêre, ut Traianus, Antonius Pius &c.

Da te populo: Ingredere ad Theatrum refertum populo, & teipſum committe ſpectatoribus.

ſibi

populo, committe ludis. Sibilum metuis? ubi ſunt veſtræ ſcholæ? Ne acclametur? ne id quidem eſt curare Philoſophi. Manus tibi ne afferantur, timetes? dolor enim eſt malum, ut diſputas; exiſtimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba ſunt atque ineptiæ. Sed de hoc non dubito. Non audebit accedere ad ludos. Convivium publicum non dignitatis gratiâ inibit (niſi fortè, ut cum P. Clodio, hoc eſt, cum amoribus ſuis cœnet) ſed planè animi ſui causâ. Ludos nobis idiotis relinquet. Solet enim in diſputationibus ſuis, oculorum & aurium delectationi ab-

Subjectio.

Incisa.

Cauſa finalis.

Sibilum metuis. Metuis, ne populus odio tui inflammatus te venientem in Theatrum exſibilet & explodat.

Veſtra Schola. Ubi præclara Epicuri præcepta, quibus oſtendit populi judiciũ eſſe negligendum?

Dolor enim eſt malum. Voluptatem ſummum bonum: dolorem ſummum malum eſſe duxerunt Epicurei.

Convivium publicum. Non inibit, non veniet Piſo ad convivium illud publicum, quod Cn. Pompeius ad Dedicationem ſui theatri exhibebit.

Non dignitatis gratiâ. In tali convivio ſenatores epulabantur ab alijs ordinibus ſeparati, quæ erat ſingularis dignitas; hujus dignitatis gratiâ Pompeius non inibit convivium, ſed animi ſui causâ, ut litet abdomini ſuo.

Solet enim. Piſo juxta diſputationes ſuas & dogmata præfert voluptatem ventris voluptati aurium & oculorum; convivium ergo inibit, relinquet ſpectacula. Per voluptatem abdominis autem non ſolùm gulam, ſed vel maximè Venerem & voluptatem luxuriæ intelligit.

Nam

abdominis voluptate anteferre. Nam quòd vobis iſte tantummodò improbus, crudelis olim furunculus, nunc verò etiam rapax, quòd ſordidus, quòd contumax, quòd ſuperbus, quòd fallax, quòd perfidioſus, quòd impudens, quòd audax eſſe videatur; nihil ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius, nihil poſterius, nihil nequius. Luxuriam autem in iſto nolite hanc cogitare. Eſt enim quædam; (quanquàm omnis eſt vitioſa atque turpis) tamen ingenuo ac libero dignior. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum (laudabo inimicum) ne

Frequentatio ad Piſonis vitia exaggeranda.

Repetitiones.

Luxuria Piſonis.

Nam quòd vobis: Lepidè enumeratis priùs ſceleribus, quæ & in confeſſo eſſe fingit apud omnes & videbantur Piſonem in contemptum adducere, ſubdit de ejus nequitijs & voluptatibus, à quibus propter frontis ſeveritatem maximè videbatur alienus. Quòd puteris iſtum habere tantùm hæc crimina; non eſt ita, cæteris eminet luxuria & libido.

Olim furunculus: Olim, cùm legum pœnam metueret, occultè furabatur, nunc factus audacior, excuſſo timore legum, palàm & apertè prædatur, rapax eſt.

Luxurioſius: Luxuria in ſumptibus faciendis, libido in voluptatibus perfruendis.

Nihil poſterius: Sicuti ſequior accipitur pro *deterior*, quòd in ſequendo retrò deduci; deteriora enim ſequi, meliora præcedere ſolent: ſic *poſterior* pro *deterior* pariter alicubi invenitur.

Luxuriam in iſto &c. Nolite putare eam in Piſone eſſe luxuriam, quæ ingenuo ac homine libero dignior ſit, ut quæ conſiſtat in lautitijs exquiſitis, in munditie, elegantia, optimis cocis, piſcatu

ne magno opere quidē quidquam, præter libidines, ſumptuoſum. Toreuma nullum: maximi calices, & hi, ne contemnere ſuos videatur, Placentini: exſtructa menſa, non conchilijs, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. ſervi ſordidati miniſtrant: nonnulli etiam ſenes: idem coquus, idem atrienſis: piſtor domi nullus, nulla cella: panis & vinum à propola, atque de cupa:

Inciſa.

Sordidus Piſonis luxus.

Hypotypoſis convivioru͂.

piſcatu, aucupio, venatione &c. eſt alia turpior, & indignior, quam deſcribet.

Toreuma nullum Habent alij calices & crateras eminenti cælatura ſpectabiles, quod toreuma dicitur; Piſo non curat hæc, modò calices magni ſint, quales in urbe Placentia, patria ſua, fiunt ex vili & fictili materia.

Exſtructa menſa. Menſa ipſi exſtruitur ſive paratur, non conchilijs & piſcibus, delicatis opſonijs, ſed carne tantùm communi, eáque ſubrancida. Conchylia ſunt oſtrea ſive cochleæ marinæ.

Subrancida. Aliquantùm putri & fœtente, quæ proin ſale condita ſitim acuat.

Servi ſordidati Apud alios luxurioſos miniſtrant formoſi pueri in veſte ſplendida; hic ſervi ſordidati, in veſte ſordida.

Idem coquus &c. Alij optimis coquis utuntur; huic idem coquus, idem atrienſis; coquus etiam eſt janitor, & præfectus atrij, homo à culina redolens.

Piſtor domi nullus. Oſtendit perturbatam eſſe rem familiarem, adeò ut de die in diem vivatur, ſine ullo apparatu, ſine prævisione futuri.

A propola atque de cupa. Non coquitur domi panis, non vinum è cella vinaria depromitur, ſed à propola, id eſt, à caupone ſingulis diebus comparatur. Vinum bibit novum, recèns hauſtum de dolio, non autem in amphoram defuſum, quod fieri ſolet ad cruditatem vini decoquendam. Propolæ ſunt,

cupa: Græci ſtipati, quini in lectulis, ſæpe plures; ipſe ſolus: bibitur usque eò, dum de ſolio miniſtretur. Ubi galli cantum audivit, avum ſuum revixiſſe putat: menſam tolli jubet. Dicet aliquis;

Emphaſis.
Alluſio.
28.
Occupatio.

qui aliquid promercale propoſitum habent in taberna.

Græci Stipati &c. Lepidè Græcos inducit convivas, partim ut oſtendat Piſonem à Romana gravitate fuiſſe alienum, partim quia Græci vino deditι erant, unde & *pergræcari* proverbiū. *Stipati*, compreſſi. *Quini in lectulis*, cùm in bene inſtituto convivio tres tantùm ſoleant ſingulis thoris accumbere.

Ipſe ſolus. Salsè, ut ejus voracitatem oſtendat, qui tempus convivij non eximat ſermonibus, ſed totus cibis immerſus ad alia ſe non convertat.

Dum de ſolio. Bibitur tamdiu, quamdiu hoſpes ſuis convivis & convictoribus ipſe præbet, & propinat poculum in orbē circumferendum, quod aliter dicunt *à ſummo bibere*, quia ei primùm miniſtrabatur, qui ſummum locum tenebat in triclinio, idque per orbem ibat, donec perveniretur ad imum imi lecti hoſpitem. Summum autem locum inter Græculos obtinuit Piſo. Is locus *ſolium* vocabatur, quia in lecto illo ſolus accumbebat. Nam *ſolia* ſunt ſedilia, in quibus non plures ſingulis poſſunt ſedere, teſte Feſto.

Ubi Galli cantum. Emphaſis, qua compotationibus totam noctem eximere, & convivium ad auroram producere ſolitus oſtenditur. Quòd *putet avum ſuum revixiſſe* canente Gallo, intelligit Calventium Præconem Mediolanenſem è Gallia Togata, ſive Ciſalpina, adeóque Gallum. Ludit ergo Cicero in nomine Gallus.

Menſam. Menſa pro ipſis edulijs ſumitur, ut in Virgil: *Menſæq; remotæ* 1. Æneid & 3 *Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas*, quamvis in hoc ultimo verſu menſa aliquo modo propriè accipi poſſit, ut Virgiliani interpretes.

Dicet aliquis. Contra ta-

quis, unde tibi hæc nota ſunt? non mehercule, contumeliæ cauſâ deſcribam quemquam, præſertim ingenioſum hominem atque eruditum, cui generi eſſe ego iratus, ne ſi cupiam quidem, poſſum. Eſt quidam Græcus, qui cum iſto vivit, homo, verè ut dicam (ſic enim cognovi) humanus, ſed tamdiu, quamdiu cum alijs eſt, aut ipſe ſecum. Is cùm iſtum adoleſcentem jam tum cum hac Dijs irata fronte vidiſſet, non fugit ejus amicitiam, cùm eſſet præſertim appetitus; dedit ſe in conſuetudi-

De Philodēo. Narratio.

ctam objectionem dicit, ea, quæ de luxuria Piſonis allata ſunt, didiciſſe ſe ex Philoſophi Philodemi ſcriptis, qui etiam Epicurum ſectabatur, & res iſtas de Piſone delicatis verſibus expreſſerat.

Contumeliâ cauſâ: Nolo contumeliam irrogare Philodemo, dum eum deſcribo.

Eſt quidam Græcus: Philodemus Epicureus Philoſophus, & idem Poëta.

Humanus: Politiore litteratura, & liberalibus ſtudijs eruditus.

Quamdiu cum alijs: Et non cum Piſone: in ejus enim conſuetudine ita ſe gerere cogitur, ut ſui ipſiuse-ruditioniſque ſuæ oblitus videatur.

Is Philodemus, cùm iſtum Piſonem adoleſcentem jam tum frontis ad ſeveritatem compoſitæ integumentis vitia obtegentem vidiſſet, atque adeò deceptus fuiſſet eadẽ illa virtutis ſimulatiõe, qua populum R. decepit &c.

Dijs irata fronte: Tanquam ficta ſua ſeveritate & contracto ſupercilio non ſolùm hominibus, ſed etiam Diis iraſceretur, & minaretur, vel quòd Deorum contemptor eſſet.

Præſertim appetitus: Cùm etiam Piſo Philodemi amicitiam appeteret.

Non

ſuetudinem, ſic ut prorſus unà viveret, nec ferè ab iſto unquam diſcederet. Non apud indoctos, ſed ut ego arbitror, in hominum eruditiſſimorum & humaniſſimorum cœtu loquor. Audiſtis profectò dici Philoſophos Epicureos, omnes res, quæ ſunt homini expetendæ, voluptate metiri. Rectè an ſecùs, nihil ad nos: aut ſi ad nos, nihil ad hoc tempus; ſed tamen lubricũ genus orationis adoleſcenti nõ acriter intelligenti ſæpè præceps. Itaque admiſſarius iſte, ſimulatque audivit, à Philoſopho voluptatẽ tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitavit, ſic ad illius

Præmunitio.

Epicureorũ de ſummo bono ſententia.

Similitudo.

Non apud indoctos: De Epicureorum opinionibus acturus, præmunitione utitur, ne præter conſuetudinem res Philoſophorum pulpitis, quàm Senatorum exedris aptiores tractare videatur.

Lubricum genus orationis. Etiamſi verum dicerent, tamen malè loquuntur; dum enim ita voluptatem commendant, in periculum provehunt auditores, præſertim adoleſcentes, qui per ætatem ad libidines & vitia propenſi ſunt, & per imprudentiam ac debilitatem ingenij honeſtam voluptatem ab inhoneſta non poſſunt diſtinguere.

Admiſſarius iſte. Piſo: Metaphora ab equo, qui in armentum equarum ad fœturam admittitur.

A Philoſopho. Philodemo Epicureo.

Nihil expiſcatus eſt. Nihil ſciſcitatus eſt, nihil examinavit, nihil ulteriùs inquiſivit.

Sic ſuos ſenſus Libido Piſonis per admiſſarij comparationem ſuè deſcribitur.

illius hanc orationem adhinniit, ut nō magiſtrum virtutis, ſed auctorem libidinis à ſe illum inventum arbitraretur. Græcus primò diſtinguere atque dividere illa, quemadmodum dicerentur: iſte claudus, quomodo ajunt, pilam retinere, quod acceperat, teſtificari; tabulas obſignare velle, Epicurum diſertum dicere; eſt tamen: dicit, ut opinor,

Synecdoche fig.
Proverbiū.

Suos ſenſus incitavit, adhinniit &c. Nota eſt equorum ad libidinem proclivitas SS. Lit: Jerem. c. 5. *unusquisque ad uxorem proximi ſui hinniebat.*

Primò diſtinguere: Dicere, voluptatem eſſe duplicem, unam quæ animo, & ex virtute: alteram quæ corporis ſenſibus ex rebus deſpicatiſſimis hauriatur: Felicitatem hominis non illa libidine corporis, ſed corporis indolentia, & quadā animi bene conſcij & tranquilli delectatione metiendam.

Iſte claudus. Piſo ſemel auditam, & intellectam malè doctrinam mordicùs retinere, ſicut claudus ſolet retinere pilam, ut eſt in proverbio, quod dupliciter accipi poteſt. Eſt enim pila, fulten taculi parietis ac columna, & ille Piſo tanquam claudus huic opinioni ut pilæ pertinaciter innitebatur. Eſt etiam ludus pilæ, ubi pila mittitur ab unius ad alterius manum, neque claudus tam facilè arripere poteſt ob pedis impedimentum. Ergo pilā cùm ſemel acceperit claudus, manu retinet, nec reijcit ſtatim, metuens, ut ne iterum capere poſſit.

Teſtificari, tabulas obſignare &c. Ita retinebat, tanquam aliquis, qui pro rei certitudine adhibitis etiam teſtibus rem ſubſcribi & obſignari vult, ne ullo modo poſſit à dictis, vel dictatis reſiliri.

Epicurum diſertum. Replicabat, non opus eſſe diſtinctione, Epicurum planè & diſertè loqui; verba prout ſonant, eſſe capienda.

Eſt tamen &c. Loquitur Cicero: Eſt tamen ita; Epicurus

opinor, ſe nullum bonum intelligere poſſe, demptis corporis voluptatibus. Quid multa? Græcus facilis & valde venuſtus nimis pugnax contra Senato- 29.
rem populi Romani eſſe noluit. Eſt autem hic, de quo loquor, non philoſophiâ ſolùm, ſed etiam literis, quod fere cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poëma porro facit ita feſtivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri poſſit argutius, in *Oratio venuſtum poëtam venuſtè deſcribens.*
quo reprehendat cum licet, ſi qui volet, modò leviter, non ut impurum, *Repetitio.* *Compar.*
non ut improbum, non ut audacem, ſed ut Græculum, ut aſſentatorem, ut poetam. *Correctio.* Devenit, aut potiùs incidit in

curus diſertus eſt, clarus & planus eſt, dicit, dixitque, quemadmodum exiſtimo, voluptatem corporis ſolum eſſe bonum.

Græcus facilis. Philodemus minimè contumax, ſed omni humanitate perpolitus, & ad unguem factus, Piſoni viro patritio & ſenatorio noluit nimium refragar.

Eſt autem hic. Philodemus.

Literis. Humanioribus.

Poëma. Verſus tribus maximè rebus abſolvitur, ſen[illegible] vitate ſenſuum, concinnitate numerorum, elegantiâ & amœnitate verborum, quibus è rebus laudatur hoc loco Philodemi poëſis.

In quo reprehendat. Qui volet, Philodemũ reprehendat. reprehendat autem propterea, quia Græculus eſt, quia aſſentator eſt, & quia Pöeta, ſed ob hæc leviter reprehendat; nõ autem, quòd impurus ſit ipſe, quòd improbus, quòd audax. Philodemi hîc culpã excuſat, ut major in Piſonem redundet infamia.

Devenit. Excuſandus eſt Philo-

in iſtum; eodem deceptus ſupercilio, Græcus atque advena, quo tam ſapiens, & tanta civitas. Revocare ſe non poterat familiaritate implicatus; & ſimul inconſtantiæ famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus, ita multa ad iſtum de iſto ſcripſit, ut omnes libidines, omnia ſtupra, omnia cœnarum conviviorúmq; genera, adulteria denique ejus delicatiſſimis verſibus expreſſerit. In quibus, ſiquis velit, poſſit iſtius tanquam in ſpeculo vitam intueri: ex quibus multa è multis lecta & audita recitarem, niſi vererer, ne hoc ipſum genus orationis, quo nunc utor, ab hujus loci more abhor-

Inciſa.

Gradatio.

Removet invidiam à

Philodemus, quia in Piſonis amicitiam incidit præter voluntatem; & deceptus ejus ſupercilio, ac ficta morum ſeveritate. *Devenit* in aliquem locum, qui licèt non ex voluntate, tamē nec præter voluntatem aliquò appulſus eſt; ergo confugit hoc verbum Cicero ac dicit, *incidit*, nam incidit, qui non ſolùm præter conſilium, ſed etiam præter voluntatem aliquò provectus eſt.

Revocare ſe. Retrahere ſe non potuit, & illum familiaritatis [illegible] nexum diſſolvere.

Rogatus, invitatus &c. Jan reſpondet quæſtioni paull antè propoſitæ: *Dicet aliquis, unde tibi hæc nota ſunt.* Reſpondet ea ſe compeiiſſe ex verſibus Philodemi, qu Piſonem intùs & in cute nō rat, ejúsque libidines plan perſpexerat. *Ad iſtum:* par tim ad ipſum Piſonem: *de iſto:* partim ad alios *de iſto.*

In quibus. Philodemi verſiculis. Mox ſeipſum excuſat, quòd in graviſſimorum ſenatorū conſeſſu perorans verſiculorum, & poëtæ fecerit mentionem: ideóque ſi

dicit

horreret: & ſimul de ipſo, qui ſcripſit, detrahi nolo; qui ſi fuiſſet in diſcipulo comparando meliore fortuna, fortaſſe auſterior & gravior eſſe potuiſſet: ſed eũ caſus in hanc conſuetudinẽ ſcribẽdi induxit, philoſopho valde indignam: ſiquidem philoſophia, ut fertur, virtutis continet & officij & bene vivendi diſciplinam: quam qui profitetur, graviſſimam mihi ſuſtinere perſonam videtur. Sed idem caſus illum ignarũ, quid profiteretur, cùm ſe philoſophũ eſſe diceret, iſtius impuriſſimæ, atque intemperantiſſimæ pecudis cœno & ſordibus inquinavit: qui modò cùm res geſtas conſulatûs mei collaudâſſet (quæ quidem laudatio hominis turpiſſimi mihi ipſi erat pænè turpis) non ulla tibi, inquit, invidia nocuit, ſed verſus tui. *Philodemo, & confert in Piſonem.* *Philoſophia definitio à materia.* *Latens ſententia.* *Dialogiſmus.*

Nimis

dicit ab ipſis verſiculis proferendis temperare.

De ipſo, qui ſcripſit. Philodemũ nolo inurere impuritatis infamiam.

Sed eum caſus. Neceſſitas obſequendi, & obtemperandi voluntati Piſonis, qui Pöetam illum jubebat ad verſus libidinoſos animum applicare. Caſum appellat, quia non præviderat ex familiaritate Piſonis hanc ſibi impudicitiæ neceſſitatem imminere.

Qui modò. Piſo: A reprehenſione verſuum Philodemi, ad ſuorum ipſius defenſionem delapſus Piſoni reſpondet, qui objecerat, offẽſum fuiſſe Pompeium Ciceroni, quòd Cicero verſu quodam res à ſe geſtas Pompeij victorijs prætuliſſet.

Non ulla. Dialogiſmum hunc ſic cape: Piſo dicit:

 Non

Latens dilemma. Nimis magna pœna, te conſule, conſtituta eſt ſive malo Poëtæ ſive libero. Scripſiſti enim: CEDANT ARMA TOGÆ. Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitavit. *Apologia Ciceronis, qua ſuum verſum defendit.* At hoc nuſquam opinor ſcriptũ fuiſſe in illo elogio, quod, te conſule, in ſepulchro reipublicæ inciſum eſt, velitis, jubeatis, ut quòd M. Cicero verſum fecerit: ſed

Non ulla tibi, Cicero, *invidia nocuit*, *ſed verſus tui*. Cicero: *Nimis magna pœna, te Conſule, conſtituta eſt, ſive malo poëta, ſive libero*. Piſo: *Scripſiſti enim verſus*: *Cedant arma togæ*. Cicero: *Quid tum?* Piſo: *Hæc res tibi fluctus illos excitavit*, Cicero: *At hoc nuſquam &c.*

Sive malo poëta, ſive libero: Nimis magna hæc eſt pœna, malos verſus, atque adeò malum poëtam ejicere in exilium; nimis etiam magna pœna eſt ſic agere cum homine libero, quòd liberè locutus ſit veritatem. Latet dilemma.

Hac res tibi fluctus. Hæc jactantia tibi offenſionem Pompeij concitavit, & illos civilis invidiæ fluctus, qui in te redundârunt, dum Clodij lege ejectus es.

In illo elogio. In illo privilegio, ſive potiùs proſcriptione, quâ P. Clodius mihi exilium irrogavit. Privilegium vocat Cicero alibi ſæpiùs, vide partem noſtram 2. Elogia vocantur etiã tituli & inſcriptiones, qualis inſcriptio fuit illa Lex Clodia.

In ſepulchro reipublica: Fuit enim illa Lex Clodia proſcribens Ciceronem, tanquã elogium ſepulchrale intereuntis reipublicæ.

Velitis, jubeatis. Sic ſcribebantur leges à tribunis, ſic prælegebantur populo R. ſi velitis hoc fieri, jubeatis: *Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aquâ & igni interdictum ſit*.

Pin-

ſed quòd vindicârit. Veruntamen, quoniam te non Ariſtarchum, ſed Phalarim Grammaticum habemus, qui nō notam apponas ad malum verſum, ſed poëtam armis perſequàre: ſcire cupio, quid tandem iſto in verſu reprehendas: CEDANT ARMA TOGÆ? Tuæ dicis, inquit, togæ ſummum imperatorem eſſe ceſſurū. Quid nunc te, aſine, litteras doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. Non dixi hanc togam, qua ſum amictus; nec arma 30. *Comparatio.* *Interpretatio verſûs.*

arma

Vindicârit. In conjuratos, Lentulum, Cethegum & alios animadverterit.

Veruntamen. Sed cogor verſum illum explicare, quia tu Piſo tam crudelis es, qui non contentus grammaticorum more reprehendere & caſtigare verſus malos, ipſum Poëtam velut tyrannus armis perſequeris

Non Ariſtarchum. Non es ſimilis Ariſtarcho inſigni illi Grammatico, qui Homeri verſus, quos non probabat, tanquam ſpurios, & à majeſtate Homerica alienos, obeliſco, ſive ſtellâ notabat. Fuit hic Ariſtarchus inſignis Criticus & ſeverus cenſor, à quo illi ſimiles adhuc appellantur Ariſtarchi.

Sed Phalarim. Tyrannum tam immanem, ut per antonomaſiam pro crudeli accipiatur. Rex erat Siciliæ, notus ob taurum Perilli, qui & Steſichorum Poëtam armis perſecutus eſt.

Notam apponas. Obeliſcos ſive aſteriſcos, ſtellas aut cruces, ut appoſuit Ariſtarchus.

Tuæ dicis: Piſo ſic verſum explicabat, tanquam dixiſſet Cicero: res à me geſtæ in pace & toga ſummorum Imperatorum Cæſaris & Pompeij factis ſūt anteponendæ.

Sed fuſtibus. Sic enim aſini docentur.

Non dixi. Explicat verſum, Togam ſumpſi tropicè, prout eſt inſigne pacis: *arma*, prout ſunt ſigna tumultus

&

arma, ſcutum & gladium unius Imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne & otij, toga; contrà autem arma, tumultûs atque belli timiore poëtarum locutus; hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio conceſſurũ. Quære ex familiari tuo, Græco illo Poëta: probabit genus ipſum & agnoſcet, neque te nihil ſapere mirabitur. At in illo altero, inquit, hæres, CONCEDAT LAUREA LAUDI. Immo mehercule, habeo tibi gratiam: hærerem enim, niſi tu expedîſſes. Nam

Feſtiva irriſio.

& belli: ergo nihil aliud dixi, quàm: paci & tranquillitati bella & tumultus debent cedere.

More Poëtarum. Qui non ſemper propria verba ſectantur, ſed tropis & figuris utuntur,

Quære ex familiari. Philodemo, qui cùm floreat poëticis ſtudijs, poterit certiùs de Poëſi judicare, & germanum verſûs mei ſenſum exponere.

Nihil ſapere mirabitur. Hic, qui te jam dudum novit, non mirabitur te hic quoq; ut in alijs, tam ſtupidum & imperitum eſſe.

At in illo altero. Objicit ſibi in perſona Piſonis partem alteram verſûs: Saltem hoc dicto tuas res geſtas factis Imperatorum prætuliſti, & ſic eorum offenſam incurriſti. Concedat, dixiſti, laurea & triumphus Imperatorum meæ laudi, quam eo die conſecutus ſum, quo mihi ob extinctam conjurationẽ ſupplicatio fuit decreta, & me Q. Catulus patrem patriæ appellavit. Alij legunt, *Linguæ*, pro *Laudi*.

Hærerem. Non poſſem hunc verſum commodè explicare, & me liberare ſuſpecto crimine.

nam cùm tu timidus ac tremens tuis ipſe furaciſſimis manibus detractam è cruentis faſcibus lauream ad portam Eſquilinam abjeciſti, indicâſti, non modò ampliſſimæ, ſed etiam minimæ laudi Lauream conceſſiſſe. Atque iſta ratione hoc tamen intelligi, ſcelerate, vis, Pompejum inimicum mihi iſto verſu eſſe factum; ut, ſi verſus mihi nocuerit, ab eo, quem is verſus offenderit, videatur mihi pernicies eſſe quæſita. Omitto, nihil iſtum verſum pertinuiſſe ad illum: non fuiſſe meum, quem, quantum potuiſſem, multis ſæpè orationibus ſcriptiſque decorâſſem, hunc uno violare verſu. Sed ſit offenſus; primò nonne compenſabit cum

Præteritio.

Anthypophora. Anticipantibus.

Conceſſio.

Timidus & tremens. Scelerum conſcientiâ, & expectatione judicij de repetundis, quod putabas jam tuis cervicibus imminere.

Furaciſſimis manibus. Quibus Macedoniam expilâras.

E cruentis Faſcibus. Provincialium, & ſociorum innocentium ſanguine cruentatis.

Omitto. Duas per præteritionem affert rationes. Prior eſt: Etiamſi hoc verſu res in toga geſtas bellicis prætuliſſem, nihil tamen id ad Pompeium pertineret, qui non ſolùm armis; ſed etiam togâ cæteros antecellit, quare nullam ei feciſſem injuriā. Poſterior eſt: etiamſi hunc verſum ad eum pertinuiſſe concederem, non tamen propterea fuiſſet offenſus, quippe qui ſe multis libris & orationibus meis ornatum eſſe meminiſſet.

Non fuiſſe meum. Adde: hunc uno violare verſu: noluiſſe me illum hoc uno verſu offendere, quem toties alibi laudârim.

Plane

cum uno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum? Quòd ſi eſt commotus, ad perniciémne non dicam amiciſſimi, non ita de ſua laude meriti; nō ita de Republica, non Conſularis, non Senatoris, non civis, non liberi ... in hominis caput ille tam crudelis propter verſum fuiſſet? Tu quid, tu apud quos, tu de quo dicas, intelligis? Complecteris ampliſſimos viros ad tuū & Gabinij ſcelus: neque id occultè. Nam ... paullò

Repetitio. *Gradatim.* *A minore ad majus.* 31. *Ab adjunctis.* *Traductio.* *Geminatio.*

Volumina. Quia libri olim fiebant uno, & perpetuo, non diſſecto folio, ut apud nos, ac tum convolvebantur inſtar ſpiræ, inde dicta ſunt à *volvendo volumina.*

Si eſt commotus. Alia eſt ratio: etiamſi offenſus fuiſſet, tamen non erat ejus humanitatis, mihi propter leves offenſiunculas peſtem & perniciem per ſummum ſcelus accerſere.

Amiciſſimi. Eſt gradatio hic, quam Cicero per deſcenſum proponit, non ille tam crudelis fuiſſet, ut propter unum verſum hominem juberet exulare: & quidem hominem liberum, & civem; imò ſenatorem, imò Conſularem, bene meritum de republica, bene meritum de ſe, ſuum denique amiciſſimum.

Tu quid. Vehemens epiphonema ab adjunctis. *Tu, Tu* abjectiſſime, (à vilitate perſonæ, Piſonis, injuriam inferentis) ſcis? intelligis? quid dicas, quam contumeliam facies Pompeio, *de quo* hæc dicis (à perſona læſa) qui Pompeius vir præſtantiſſimus eſt; & princeps civitatis. *Apud quos*, apud ſenatores Pompeij amiciſſimos, admiratoréſque virtutum ejus.

Complecteris. Cn. Pompeium, & C. Cæſarem in ſceleris tui Gabiniíque, veſtræque in me perfidiæ ſocietatem vocas, eos adjungis, ut videantur fuiſſe participes.

paullò antè dixiſti, me cum ijs confligere, quos deſpicerem; non attingere eos, qui plus poſſent, quibus iratus eſſe deberem. Quorum quidem (quis enim non intelligit, quos dicas?) quanquam non eſt una cauſa omnium, tamen eſt omnium mihi probata. Me Cn. Pompejus, multis obſiſtentibus ejus erga me ſtudio atque amori, ſemper dilexit, ſemper ſua conjunctione digniſſimum judicavit, ſemper non modò incolumem, ſed etiam ampliſſimum, atque ornatiſſimum voluit eſſe. Veſtræ fraudes, veſtrum ſcelus, veſtræ criminationes inſidiarum mearum, illius

Repetitio.

Synonyma, quæ aſcendunt in ſignificatione.

Repetitio & Traduct.

Me cum ijs confligere. Rem & litem me habere tecum & cum Gabinio, quos vilipenderem, ideóque me graviter in vos invectum, auctorem fuiſſe, ut tibi Macedonia, Gabinio Syria provincia tolleretur: Sed me non attingere, & intactos relinquere alios, nempe Cæſarem & Pompeium, à quibus etiam fuiſſem violatus, & quibus proinde iratus eſſe deberem.

Quanquam non eſt. Quamvis Cæſar, Pompeius, atque etiam Craſſus, quos hîc intelligit, non ſint in pari cauſſa, ego tamen ſingulorum cauſſam approbavi, laudavi.

Multis obſiſtentibus. Quamvis multi amicitiam noſtram diſſolutam vellent, ut Piſo, Gabinius, Clodius, Vatinius &c.

Incolumem. Salvum, in honore, in bona fortuna, imò in ſumma dignitate ampliſſimum & ornatiſſimum eſſe me voluit.

Veſtræ criminationes. Cùm me ad illum deferebatis, quaſi vitæ ipſius inſidias poſuiſſem.

Simul

illius periculorum, nefariè ſictæ, ſimul eorum, qui familiaritatis licentiâ ſuorum improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus ejus, impulſu veſtro, collocaverunt, veſtræ cupiditates provinciarum effecerunt, ut ego excluderer, omnéſque, qui me, qui illius gloriam, qui Rempublicam ſalvam eſſe cupiebant, ſermone atque aditu prohiberentur. Quibus rebus eſt perfectum, ut illi plane ſuo ſtare judicio non liceret, cùm certi homines non ſtudium ejus à me alienâſſent, ſed auxilium retardâſſent. Nonne ad te L. Len-

Repetitio & Adjunctio.

Simil. defin.

A teſtimoniis.

Simul eorum: Vatinij maximè, quem conſtat & Pompeio familiarem fuiſſe & eidem Pompeio auctorem, ut Ciceroni peſtē arceſſeret.

Sermonum domicilium &c. Sermones eorum in auribus Pompeij, vobis impellentibus, perpetuam quaſi ſedem fixerunt.

Ut ego excluderer: à congreſſu Pompeij; vos effeciſtis, ut alloquium meum fugiens Pompejus *per alias januas egrediens* vitaverit congreſſum meum, ut Plutarchus teſtatur.

Quibus rebus: Quibus Vatinij & aliorum delationibus factum eſt, ut ille mihi auxilium non præberet quemodmodum cupiebat, & faciendum eſſe cenſebat.

Nonne ad te: Poſſet hic texi ſyllogiſmus: *Ejus ſtudium non fuit à me alienum, qui pro mea ſalute arma ſe ſumpturum promiſit: Sed Pompeius pro mea ſalute arma ſe ſumpturum eſſe promiſit: Ergo ejus ſtudium à me non fuit alienum.* Minorem probat Lentuli, Sengæ, Torquati & Luculli auctoritate: & Piſonis ipſius conſcientiâ, qui id ab ipſis audiverat.

L. Lentulus, qui tum erat prætor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multíque mortales oratum in Albanum obſecratúmque venerant, ne meas fortunas deſereret cũ reipublicæ ſalute conjunctas. Quos ille ad te, & ad tuum Collegam remiſit, ut cauſam publicam ſuſciperetis, ut ad ſenatum referretis: ſe contra armatum tribunum plebis ſine conſilio publico decertare nolle: conſulibus ex Senatus conſulto rempublicam defendentibus,

Oratio indirecta.

L. Lentulus. L. Lentulus non erat ille, qui inter conjuratos Catilinarios fuit, & in carcere ſtrangulatus eſt, ſed alius, atque eo tempore Prætor, quo Cicero in exilium abivit.

Q. Sanga. Fuit è Fabia gente, qui ad Ciceronem conſulem Catilinariæ conjurationis indicia detulit.

L. Torquatus. Pater, ad diſtinctionem, quia eodem tempore, eodẽ prænomine florebat ejus filius, de quo Cic. in orat. P. Sulla.

M. Lucullus. Frater Lucij Luculli Imperatoris celeberrimi.

Ad eum. Cn. Pompejum.

In Albanum. In villam in Albano monte poſitam, ad quam Pompeius receſſerat, ut ſe ab illis turbis tantiſper amoveret.

Tuum Collegam. Aulum Gabinium collegam tuum in conſulatu.

Ad ſenatum referretis. Ut convocaretis ſenatum, eúmque conſuleretis, quid cenſeret hac in re faciendũ.

Armatum Tribunum pl. Contra Publium Clodium.

Conſulibus ex S. C. Si factum eſſet ſenatuſconſultũ, ut viderent Conſules, ne quid reſpublica detrimenti caperet, te continuò in armis fore. Illud ſenatuſconſul-

bus, ſe arma ſumpturum. Ecquid infelix recordaris, quid reſponderis? in quo illi omnes quidem, ſed Torquatus præter cæteros, furebat contumaciâ reſponſi tui, te non eſſe tam fortem, quam ipſe Torquatus in conſulatu fuiſſet, aut ego: nihil opus eſſe armis, nihil contentione; me poſſe iterũ rempublicam ſervare, ſi ceſſiſſem: infinitam cædẽ fore, ſi reſtitiſſem: deinde ad extremum, neque te, neque generum, neque Collegam tuum, tribunoplebis defuturum.

Piſonis reſponſum.

Polyſyndeton.

Hîc

tum hic intelligitur, quo in ſimilibus periculis decerni ſolebat: *Darent operam Conſules, nequid Reſpublica detrimenti caperet*, quo S. C. plenam à populo poteſtatem accipiebant.

Ecquid infelix. Ab excuſatione Pompeij ad Piſonis inſectationem delabitur, occaſione ſumpta ex eo, quod reſponderat ijs, qui à Pompejo miſſi veniebant oratum, ut Conſules ad ſenatum referrent de cauſſa Ciceronis: dicebat nempe Piſo ſe non eſſe tam fortem &c.

Illi omnes. Lentulus, Sanga &c.

Furebat contumaciâ. Ex contumacia, & ob contumaciam reſponſi tui exarſit irâ & furore.

Quàm ipſe Torquatus. Nam in Luc. Cottæ, & L. M. Torquati conſulatum eruperat prima illa conjuratio Catilinaria, quam Torquatus fortiter oppreſſerat.

Aut ego: Alteram conjurationem Catilinariam oppreſſit Cicero in ſuo Conſulatu.

Me poſſe iterum: Qui eam jam antè à Catilinæ conjuratione & exitio liberâſſem.

Si ceſſiſſem. Si armis & factionibus Clodij cederem; quòd ſi manerem, plurimas cædes fore.

Neque te: Dixiſti tu Piſo, te non derelicturum partes tribuniplebis Clodij, neque Generum Cæſarem, neque Collegam Gabinium.

Hic

Hîc tu hoſtis ac proditor alijs me inimiciorem, quàm tibi debere eſſe dicis? *Concluſio argumenti.* Ego C. Cæſarem non eadem de republica ſenſiſſe, quæ me, ſcio: ſed tamen, quod jam de eo, his audientibus ſæpè 32. dixi, me ille ſui totius conſulatûs, eorúmque honorum, quos cum proximis communicavit, ſocium eſſe voluit, detulit, invitavit, rogavit. Non ſum ego *Inciſa. Diſſoluta.* propter nimiã fortaſsè conſtantiæ cupiditatem, adductus ad cauſam: non poſtulabam, ut ei cariſſimus eſſem, cujus ego ne beneficijs quidem ſententiam

Hic tu hoſtis. Epiphonema eſt, quo orationem de Pompejo concludit. Putáſne ergo (ut redeamus ad dicta tua ſuperiora) me habere alium quendam, quem majore inimicitia proſequar, quàm te & hoſtem, & proditorem meum?

Ego C. Cæſarem. Jam de Cæſare, de quo dicit, nihil ſibi fuiſſe cauſæ, cur exulcerato in eum animo eſſe debeat, licèt aliqua fuerit ſententiarum, ſed non voluntatum diſſenſio.

Non eadem de republica ſenſiſſe. Cenſuerat enim ille conjuratos non eſſe ultimo ſupplicio afficiendos & ego olim circa legem de agro Campano viritim dividendo diſſenſi à Cæſare.

Socium eſſe voluit &c. Sic ait de Prov. Coſſ. *Me, ut quinqueviratum acciperem, rogavit, me in tribus ſibi conjunctiſſimis Conſularibus eſſe voluit, mihi Legationem &c. quæ ego omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiavi*; & hinc dicit, *non ſum adductus ad cauſam*, permotus ad ejus ſententiam amplectendam *propter nimiam fortaſſe conſtantiæ cupiditatem*, ſive aliquam obſtinationem.

Ne beneficijs quidem. Ego nec propter hæc beneficia mihi oblata deſerui meam ſententiam; & tradidi eam

tiam meam tradidiſſem. Adducta res in certamen, te conſule, putabatur, utrùm quæ ſuperiore año ille geſſiſſet, manerent, an reſcinderentur. Quid loquar plura? ſi tantum ille in me eſſe uno roboris & virtutis putavit, ut ea, quæ ipſe geſſerat, conciderent, ſi ego reſtitiſſem; cur ei non ignoſcam, ſi antepoſuit ſuam ſalutem meæ? Sed præterita omitto. Me, ut Cn. Pompejus omnibus ſuis ſtudijs, laboribus, vitæ periculis complexus eſt, cùm municipia pro me adiret, Italiæ fidem imploraret,

Correctio. *Concluſio argumenti.* *Inciſa.* *Diſſoluta.* *Simil. cad.*

Cæſari, vel Cæſaris beneficijs, adeóque nec poſtulabã, ut ei omnium eſſem cariſſimus.

Adducta eſt. Actum fuit in tuo Conſulatu de reſcindendis actis Cæſaris; an hæc fixa eſſent & rata, an reſcindenda, deliberatum.

Quid loquar plura? Paucis: Si Cæſar hanc habuit de me æſtimationem, ut putaret, *ſi ego reſtitiſſem*, ſi ego in ſenatu egiſſem, ut acta ſua reſcinderentur, ea continuò reſcindenda, fore ut concidant: cur non ignoſcam ego ei, quòd præ mea ſalute ſuam amaverit, ſi maluit me eijci de civitate, quàm acta ſua reſcindi? Fecit hoc non odio mei, ſed amore ſui, quod ignoſcendum.

Sed præterita omitto. Sed eſto, me olim Cæſar offenderit: nullam iniuriæ facio mentionem: quandoquidem offenſionem, ſiqua fuit, ſubſecutis beneficijs abundè reparavit.

Me tu. Ubi primùm, ſtatim atque Cn. Pompeius de me revocando cogitavit, & pro me rem egit, etiam adſcivit in conſiliorum ſuorum ſocietatem Cæſarem, tanquam mihi Ciceroni benevolum.

raret, P. Lentulo Conſuli, auctori ſalutis meæ, frequens aſſideret, ſenatui ſententiam præſtaret, in concionibus non modò ſe defenſorem ſalutis meæ, ſed etiam ſupplicem pro me profiteretur: hujus voluntatis eum, quem multum poſſe intelligebat, mihi non inimicum eſſe cognôrat, ſocium ſibi & adjutorem C. Cæſarem adjunxit. Jam vides me tibi non inimicum, ſed hoſtem; illis, quos deſcribis, non modò non iratum, ſed etiam amicum eſſe debere? quorum alter, id quod meminero ſemper, æquè mihi fuit amicus, ac ſibi alter, id quod obliviſcar aliquando, ſibi amicior, quàm mihi. De- *Commutatio.* *Antitheta.*

P. Lentulo C. auctori &c. qui ad ſenatum retulit de meo reditu.

Senatui ſent. præſtaret. Primus diceret ſententiam de me in ſenatu, quam reliqui ſequerentur.

Non inimicum &c. Plus eſt hoſtis, quàm inimicus, quòd inimici dicantur etiam illi, qui civiliter inter ſe & jure contendunt: hoſtes autem ſint externi, qui *Non ex jure manu conſertũ, ſed mage ferrorem repetunt.* Hoc etiam diſcrimen *hoſtem* inter & inimicum intercedit, quòd hoſtes dicantur illi, cum quibus publicè bellum habemus, inimici autem, cum quibus privata odia exercemus.

Quos deſcribis. Quos nominatim quidem non appellas, ſed ita à potentia deſcribis, ut quivis facilè, de quibus loquaris, intelligat.

Quorum alter. Cn. Pompeius non fuit ſibi amicior, quàm mihi: quia pro mea ſalute non dubitavit vitam ſuam exponere:

Alter. C. Cæſar, qui ut modò dixi, ſuam ſalutem antepoſuit meæ.

Conceſſio. Deinde hoc ita fit, ut viri fortes, etiamſi ferro inter ſe cominùs decertârint, *Comparatio.* tamen illud contentionis odium ſimul cum ipſa pugna, armiſque ponant. Atqui me ille odiſſe nunquam potuit, ne tum quidem, cùm diſſidebamus. *Sententia.* Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nôſti, ut viros fortes ſpecies ejus & pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet. Equidem dicam ex animo,
33. Patres Conſcripti, quod ſentio, & *Licentia.* quod vobis audientibus ſæpè jam dixi: Si mihi nunquam amicus C. Cæſar fuiſſet, ſed ſemper iratus: ſi aſpernaretur amicitiam meam, ſeſéque mihi im- *Laus Cæſaris.* placabilem, inexpiabilemque præberet, tamen ei, cùm tantas res geſſiſſet, gereretque quotidie, non amicus eſſe non poſſem. Cujus ego imperium: non Alpium vallū contra adſcenſum transgreſ-

Deinde, Quòd ſi etiam fuiſſet aliqua inter nos contentio &c.

Quam tu ne de facie. A qua tu ſic es alienus, ut non ſolùm ejus naturam intùs, quod aiunt, & in cute, non inſpexeris, ſed ne externam quidem ejus ſpeciem nôris.

In hoſte poſita. Sic & Annibalis virtus non admirationi ſolùm, ſed etiam amori videtur fuiſſe Romanis. Sic Alexandri M. virtus quantos vel in Dario ſui amores excitavit?

Cujus ego imperium. Cujus Cæſaris imperium oppono aſcenſui Gallorum, non Alpium vallum &c. id eſt, hujus imperio, & rebus in imperio geſtis factum eſſe judico, & non per munimenta illa, ne Galli in Italiam pervenire poſſint.

Non alpium vallum. Non alpes

greſſionémque Gallorum, non Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immaniſſimis gentibus obijcio, & oppono. Perfecit ille, ut ſi montes reſediſſent, amnes exaruiſſent, non naturæ præſidio, ſed victoriâ ſuâ, rebúsque geſtis Italiam munitam haberemus. Sed cùm me expetat, diligat, omni laude dignum putet, tu me à tuis inimicitijs ad ſimultatem revocabis? Sic tuis ſceleribus reipublicæ præterita fata refricabis? quod

Synonyma.

Synonyma.

alpes, quibus Italiam, tanquam vallo, natura munivit. Alpes illas Italiæ mœnia etiam Livius appellat.

Non Rheni foſſam &c. Hæret in eadem metaphora deducta à munitione oppidorum. Bene autem Alpes Gallis, Rhenum Germanis oſtendit ad defenſionem Italiæ ab ipſa natura, Romano Imperio conſulente, fuiſſe objectum, quia Alpes Gallos ab Italia, Rhenus Germanos à Gallis diſterminat; nam Germania, ut ait Polyhiſtor c. 23. *Ubi incipit, Danubio, ubi deſinit, Rheno perfunditur.* *Per gurgites,* altitudinem & profunditatem & impetum fluvij denotat.

Perfecit ille. Cæſar Gallos & Germanos armis ita compreſſit, ut jam non poſſint quicquam contra noſtram rempublicam moliri, etiamſi neque Alpes Gallos, neque Rhenus & Alpes Germanos ab Italiæ aditu prohiberent.

Tu me à tuis inimicitijs. Dices me Cæſari potiùs, quàm tibi debere iraſci? *ad ſimultatem,* cum Cæſare &c.

Præterita fata. Refricabis, in memoriam revocabis per tua ſcelera, idquod fato quodam & neceſſitate actum eſt circa Cæſaris & meam qualemcumque diſſenſionem, quæ oblitterata & ſanata jam eſt. *Refricare.* per translationem ſumptam ab ijs

quod quidem tu, qui bene nôſſes conjunctionem meam & Cæſaris, eludebas, cùm à me trementibus omnino labris: ſed tamen, cur tibi nomen non deferrem, requirebas. Quanquam, quod ad me attinet:

Nunquam iſtam imminuam curam inficiando tibi.

tamen eſt mihi conſiderandum, quantum illi tantis reipublicæ negotijs, tantóque bello impedito, ego homo amiciſſimus, ſolicitudinis, atque operis

quæ vulnus cicatrice obducta jam pænè ſanatum unguibus impreſſis renovant.

Quod quidem tu. In quo quidem tu eludebas ea crimina, quæ tibi objeceram in ſenatu: non enim tu illas meas objectiones ulla defenſione diluiſti, ſed me & auditores *eludens*, à me petiiſti, cur te non accuſarem judicio de repetundis: id autem petere auſus es, quòd bene nôſſes conjunctionem meam, & Cæſaris generi tui, certóque compertum habe res, nolle me te accuſare, ideò, ne genero tuo Cæſari ſolicitudinem injicerem, eúmq; contriſtarer. Adeóque eludebas hoc de noſtra mutua amicitia, & tamen dicebas, cur non deferrem nomen, trementibus quidẽ labris, nam reipſa metuebas judicium.

Nomen non deferrem. Cur tuum nomen non deferrem, cur te reum non facerem? De delatione nominis in parte 1.

Nunquam iſtam &c. Eſt verſus L. Accij Poëtæ, & dicitur à Thyeſte in Atreo. Significat hîc: quantum in me eſt, ego non libero te ab hac cura, quâ accuſationem metuis, negando, inficiando, me accuſaturum, nomen delaturum: ſed hoc mihi attendendum eſt, ne Cæſari aliàs multùm occupato, ſolicitu-

peris imponam. Nec deſpero tamen, quanquam languet juventus, nec perinde, ac debebat, in laudis & gloriæ cupiditate verſatur, futuros aliquos, qui abjectum hoc cadaver conſularibus ſpolijs nudare non nolint, præſertim tam afflicto, tam infirmo, tam enervato reo: qui te ita geſſeris, ut timeres, ne indignus beneficio videreris, niſi ejus, à quo miſſus eras, ſimillimus

Minatur Piſoni judicium repetundarum.

Repetitio. Synonymia. Qua gradatim aſcendit.

mus

ſimilitudinem hanc atque onus imponam, quod ei crearetur, ſi ſoceri ſui Piſonis nomen deferrem.

Nec deſpero tamen Spero tamen alios fore, qui te accuſent, Juvenes nempe, ad quos accuſandi onera plerúmque transferebantur, ut in Verrinis p. 1. dictum eſt

Languet. Deſidiæ dedita, nec ad eam gloriam propenſa, quæ improborum civium accuſationib' quæri ſolebat.

Abjectum hoc cadaver. Piſonem audebit ſaltem accuſare; nàm etiam languidi, ac ignavi ad cadavera ſpoliánda ſatis audaciæ habent.

Conſularibus ſpolijs: Per judicium repetundarum opima ſpolia, quæ ex Conſulari imperio detraxit Piſo, eripere,

Præſertim tam afflicto. Præcipuè cùm reus hic Piſo ſit ita proſtratus, enervatus &c. gradatim aſcendit: *afflictus* & abjectus, poteſt tamẽ excitari. *Infirmus* non poteſt ille quidem ſtatim ſurgere, poteſt tamen ad firmitatem redire. At *enervatus*, cui nervi ſuccisi ſunt, ne poteſt quidem aut ſtare, aut recuperare corporis firmitatem.

Qui te ita geſſeris. Qui in adminiſtratione Macedoniæ provinciæ tot ſcelera admiſeris, ut timeres, ne indignus illo beneficio, quo Clodij lege provinciam adeptus es, videreris, niſi ipſi Clodio omnium bipedum, & quadrupedum teterrimo ſimillimus exſtitiſſes.

A quo miſſus eras: A quo Clodio

Allegoria à venatione. mus exſtitiſſes. An verò tu parùm putas inveſtigatas eſſe à nobis labes imperij tui, ſtragéſque provinciæ? quas quidem nos non veſtigijs odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis, & cubilibus perſecuti *Ab adjunctis.* ſumus. Notata à nobis ſunt & prima illa ſcelera in adventu, cùm, acceptâ pecuniâ à Dyrrhachinis ob necem hoſpitis

Clodio in provinciam miſſus es.

An verò tu. An exiſtimas non habere me ſatis cognita tua crimina, ſi nomen deferre vellem; ita inveſtigavi & deprehendi omnia, ut ſolet in inveſtigandis belluis fieri, neque tantùm veſtigia deprehendi, ſed ipſa cubilia, & ubi aper ſe volutavit.

Notata à nobis ſunt &c. Enumerat aliquas res à Piſone in provincia malè geſtas; deprehendimus & hoc, & iſta, ac illa. Primò hoſpitem tuum Platorem juſſiſti interfici. Amplificatur à varijs adiunctis hoc crimen. 1. Quòd pecuniam ob necem acceperit 2. Ob necem hoſpitis. 3. Quòd domum ejus exhauſerit. 4. Quòd contra fidē datam eum occiderit. 5. Quòd non ſecuri percuſſerit more majorum, ſed adhibito chirurgo venas inciderit. 6. Quòd Pleurati mortem adjunxerit. 7. Quòd in ipſo adventu, & ab hoc ſcelere initium duxerit. 8. Quòd eum occiderit, cujus domū everterat contra leges Romanas, quæ pœnam pecuniariam pœnæ capitis addi prohibebant. Particla *&* non redundat, ſed indicat ſubſecutura plura. Sequitur enim: *idemque tu*: *Neque eum ſolum.*

A Dyrrhachinis. Civibus urbis Dyrrhachij, quæ nunc Durazzo appellatur, in ea parte Macedoniæ ſita, quæ mari Adriatico incumbit Turcis ſubdita, & nobilem portum habens.

Ejus

ſpitis tui Platoris, ejus ipſius domum evertiſti, cujus ſanguinem addixeras, eúmque ſervis ſymphoniacis, & aliis muneribus acceptis, timentem, multúmque dubitantem confirmâſti, & Theſſalonicam fide tua venire juſſiſti. Quem ne majorum quidem more ſupplicio affeciſti, cùm miſer ille ſecuribus hoſpitis ſuis cervices ſubjicere geſtiret: ſed ei medico, quem tecum eduxeras, imperâſti, ut venas hominis incideret. Tum quidem tibi etiam acceſſio fuit ad necem Platoris Pleuratus *Piſonis crudelitas*

Ejus ipſius domum. Tantæ fuiſti perfidiæ, ut cùm Platoris civis Dyrrhachini ſanguinem ſuis ipſius civibus vendidiſſes, promiſiſſéſque acceptâ pecuniâ, fore, ut illi mortem inferres, tantæ, inquam, fuiſti perfidiæ, ut ei, cujus ſanguinem tanquam licitatione publica addixeras, te amicum eſſe ſimulares, & ad eum tanquam hoſpes ad hoſpitem diverteres, ejus deinde domum everteris, exhauſeris.

Servis Symphoniacis. Muſicis.

Timentem. Mortis periculum, quod à tua perfidia videbat ſuis imminere cervicibus. *Ac multùm dubitantem* de tua in ipſum fide, confirmâſti, ſpem bonam habere juſſiſti, & *Theſſalonicam fide tua*, promittens nihil te ipſi illaturum injuriæ, *venire juſſiſti.*

Majorum more. Mos majorum fuit, ut damnati ſecuri percuterentur, cui miſer ille adhuc libenter ſe ſubjeciſſet.

Medico. Chirurgus intelligitur, vox enim medici Clinico, & chirurgo communis eſt.

Venas incideret. Ad exhauriendum omnem ſanguinem è venis, & lenta morte necandum hominem.

Tum quidem. Cùm Platorem occideres, ad ejus mortem velut auctarium quod-

tus ejus comes, quem necâſti verberibus ſumma ſenectute confectum. Idémque tu Rabocentum, Beſſicæ gentis principem, cùm te trecentis talentis regi Cotto vendidiſſes, ſecuri percuſſiſti; cùm ille ad te legatus in caſtra veniſſet, & tibi magna præſidia & auxilia à Beſſis peditum, equitúmque polliceretur. Neque eum ſolum, ſed etiam cæteros legatos, qui ſimul venerant, quorum omnium capita regi Cotto vendidiſti. Denſeletis, quæ natio ſemper obediens huic imperio, etiam

dam acceſſit nex ejus comiti illata.

Idémque tu. Etiam legatum contra jus gentium ſecuri percuſſiſti.

Beſſicæ gentis. Beſſi populi ſunt Thraciæ, non procul à Ponto, magnam partem circa Hæmum montem habitantes, qui rapto & latrociniis tum victitabant, de quibus Ovidius l. 3. Triſtium.

Vivere quàm miſerum eſt
inter Beſſosque Getásq.

Trecentis talentis. Talentum apud varias nationes varium erat & diverſi pretij. Communiter unum talentum conficit 800. fl. Decem talenta 8000. fl. viginti talenta 16000. fl. Centum talenta 80000. fl. An hîc talentum ad numos Romanos revocatum fuerit, dubium eſt. Hoc igitur numerandi modi CCC. talenta conficiunt 240000 fl.

Regi Cotto. Beſſorum & Thracum regi; putant nonnulli Cotys vel Cotus nomen fuiſſe Regum Thraciæ, ut Arſaces Perſarum, Ptolomæus Ægyptiorum &c.

Vendidiſſes. Pro mercede te & fidem tuam addixiſſe, te mancipâſſes.

Denſeletis. Etiam populis Thraciæ.

etiam in illa omnium barbarorũ defe-ctione Macedonica C. Sentium præto-rem tutata eſt, nefarium bellum, & crudele intuliſti: eiſque, cùm fideliſſi-mis ſociis uti poſſes, hoſtibus uti acer-rimis maluiſti. Ita perpetuos defenſo-res Macedoniæ, vexatores, ac perdito-res effeciſti. Vectigalia noſtra pertur-bârunt, urbes ceperunt; vaſtârunt agros, ſocios noſtros in ſervitutem ab-duxerunt, familias abripuerunt, pe-cus abegerunt; Theſſalonicenſes, cùm oppido deſperâſſent, munire arcem coëgerunt. A te Jovis Urij fanum antiquiſſimum barbarorum, ſanctiſſi-múmque

A conſe-quentibus auget.

Enumera-tio.

Similitud.

31

In illa barbarorum defe-ctione. Macedonia comple-ctebatur etiam Græcos po-pulos, ut Bœotios, Ætolos, A-chæos, Atticos. Populi barba-ri eâ contenti erant Theſſali, Macedones &c hi à ſuo præ-tore C. Sentio defecerant.

Nefarium bellum. Cùm illi ſpectatiſſima eſſent fide & meri-tis optimis in rempublicam noſtram.

Vectigalia noſtra pertur-bârunt. Publicanos impedie-runt à vectigalibus colligen-dis.

Theſſalonicenſes. Poſitos in gremio imperij noſtri eò adegerunt, ut cùm non am-pliùs tuti eſſent in oppido, arcem munire cogerentur.

oppido deſperâſſent, vel de op-pido; dicitur enim deſperare de ſalute, vel ſaluti, de rebus, vel rebus. De hac re dictum N. 17.

A te Jovis Urij. Deſcribit ſacrilegium, quo Jovis tem-plum diripuit. Jupiter ha-bebat plurima nomina: Tur-nebus exiſtimat Vrium vel Urion dictum à ſecundo vento; Arrianus teſtatur, fanum Jovis Urij fuiſſe vi-ginti & centum ſtadijs di-ſtans Byzantio.

Luci

múmque direptum eſt. Tua ſcelera Dij immortales in noſtros milites expiaverunt: qui cùm uno genere morbi affligerentur, neque ſe recreare quiſquam poſſet, qui ſemel incidiſſet: dubitabat nemo, quin, violati hoſpites, legati necati, pacati atque ſocij nefario bello laceſſiti, fana vexata, hanc tantam efficerent vaſtitatem. Cognoſcis ex particula parva ſcelerum & crudelitatis tuæ genus univerſum. Quid avaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? Generatim ea, quæ maximè nota ſunt, dicam. Nónne Seſtertiûm centies & octo-

Sim cad. Inciſa.

Avaritia Crimina in Piſone.

I. *Interrogatio. Repetitio.*

Tua ſcelera. Dij immortales peſtem immiſerunt in noſtrum exercitum, ut tua ſcelera expiarent.

Violati hoſpites. Inde provenit peſtis, quòd hoſpites violâris; quemadmodum factum eſt in Platore; quòd legatos &c.

Legati necati. Rabocentus Beſſicæ gentis legatus; ejúſque ſocij. Legatos autem tanti faciebant, eos ut putarent ad Deorum majeſtatem accedere; hósque violare ſummum eſſe crimen. Statius 2. Theb.

Sanctum populis per ſecula nomen,
Legatum inſidijs tacitóque invadere ferro.

Fana vexata. Sacrilegia & templorum direptiones ſolere diris ſupplicijs expiari etiam hiſtoria profana teſtatur. Videatur Herodotus & Pauſanias.

Quid avaritiæ. Quid nunc attingam ſummam & præcipua capita avaritiæ tuæ, in qua continentur alia crimina infinita; *radix enim omnium malorum eſt cupiditas.*

Nónne Seſtertiûm centies. Nónne quadringenta quinquaginta millia aureorum more Gallico computatorum

octogies, quod quaſi vaſarij nomine in venditione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti ? nónne cùm CC. II.
talenta tibi Apolloniatæ Romæ dediſſent, ne pecunias creditas ſolverent, ultrò Fuſidium, Equitem Romanum, hominem ornatiſſimum, creditorem debitorum Romæ reliquiſti fœnori collocata ? De ſeſtertijs dictum in parte 1. & de diverſitate, cùm numerus millenus accipitur ſubſtantivè, & cùm accipitur adverbialiter. Aliud etiam eſt ſeſtertius ; aliud ſeſtertium, quod mille ſeſtertios id eſt 25. aureos monetæ Gallicæ continebat. Seſtertius verò octo ferè vel 9. noſtris nummis æſtimabatur.

Vaſarij nomine. Vaſarium dicebatur pecunia illa, vel omnis illa ſupellex, apparatus & inſtrumenta, quibus Magiſtratus in provinciam proficiſcens ex ærario communi inſtruebatur; ſummam igitur illam pecuniæ iam prætextu vaſarij acceptam, quam reipſa pactus erat cum Clodio, ut ſi ſua conſilia ad necem vel perniciem Ciceronis contuliſſet, ſibi ex ærario tribueretur, illam inquam Romæ in quæſtu collocavit; reliquit apud argentarios & negotiatores, ut lucrum & fœnus inde faceret. *Vaſarium*, tanquam id quod pro vaſis & ſupellectile dabatur, ſicut coronarium, quod pro coronis.

CC. Talenta. Juxta ſuperiorem numerandi modum 160000. fl.

Apolloniatæ. Apolloniæ urbis in Illyrico incolæ.

Ultrò Fuſidium. Non rogatus. Cives urbis Apolloniæ tantummodò petebant ære alieno liberari. Tu ulteriùs eò progreſſus es, ut ipſum creditorem (cui debebantur pecuniæ) tanquam ſervum & vile mancipium debitoribus ſuis addixeris & mancipâris.

Notæ

III. debitoribus ſuis addixiſti? nónne, hyberna cùm legato præfectóque tuo tradidiſſes, evertiſti miſeras funditùs civitates, quæ non ſolùm bonis ſunt exhauſtæ, ſed etiam nefarias libidi-
IV. num contumelias, turpitudinéſque
Correctio. ſubjerunt? Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarij? ſi quidem poteſt vi & metu extortum, honorarium nominari. Quod cùm peræquè omnes, tum acerbiſſimè Bœotij & Byzantij, Cherroneneſes, Theſ-
V. ſalonica ſenſit. Unus tu dominus,
Repetitio. unus æſtimator, unus venditor, tota in provincia per triennium frumenti omnis

Nonne hyberna. Cùm tu Legato & præfecto comiſiſſes hyberna curanda (quod ipſe facere debueras, ſed ob molalitiem & avaritiam ſimul; ſeceſſiſti in urbes, hyemem ibi exacturus) nunquid tum urbes illas, ad quas divertiſti, bonis ſuis penitùs exhauſiſti? *Libidinum contumelias.* In urbibus illis etiam turpiſſima libidinum tuarum veſtigia reliquiſti. *Qui modus &c* Quàm moderationem ſervâſti in frumẽto æſtimando, & pecunia locô frumenti, quòd æſtimabatur, accipienda? Populus Romanus certum modum frumenti ad vectigal añuum ex provincijs colligebat: licebat tamen magiſtratibus frumentum æſtimare, id eſt, loco frumenti certam pecuniam à provincialibus exigere, ſive vectigal illud frumentarium ex æquo & bono in pecuniarium convertere. *Honorarij?* Qui modus honorarij frumenti æſtimandi vel accipiendi? honorarium frumentum erat, quod honoris cauſſâ præſidibus dari conſueverat. *Bœotij.* Populi in finibus Græciæ, *Byzantij* incolæ urbis

omnis fuiſti. Quid ego rerum capita- 36.
lium quæſtiones, reorum pactiones, *Præteritio.*
redemptiones, acerbiſſimas damnatio- *Enumeratio.*
nes, libidinoſiſſimas liberationes pro- VI.
feram? Tantùm locum aliquem cùm
mihi notum ſenſeris, tecum ipſe lice-
bit, quot in eo genere, & quanta ſint VII.
crimina, recordere. Quid? illam ar-
morum officinam ecquid recordaris,
cùm omni totius provinciæ pecore
compulſo, pellium nomine omnem
quæ-

his Byſamij, de qua dictum p. 1. *Cherronenſes*, incolæ Cherroneſi, vel Cherſoneſi peninſulæ in Thracia ad Pontum Euxinum. de *Theſſalonica* jam dictum.

Rerum capitalium quæſtiones. Inſtituta judicia de capite & vita provincialium.

Reorum pactiones. Pacta, quæ cum reis inierat Piſo, & ab ijs ſe mercede corrumpi permiſerat.

Redemptiones. Quando rei, etiam innocentes, incolumitatem ſuam & ſalutem à Piſone pecunijs redimere debuerunt.

Acerbiſſimas damnationes: Eorum, quos ab accuſatoribus mercede conductis, corruptiſve inauditá cauſſâ damnaverat.

Libidinoſiſſimas liberationes. Quando contra omne fas & æquum, pro ſua libidine, pro ſtudio partium nocentes abſolvit, liberavit.

Tantùm locum. De quibuscunque locis, ubi tu fuiſti, notum mihi eſt; notum eſt pariter, quot ibi ſcelera patraris.

Quid? illam armorum officinam: Jam enarrat ſcelera avaritiæ in apparatu bellico comparando, qua occaſione grandem ſibi pecuniæ vim conflaverat.

Pecore compulſo. Coacto & unum in locum congregato.

Pellium nomine. Prætextu pellium ad loricas, clypeos, papiliones faciendos, qua ratione tantũ lucratus eſt, quãtũ pater fuerat antè lucra-

Patris turpem quæſtũ obÿcit. quæſtum illum domeſticũ, paternúmque renovâſti? Videras enim grandis jam puer, bello Italico, repleri quæſtu veſtram domum, cùm pater armis faciendis tuus præfuiſſet. Quid? ve- *Reliqua cumulat avaritiæ crimina.* ctigalem provinciam ſingulis rebus, quæcunque venirent, certo portor o impoſito, ſervis tuis publicanis à te factam eſſe meminiſti? Quid? cen- *Interrogationes & Repetitiones.* turiatus palàm venditos? Quid? per tuum ſervulum ordines aſſignatos? Quid? ſtipendium militibus per omnes

Quæſtum. Lucrum idem accepiſti.

Bello Italico. Marſico, ſive ſociali, quod poſt mortem Livij Druſi concitatum eſt populis Italicis petentibus jus ſuffragiorum & civitatis.

Quid? vectigalem. Multas exactiones vectigalium, venditiones officiorum & dignitatum, cædes & alia crimina Piſonis implicita coacervat. Inprimis provinciam, cùm eſſet libera & immunis, eam vectigalem feciſti, nec uni & alteri rei, ſed ſingulis impoſuiſti vectigal.

Portorio Portorium erat vectigal, quod ex importatione, & exportatione mercium exigebant.

Servis tuis publicanis. Et quidem per ſervos tuos portorium illud exegiſti, qui debebant publicanorum officio fungi, cùm id officium aliàs eſſet Equitum R.

Centuriatus. Militares gradus, & officia, ut centuriatus, palàm vendidiſti. *Centuriatus*, id eſt, officia centurionum, præfectorum & Ducum militarium.

Quid? per tuum. Aliud crimen: per ſervulum tuum militiæ ordines & gradus aſſignâſti, diſtribuiſti, quod per tribunum militarem fieri debuiſſet.

Quid? Stipendium. Stipendium pro militibus pendebatur ex ærario. Piſo, ut illam pecuniam, quam ex ærario ſtipendij nomine capiebat

nes annos à civitatibus, menſis palàm propoſitis, eſſe numeratum? Quid illa in Pontum profectio, & conatus tuus? Quid debilitatio, atque abjectio animi tui, Macedonia prætoriâ nuntiatâ, cùm tu non ſolùm, quòd tibi ſuccederetur, ſed quòd Gabinio non ſuccederetur, exſanguis & mortuus concidiſti? Quid quæſtor Ædilitius rejectus? Præpoſitus legatorum tuorum *Adjuncta.* *Hyperbole.*

piebat, in ſuum uſum converteret, jubebat à civitatibus ſtipendium numerari. *Per omnes annos*: nec id ſemel, ſed omnibus annis.

Menſis palàm propoſitis. Palàm, & menſis argentariorum publicè in foro collocatis, qui argentarii à civitatibus pecunias numerarent militibus.

Quid illa in Pontum profectio. Significat obſcurè, Piſonem pecunijs barbarorum inhiantem in Pontum feciſſe impreſſionem, ſed inde fuiſſe depulſum: hinc *conatus* tantùm fuit.

Macedonia prætoria &c. Cùm tibi nuntiatum eſt, Macedoniam, quam proconſulari imperio tenebas, prætoriam eſſe factam, id eſt, ſucceſſorem tibi prætorem futurum, ſtatim illo anno. Ideóque animo concidiſti, cùm videres occaſionē furtorum & rapinarum, tibi eſſe præreptam. *Gabinio non*: Gabinius diutiùs manebat, & modò nondum redierat.

Quæſtor ædilitius Rejeciſti quæſtorem, qui ædilis fuerat, quod crimen tantò majus eſt, quia hic populi R. ſuffragijs creatus fuit, quíque in officio ædilis ſuam jam probârat induſtriam, & quia tu nullam illius habuiſti rationem, qui digniſſimus ab alijs habitus eſt.

Præpoſitus Legatorum. Qui primus, princeps, ac præcipuus legatorum tuorum fuit, quiſcunque ille fuerit, à te tamen nullo honore habitus, ſed violatus eſt.

rum optimus abs te quisque violatus? tribuni militum non recepti? M Baebius vir fortis, interfectus juſſu tuo? Quid, quòd tu toties diffidens, ac deſperans rebus tuis in ſordibus, lamentis, luctúque jacuiſti? quòd populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias amicos ſociósque miſiſti? Quid, quòd cùm ſuſtentare vix poſſes mœrorem tuum, dolorémque deceſſionis, Samothraciam te primùm, pòſt inde Tha-

Ironia & Allegoria.

Tribuni militum &c. Creabantur aliqui tribuni ſuffragijs populi R. quos Piſo debuiſſet admittere, ſed non admiſit.

Quid quòd tu. Propriam Piſonis conſcientiā atteſtatur, qui nunquam ita de ſuis rebus deſperâſſet, niſi malâ ſcelerum ſuorum conſcientiâ fuiſſet jactatus.

Populari illi ſacerdoti. Clodium intelligit, quem ironicè ſacerdotem vocat, quia ſe in ſacra bonæ Deæ ingeſſerat, ad quæ nefas erat viros accedere, de qua re in p. 2 orat, pro Domo & alibi: *popularem* appellat, pariter jocum captans ex ambiguo; nam & Clodius popularis erat, populo favens, ut qui ſeditioſis legibus, populares auras captabat; & cùm matronæ pro populo ſacra facerent, intereſſe voluit.

Sexcentos ad beſtias &c. Socios & amicos plurimos tanquam captivos aut ſceleratos Romam miſiſti Clodio, ut in ludis, quos ille in Ædilitate ſua erat editurus, cum beſtijs pugnarent.

Cùm ſuſtentare &c. Cùm nuntium de ſucceſſore tibi deſtinato audiſſes, tanta vi doloris obrutus es, ut cùm vix eum ſuſtinere poſſes, multa remedia quæſieris; ut ægroti lectum mutant, ſic tu ad fallendum dolorem loca mutaveris, profectus modò in hanc, modò in illam civitatem.

Samothraciam. Inſulam in mari Ægeo juxta Lemnon t

he

Thaſum cum tuis teneris ſaltatoribus, & cum Autobulo, Athamante, & Timocle formoſis fratribus contuliſti? Quid, quòd cùm inde te recipiens, in villa Leucadiæ, quæ fuit uxor Ægiſti, jacuiſti mœrens aliquot dies, atque inde obſoletus Theſſalonicam, omnibus inſcientibus, noctúque veniſti? qui cùm concurſum plorantium, ac tempeſtatem querelarum ferre non poſſes, in oppidum devium Berœam profugiſti: quo in oppido cùm tibi ſpe falſa, quòd Q. Ancharium non eſſe ſucceſſurum putares, animos rumor inflâſſet; quo te modo ad tuam intemperantiam, ſcelerate, innovâſti? *Adjuncta.* *Allegoria.*

Mit-

hodie *Samandrichi* dicitur.

Inde Thaſum. Pariter inſulam maris Ægei Samothraciæ vicinam.

Saltatoribus teneris. In muliebrem mollitiem factis

Inde te recipiens. Cùm ex inſula Thaſo diſcedens &c. *Leucadia*, fœminæ.

Obſoletus. Corpore ac veſte inculta, quales incedere ſolent mœſti & afflicti.

Plorantium: Lugentium damna, quibus eos per ſummam avaritiam & crudelitatem affeceras.

Tempeſtatem querelarum Allegoricè: ita confertim & denſati accurrebant, ſuas querelas allaturi, ut grandinis inſtar ac tempeſtatis eſſent.

In oppidum devium Berœam: Urbem Theſſalonicæ vicinam, atque in Macedonia ſitam, de qua Lucianus in ſuo Aſino elegantiore, quàm caſtiore.

Ad intemperantiam innovâſti. Priùs eras dejecti animi ob occaſionem furtorum ademptam, & ſucciſam cum provincia ſpem rapinarum. Subitò allatâ famâ, ſucceſſo-

 rem

37. *Variat præteritionem N. 36. inceptam.* Mitto aurum coronarium: quod te diutiſſimè torſit, cùm modò velles, modò nolles. Lex enim generi tui & decerni, & accipere vetabat, niſi decreto triumpho. In quo tu, acceptâ tamen & devoratâ pecuniâ (ut in Achæorum centum talentis evo-

rem non venturum, ad priorem intemperantiam & inſolentiam rediiſti. Ancharius ſucceſſor futurus erat.

Mitto aurum coronarium. Aurum ſive pecuniam, quæ triumphaturis ſubmittebatur ab amicis, fœderatisque civitatibus triumphi nomine & ad coronas triumphales. De hac pecunia nihil dicam, quòd eam acceperis contra legem Juliam, alio tamen nomine, alio prætextu, non re mutata, ſed nomine *Coronarium*, nomen à coronis habet, ſicut ſuprà, *vaſarium* à vaſis.

Diutiſſimè torſit. Inhiabas huic pecuniæ ex una parte, & ex altera parte nolebas videri legem Juliam violâſſe, ideò torquebaris, modò volebas, modò nolebas.

Lex generi tui. Cæſaris, cùm nonnulli provinciarum præſides ſe triumphaturos eſſe ſimularent, ea tantùm de cauſa, ut aurum coronarium ipſis mitteretur; effrænatam horum cupiditatem coërcere volebat Jul. Cæſar in ſuo primo conſulatu, & lege Julia de repetundis ſanciebat, ne quis aurum coronarium ſibi triumphi nomine miſſum priùs admitteret, quàm decretus fuiſſet triumphus à ſenatu.

Accepta tamen pecunia. Accepiſti, devorâſti aurum illud coronarium, alio tamen vocabulo pecuniam illam appellâſti, aliud pecuniarum genus eſſe dixiſti.

Ut in Achæorum &c. Senſus hic obſcurus eſt, ut omnes fatentur interpretes, neque hiſtoria certa lucem ſuppeditat. Poterit in hunc modum explicari: Eodem modo te gerere volebas in auro coronario, quo in pecuniis Achæorum; nec illud aurũ reddere (evomere) volebas, ſed devorâſti penitus; ut nec

evomere non poteras) vocabula tantùm pecuniarum, & genera mutabas. Mitto diplomata tota in provincia paſſim data: mitto numerum navium, ſummámque prædæ: mitto rationem exacti imperatique frumenti: mitto ereptam libertatem populis ac ſingulis, qui erant affecti præmijs nominatim, quorum nihil eſt, quod non ſit lege Julia, ne fieri liceat, ſancitum diligenter. Ætoliam, quæ procul à barbaris disjuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio fere Græciæ gremio continetur

Repetitio.

Nationes ac urbes perdita ac vaſtata.

nec Achæis centum talenta reddidiſti. Quòd Achæi ingentem pecuniam quotannis Piſoni debuerint pendere, patet ex Orat. de provinc. Conſul.

Evomere. Sæpiùs accipitur pro reddere.

Diplomata. Litteras patentes, publico ſigillo munitas. Budæus: *Diplomata*, inquit, *ſunt*, *quas Litteras patentes nunc appellamus, cujusmodi ſunt edicta & mandata principum regio ſigno ſancta, & quas bullas Pontificias vocant.*

Numerum navium. Quas fœderatis civitatibus ſine neceſſitate publica imperâſti.

Summámque prædæ. Et quantam ſummam prædæ ab ipſis provincialibus adduxeris.

Imperatíque frumenti. Quod pendere provinciales & ſocij jubebantur ad alendum exercitum.

Ereptam libertatem. De hac ſuperiùs, quomodo populos verè liberos, libertate privârit.

Ac ſingulis. Erant aliqui privati etiam & ſinguli, qui libertatis præmijs affecti fuêre, à Piſone ijsdem ſpoliati.

Ætoliam &c. Objicit vaſtationem Ætoliæ, & enumerat aliquot civitates, quæ à Barbaris, Piſonis ſcelere ad arma compulſis, aut dirutæ ſunt, aut ſaltem occupatæ.

tinetur (ô pœna, ô Furia ſociorum!) decedens, miſeram perdidiſti. *Metaphora.* Arſinoan, Stratum, Naupactum, ut modò tute indicâſti, nobiles urbes atque plenas, fateris ab hoſtibus eſſe captas. *Exclamatio.* quibus autem hoſtibus? nempe ijs, quos tu Ambraciæ ſedens primo tuo adventu ex oppidis Agrinarum, atque Dolopum demigrare, & aras & focos relinquere coëgiſti. *Correctio.* Hoc tu in exitu, præ-

O pœna! O Furia! Pœna ac *furia* Synonyma ſunt, nam Furiæ etiam Pœnæ dicuntur! O quàm igitur tu Piſo verè es immiſſa ab inferis in ſocios noſtros pœna ac Furia!

Arſinoan. Ætoliæ oppidum. Sunt plurimæ hujus nominis urbes in alijs regionibus.

Stratum. Stratus urbs Acarnaniæ, quæ Stratopolis à Diodoro vocatur.

Naupactum. Naupactus, ut notat Ortelius, Achaiæ urbs. Strabo, Polybius, Livius & Ptolomæus ad ſinum Corinthiacum jacere ſcribunt. *Lepanto* Sophianus vocat.

Tute. Tuipſe.

Nempe ijs. In te redundat ſcelus, & vaſtatio horum oppidorum; nam hoſtes iſti à te ſuis domibus ejecti juſto propemodum odio in populum Romanum exarſerant.

Ambraciæ ſedens: Cùm in urbe Græciæ Ambracia dictâ conſediſſes; ſinus eſt huic urbi vicinus, qui olim Ambracius, nunc à fluvio id nominis *Golfo de Larta* vocatur.

Agrinarum atque Dolopum. Agrinæ vel Adriani erant populi Pæoniæ in ijs finibus, ubi nunc Torpillo nō procul Salonichi. Dolopes ſunt Theſſaliæ populi, Pindo vicini, regio dicitur Dolpia. Virgil. Æneid. 2. v. 7. *quis talia fando Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles Ulyſſi Temperet à lacrymis?*

Aras & focos: Privatas, pub-

præclare imperator, cùm tibi ad priſtinas clades acceſſio fuiſſet Ætoliæ repentinus interitus, exercitum dimiſiſti: neque ullam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluiſti ſubire, quàm numerum tuorum militum, reliquiáſque cognoſcere. Atque ut duorum Epicureorum ſimilitudinem in re militari imperióque videatis, Albucius, cùm in Sardinia triumphâſſet, Romæ damnatus eſt. Hic cùm ſimilē exitū ſpectaret, in Macedonia trophæa poſuit: *Ironia.*

38. *Amplificat comparatione.*

publicáſque atque etiam ſacras ædes relinquere debuerunt.

Ad priſtinas clades acceſſio. Acceſſit per te Ætoliæ vaſtatio, poſtquam jam exercitus ſubijt peſtem, poſtquam Denſeleti, de quibus ſuprà, jam clades invexêre.

Reliquiáſque: Milites, qui ex peſte, cæteríſque cladibus ſuperfuerant.

Duorum Epicureorum: Piſo imitari volebat alium quemdam ex Epicuri ſecta Imperatorem peſſimum, Titium Albutium; ſimiles itaque erant hi duo, Piſo & Albutius.

Albutius. T. Albutius, qui in Sardinia cum latrunculis re geſta, ſupplicationem à ſenatu poſtulavit: eâ denegatâ, in ipſa provincia, quaſi triumphare eſt auſus: quo facto, Romæ damnatus eſt.

Damnatus: Videtur damnatus lege de repetundis.

Similem exitum: Piſo cùm ſimilem damnationem videret ſibi impendere, in Macedonia, quam vaſtari paſſus erat, trophæa excitavit.

Trophæa: Erant arbores truncatæ, & deciſis ramis aptatæ, quæ induebantur hoſtium ſpolijs & armis; in eóque loco plerumque ſtatuebantur, ubi hoſtes in fugam verſi erant: Juven. Sat. 10.

Bellorum exuviæ, truncis

ſuit: eáque, quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes inſignia, & monumenta eſſe voluerunt, noſter hic præpoſterus imperator, amiſſorum oppidorum, cæſarum legionum, provinciæ præſidio & reliquis militib[9] orbatæ, ad ſempiternum dedecus ſui generis & nominis, funeſta indicia conſtituit: idémque, ut eſſet, quod in baſi trophæorum inſcribi incidiq; poſſet, Dyrrhachium ut venit, decedens, obſeſſus eſt ab ijs ipſis militibus, quos paullò antè Torquato reſpondit beneficij cauſsâ ab ſe eſſe dimiſſos. Quibus cùm juratus affirmâſſet, ſe, quæ deberentur, poſtero die perſoluturum, domum

Definitio Trophæi.

Simil. cad.

Ironia.

Turpis fuga Piſonis.

affixa trophæis Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens &c. Eſt autem *buccula* ea pars galeæ, quæ buccam, ſeu os militis tegit.

Eáque: A definitione trophæi Piſonem reprehendit, ut præpoſterum Imperatorem, quippe qui trophæi naturam pervertit.

Præpoſterus Imperator: Rerum ordinem perturbans; non enim victor fuit, ſed amiſit oppida, legiones perdidit &c. tamen trophæa poſuit.

Idemque ut eſſet: Jocus eſt & ironia. Ut aliquid eſſet præclarè ab ipſo geſtum, & memorabile, quod in baſi trophæorum inſcriberetur, factum eſt, ut à ſuiſmet militibus hic Imperator obſideretur.

Torquato reſpondit &c. Dixit urgenti & reſponſum petenti Torquato, ſe milites dimiſiſſe, gratioſâ miſſione, & beneficij causâ, quaſi ob præmium virtutis militaris. quàm hoc falſum fuerit, inde patuit, quòd hi ipſi milites impe-

mum ſe abdidit; inde nocte intempeſta crepidatus, veſte ſervili navem conſcendit, Brundiſiúmque vitavit, & ultimas Adriani maris oras petivit. Cùm interim Dyrrhachij milites domum, in qua iſtum eſſe arbitrabantur, obſidere cœperunt, & cùm latere hominem putarent, ignes circumdederunt. Quo metu commoti Dyrrhachini, profugiſſe noctu crepidatum imperatorē indicaverunt. Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuaviſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. Sic odium, quod in ipſum attulerant, id in ejus imaginem ac ſimulacrū profuderunt.

Ironia. *Synonymia creſcens.* *Epiphonema.*

imperatorem ſuum obſederint, ſtipendiúmque ſibi debitum exolvi petierint: dimiſit ergo eos ex avaritia, ne ſtipendium deberet ſolvere. De Torquato jam N. 20. actum.

Nocte intempeſta. Media nocte, multa de nocte.

Crepidatus. More Græcorum, aut etiā convivantium ſoleatus, non Romanorum inſtituto, qui calceis uti conſuerant. Crepidæ probro objectæ; Perſ. Sat. 1. *Non hic, qui in crepidis Graiorum ludere geſtit.*

Adriani maris. Alij legunt, *Adriatici*, parùm refert. Bonus Poëta hanc etiam vocē agnoſcit:

Sive flammâ ſive mari libet Adriano.

Scribitur etiam *Hadriaticum*, mare, quod eſt Italiam inter atque Dalmatiam. Vocatur pariter *mare ſuperum*, & *Golfo di Venetia*.

Statuam iſtius perſimilem. Quæ Piſonem ad vivum exprimeret.

Qua

PERORATIO. fuderunt. Quæ cùm ita ſint, non dubito: quin, cùm hæc, quæ excellunt, me nôſſe videas: non exiſtimes, mediam illam partem & turbam flagitiorum tuorum mihi eſſe inauditam. Nihil eſt, quòd me hortère: nihil eſt, quòd invites. Admoneri me ſatis eſt. Admonebit autem nemo alius, niſi reipublicæ tempus: quod mihi quidem
39. *Repetitio.* magìs videtur, quàm tu unquam arbitratus es, appropinquare. Ecquid vides, ecquid ſentis, lege judiciaria lata, quos

Quæ cùm ita ſint. Piſo, ut vidimus, Tullium laceſſiverat, eum rogans, cur ſuum nomen non deferret: oſtendit Cicero ſibi Piſonis facinora comperta ſic eſſe, ut ſi velit, facilè poſſit eum lege de repetundis accerſere, idq; demonſtrat. Poſtquam enumeravit ſcelera, quæ eminere videbantur, fruſtrà ſubijcit ſe enumeraturum eſſe ea, quæ velut in turba deliteſcunt: neque enim ſi parva non nôſſet, excellentia ſeligere potuiſſet.

Me hortère. Ad tuum nomen deferendum.

Admonebit. Non eſt mihi opus alio monitore: ſatis enim me ipſum monebo ad intendendam tibi litem, cùm id eſſe videro è republica. Nunc autem video id reipublicæ nondum expedire, quia hæc accuſatio Cæſari magnis pro Republ. bellis diſtricto aliquid moleſtiæ & ſolicitudinis exhiberet.

Appropinquare. Erit autem tempus illud nequaquam longum aut remotum.

Ecquid vides. Et nónne vides ſeveriſſimum fore judicium?

Lege judiciaria lata. Novam legem de conſtituendis judicibus, quales, ex quo ordine eſſe debeant, tulit Pompejus in Conſulatu ſecundo, quo hæc oratio dicta eſt. Judicia enim aliquādo erant penes populum, tum penes ſen-

quos poſthac judices ſimus habituri? non æquè legetur, quisquis voluerit, nec quisquis noluerit, non legetur. nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad ſimulationem conjicietur. Judices judicabunt ij, quos lex ipſa, non quos hominum libido delegerit. Quod cùm ita ſit, mihi crede, neminem invitus invitabis: res ipſa & reipublicæ tempus aut me ipſum, quod nolim, aut alium quem-

Commutatio *Antitheta.* *Disjunctio.* *Adjunctio.* *Antitheta.* *Metonymia.* *Annominatio.* *Polyſyndeta.*

ſenatum, rurſum penes ordinem equeſtrem ſimul & ſenatorium, denique Pompeius tulit, ut ex tribus ordinibus ſelectiſſimi judices crearentur. de hac re P. 1.

Quos poſthac judices. Quàm graves, quàm ſeveros, quàm incorruptos.

Non æquè. Non perinde, ut antehac factum.

Nulli conijcientur. Nulli intrudentur in illum ordinem & judicandi munus.

Non ambitio. Non ambitioſi judiciariam poteſtatem ambient, ad reorum gratiam colligendam.

Non iniquitas: Non iniqui & ſcelerati conijcientur in illum judicum ordinem, ut ſpecioſo judicis nomine ſua ſcelera velare poſſint. Legũt aliqui: *Non iniquitas ad ſimultatem connitetur.* Non iniqui, ſi cum reis ſimultatem habent, connitentur, ſive, graſſabuntur ad judicandum, ut iniquè condemnent inimicos, & injuſtam ſimultatem exerceant.

Neminem invitus invitabis: Alluſio. Oſtendit autem Piſonem invitum, & ut dixerat, labris trementibus petiſſe, cur Cicero nomen ipſi non deferret. Sic Plautus: *Invitus me invitet, ut faciam.* Legunt aliqui; *invitum invitabis.* neminem invitabis, qui non ſit paratus nomen deferre.

Quod nolim. Propter Cæſarem

Locus communis à ſupplicij definitione. quempiam, aut invitabit, aut dehortabitur. Equidem, ut paullò antè dixi, non eadem ſupplicia eſſe in hominibus exiſtimo, quæ fortaſſe plerique, damnationes, expulſiones, neces: denique nullam mihi pœnam videtur habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod ſapienti, quod bono viro, & civi poteſt. *Repetitio. Adjunctio. Inciſa.* Damnatio iſta, quæ in te flagitatur, obtigit P. Rutilio: quod ſpecimen habuit hæc civitas innocentiæ; major mihi judicum, & reipublicæ pœna illa viſa eſt, *Ab exemplis diſſimilibus.* quàm

ſarem ſocerum tuum, mihi amiciſſimum.

Equidem. Poſtquàm oſtendit, ſibi accuſationis materiam nō deeſſe, cauſam reddit, cur nolit diem dicere: quia nimirum damnatio non eſt propriè ſupplicium, quæ poteſt etiam innocenti contingere: de hoc dixit N. 18. & 19. fol. 71.

Fortaſſe plerique. Intellige, exiſtimant.

Damnatio iſta. Petimus te damnari, ſed in hac damnatione non conſiſtit vera pœna & ſupplicium, ſed in hoc, ut verè nocēs appareas.

Obtigit P Rutilio. Probat exemplis in utramque partem, neque damnationem & exilium inter res malas, neque abſolutionem inter res bonas eſſe numerandam. Cauſſam P Rutilij, qua & accuſatus & damnatus eſt, ſic explicat EpitomeLiviana l. 7. *P. Rutilius vir ſummâ innocentiæ, qui legatus Q. Mutij Proconſulis à publicanorum injurijs Aſiam defenderat, inviſus Equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium miſſus eſt.*

Quod ſpecimen. Qui ſpecimen & exemplum innocentiæ fuit in hac civitate.

Major judicū. Qui ſe tam immani ſcelere obligabant.

L. Opi-

quàm Rutilij. L. Opimius ejectus eſt è patria, is, qui Prætor & Conſul maximis rempublicam periculis liberârat. Non in eo, cui facta eſt injuria, ſed in ijs, qui fecerunt, ſceleris ac conſcientiæ pœna permanſit. At contrà bis Catilina abſolutus: emiſſus etiam ille auctor tuus provinciæ, cùm ſtuprum Bonæ Deæ pulvinaribus intuliſſet. Quis fuit in tanta civitate, qui illum inceſto liberatum, non eos, qui ita judicârunt, pari ſcelere obſtrictos ar- *Traductio, Synaciofis.*

L. Opimius &c. Et prætor, & Conſul: Prætor Fregellas urbem ceperat: *Conſul* C. Gracchum tribunitium, & M. Fulvium Flaccum conſularem ac triumphalem, optimatibus infenſos oppreſſit, poſteà eum Equites, C. Gracchi lege judicantes, condemnârunt.

Non in eo: Non in Lucio Opimio, qui per injuriam damnatus eſt, ſed *in ijs* judicibus, qui injuſtè damnârunt, hæſit pœna.

Bis Catilina. Semel de inceſtu cum Fabia Veſtali. Iterum de repetundis ex Africa.

Emiſſus etiam. Etiam Publius Clodius, qui lege ſua auctor fuit, ut tibi Macedonia provincia decerneretur, abſolutus, & à legum, judiciorúmque laqueis, quibus implicatus tenebatur, inſtar beſtiæ cujusdam ad vexandam lacerandámque rempublicam emiſſus eſt; ſic vocat eum pro Milone; *Beſtiam judiciorum laqueos declinantem.*

Cùm ſtuprum &c. Cùm domum Cæſaris in habitu fidicinæ ingreſſus eſſet, ut Pompejam Cæſaris conjugem, cum cæteris matronis Bonæ Deæ ſacra facientem in ipſis Deæ pulvinaribus ſive aris, conſtupraret.

Bona Dea; Bonæ Deæ ædes erat (ubi nunc D. Mariæ Aventinæ) in honorem Fatuæ Fauniſororis, caſtiſſi-

40. *Amplificatio per diſtributionem.* *Inciſa.* *Diſſoluta.*

arbitraretur? An ego exſpectem, dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ diribeantur, de quo jam pridem omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum judicaverunt? Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi ſalutatione dignum putet? Omnes memoriam conſulatûs tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à republica deteſtantur. Lega-

Simil. cad. *Anacephalaeoſis.*

ti, qui unà fuêre, alienati, tribuni militum inimici: centuriones & ſiqui ex tanto exercitu reliqui milites exſiſtunt, non dimiſſi abs te, ſed diſſipati, te

[illegible] Virginis à Claudia Veſtali condita, cujus ſacris nulli virorum intereſſe licuit. *Pulvinaria* erant aræ vel lectuli, in quibus ſimulacra Deorum reclinabantur.

An ego exſpectem. Quid opus eſt ad damnationem [illegible] judicum ſententiam expectare, dum tabellæ, quæ abſolvunt, ab iis, quæ damnant, à ſe invicem ſeparentur?

Quinque & ſeptuaginta tabellæ. Paret Lege Pompejâ judiciariâ cautum fuiſſe, ut quinque & ſeptuaginta judices cauſam cognoſcerent, & totidem tabellis ſententiam ferrent.

Diribeantur. Diribere eſt tabellas ſuffragantes in comitijs vel judicijs à refragantibus ſecernere, earúmque ſubducere rationem: Unde dicti *Diribitores.*

Faciem. Supercilium, & Dijs iratam frontem deteſtantur.

Deteſtantur: Tanquam malum auſpicium vellent amotum à republica.

Legati &c. Quæ in oratione tota ſparſa ſunt, hîc colliguntur. De Legatis N. 36. & 23.

Tri-

te oderunt, tibi peſtem exoptant, te exſecrantur. Achaja exhauſta, Theſſalia vexata, laceratæ Athenæ, Dyrrhachium & Apollonia exinanita, Ambracia direpta, Parthini & Bullienſes illuſi, Epirus exciſa, Locri, Phocij, Bœotij exuſti, Acarnania, Amphilochia, Perrhœbia, Athamanúmque gens vendita; Macedonia condonata barbaris, Ætolia amiſſa, Dolopes, finitimíque montani oppidis atq; agris exterminati, cives Romani, qui in ijs locis negotiantur, te unum ſolum ſuũ depe-

Synonyma. *Traductio.* *Compar* *Simil. cad.* *Enumeratio.*

Tribuni Militum &c. N. 36. ibidem de Centurionibus.

Achaia exhauſta. De centum talentis Achæorum ſuperiùs.

Parthini, & Bullienſes, Populi Illyrici, quos hodie Raguſienſes appellant.

Epirus. Nunc Albania.

Locri. Locri, de quibus hoc loco facit mentionem, ſunt Achaiæ populi.

Phocij. Phociarum, ſive Phocæorum aut Phocenſiũ ſitus à Pauſania deſcribitur eſſe vicinus Bullidenſibus, Theſſalis, Locris, & Bœotijs.

Bœotij. In finibus Græciæ ſiti, populi, qui ſtupiditatis, & craſſi ingenij nomine malè audierunt: Hinc illud adagium: *Bœotûm in patria, craſſoque ſub aëre nati.*

Acarnania. Olim Curetis, regiuncula Epiri, *Deſpotato* nunc dicitur.

Amphilochia. Urbs Ætoliæ.

Perrhœbia. Alij dicunt Macedoniæ, alij Theſſaliæ populos eſſe.

Athamanúmque. Athamania regio Illyriæ, vel Theſſaliæ.

Macedonia condonata &c. Thracibus & Dardanis.

Finitimíque montani. Agrianes, qui inter Rhodopen & Ænium montes habitabant, de quibus ſuprà.

Cives R. Poſtquam commercia

Adjunctio. depeculatorem, vexatorem, prædonem, hoſtem veniſſe ſenſerunt. Ad horum omnium judicia tot atque tanta domeſticum judicium acceſſit ſententiæ damnationis tuæ: occultus adventus, furtivum iter per Italiam, introitus in urbem deſertus ab amicis, nullæ ad Senatum è provincia litteræ, nulla ex trinis æſtivis gratulatio, nulla triumphi mentio: non modò quid geſſeris, ſed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte & *Allegoria.* ſeminario triumphorum, cùm arida folia

meravit externas nationes, quæ Piſonis ſcelus, avaritiam, crudelitatem expertæ ſunt, ſubdit de civibus R. eadem immanitate violatis. Adverte orationem uberẽ, & velut è ſuo fonte manantem, quam nulla rerum varietas exhauriat, *exhauſta*, *vexati*, *lacerata*, *exinanita direptas illuſi*, *exuſti*, *exciſi*, *exterminati &c.*

Domeſticum judicium. Præter iſtos omnes ſuperiùs enumeratos, quorum judicio damnatus es, propria te conſcientia damnavit; domeſticum ergo judicium eſt, quo ſeipſum Piſo conſcientiæ vi coactus damnat.

Occultus adventus. Cur enim non auſus es redire Romam itinere aperto, ſed ut ſuprà, *nocte intempeſta*: *Brundiſium vitavit &c.*

Furtivum iter. Suprà: *Per mæandros, perſequens ſolitudines, quærens diverticula.*

Introitus &c. Cui nec amici obviàm iverint. Plurima iterum hìc per recapitulationem coacervat, quæ ſuprà dixit.

Æſtivis gratulatio. Quòd tibi nulla decreta ſit ſupplicatio; hæc enim erat pro gratulatione; ex trinis æſtivis, cùm tribus annis æſtate fueris in caſtris, bellum geſſeris.

Ex illo fonte &c. Fuiſti in Macedonia, tali provincia, quæ

folia laureæ retuliſſes; cùm ea abjecta ad portam reliquiſti: tum tu ipſe de te FECISSE VIDERI pronuntiaviſti. Qui ſi nihil geſſeras dignum honore, ubi exercitus? ubi ſumptus? ubi imperium? ubi illa uberrima ſupplicationibus, triumphiſque provincia? Sin autem aliquid ſperare volueras, ſi cogitâras id, quod imperatoris nomen, quod laureati faſces, quod illa trophæa, plena dedecoris & riſûs, te commentatum *Dilemma.*

quæ uberrimum fontem victoriarum dabat, quæ ſeminarium quoddam erat plantarum, unde lauri triumphales pullularent. Seminarium locus eſt, in quo primùm plantæ ſeruntur, antequam in aliud ſolum transferantur. Jure autem fontem, & ſeminarium conjunxit, ut deinde *arida laurea folia* ſubjungeret: nam plantæ frequenter irrigatæ fontibus magis revireſcere debuiſſet.

Feciſſe videri. Senſus eſt: cùm ex illa provincia triumphorum adeò ferace reportatam lauream abjeciſſi, tum de te ipſo tuliſti damnationis ſententiam. *Feciſſe videri:* Conſueta erat apud Romanos formula damnationis. Nam quæſitores, id eſt, Prætores, qui cognoſcebant de crimine aliquo publico, reo convicto, ſic pronuntiabant, *Feciſſe videtur*, id eſt, videtur, reum admiſiſſe illud crimen, cujus fuerat accuſatus.

Ubi exercitus. Id eſt, quam obrem exercitum retinuiſti? Tot ſumptus ex ærario feciſti?

Sin autem. Dilemma hic eſt: Si nihil geſſeras &c. cur &c. eſt prima pars. Secunda: Sin triumphum ſperabâs, uti patebat ex eo, quòd Imperatoris nomen admiſeris 2. Quòd poſt legatorum tuorum victoriam laureatos faſces acceperis. 3. Quòd trophæa tibi volueris excitari, quæ de triumpho te cogitâſſe, *commentatum eſſe*, declarant,

tatum eſſe declarant: quis te miſerior, quis te damnatior, qui neque ſcribere ad Senatum, à te bene rempublicam
41. eſſe geſtam, neque præſens dicere auſus es? An tu mihi, cui ſemper ita perſuaſum fuerit, non eventis, ſed factis cujúsq; fortunam ponderari, dicere audes, neque in tabellis paucorum judicum, ſed in ſententijs omnium civium famam noſtram fortunámque pendere? Te indemnatum videri putas, quem ſocij, quem fœderati, quem liberi populi, quem ſtipendiarij, quem negotiatores, quem publicani, quem univerſa civitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui mor-

Enumeratio partium.
Repetitiones.
Inciſa.

cur non auſus es ſcribere ad ſenatum &c. te ipſum ergo judicio tuo condemnâſti.

An tu mihi. Adducit hîc orationem Piſonis contra ſe Ciceronem habitam in ſenatu, quæ probabiliter hujusmodi fuit: *Quid eſt M. Tulli,* inquiebat Piſo, *Quòd me tot convitijs & contumelijs appetas? Siquid admiſi, ſi compilavi provinciam, ut tu affirmas, judicia ſunt de repetundis conſtituta, nomen mihi defer, ad judices accerſe, ibi cùm legibus mecum agetur, innocentiam meam probabo, quanquam non ex tabellis paucorum judicum, ſed ex ſententijs omnium civium fama noſtra, fortunáque pendet, neque damnatus ille dicendus eſt, quem pauci judices damnârint, ſed qui ita ſe geſſit, ut damnatione dignus eſſet &c.* Et hæc refutavit in tota oratione, rurſúmque hîc aliqua adducit, & refutat Cicero.

Quem Socij. Ab enumeratione omnium partium probat Piſonem damnatum eſſe om-

morbum effugerunt, omni cruciatu dignissimum putant? Cui nō apud Senatum, nō apud ullum Ordinem, non apud Equites Romanos, non in urbe, non in Italia, maximorum ſcelerum venia ulla ad ignoſcendū dari poſſit? Qui ſeipſum oderit, qui metuat omnes, qui ſuam cauſam nemini committere audeat, qui ſeipſe condemnet? Nunquam ego ſanguinem expetivi tuum: nunquam illud extremum, quod poſſet eſſe improbis, & probis commune, ſupplicium legis ac judicij, ſed abjectum, contemptum, deſpectum à cæteris, à te ipſo deſperatum & relictum: circumſpectantem omnia, quidquid increpuiſſet, pertimeſcentem, diffidentem tuis rebus, ſine voce, ſine libertate, ſine auctoritate, ſine ulla ſpecie

Aſyndet.

Rurſum ſynonymis, diſſolutis, repetitionibus, ſimiliter cadentibus auget & delectat.

omnium mortalium ſententijs.

Qui ſeipſum. Qui ob malam conſcientiam nec audeat pro ſe petere gloriam & triumphum &c.

Nunquam ego ſanguinem. Ea, quam tibi optavi, miſeria, contigit, ut nempe in omnium odio, & damnatione ſis, ut omnes te auribus reſpuant, oculis fugiant, animo aſpernentur, ſola tui recordatione perhorreſcant, ut in perpetuo timore ſis, mala conſcientiâ lancineris &c. At iſtud nunquam optavi, ut effuſo ſanguine vitam perdas, ut propter ſcelera tua morte plectaris.

Quidquid increpuiſſet. Ad omnem flatum & aurā pertimeſcentem. Obſerva hic in ſingulis ubertatem & vim orationis; dictio clara eſt.

cie Conſulari, horrentem, trementem adulantémque omnibus, videre te volui; vidi. Quare ſi tibi evenerit, quod metuis ne accidat, equidem non moleſtè feram. Sin id tardiùs fortè fiet, fruar tamen tua indignitate: nec minùs libenter metuentem videbo, ne reus fias, quàm reum: nec minùs lætabor, cùm te ſemper ſordidum, quàm ſi paullisper ſordidatum viderem.

Diſſoluta.

Traductio.

Adulantem omnibus. Ut ab omnium aliorum hominum nutibus, favoribus, gratiis pendeas, eas prenſes quibuſcunque ſervitiis; hoc eſt enim hominis abjecti & humilis.

Evenerit, quod metuis. Ut nimirum in judicium adducaris, & damneris.

Sin id tardiùs. Non dubito quidē, quin aliquando damnandus ſis, ſed ſi id tardiùs accidat, quàm ſcelera tua flagitent, hæc mihi delectatio erit, quòd videam indignitatem tuam, quam tu ipſe vides, quam vident alii.

Nec minùs libenter. Æquè libenter te video in perpetuo metu, ne accuſeris, quàm ſi actu accuſeris, & reus ſis.

Semper ſordidum. Inter ſordidum & ſordidatum hæc eſt diſtinctio: *Sordidatus* eſt, & ita dicebatur reus aliquis vel in miſeria conſtitutus, qui ut homines in ſui miſerationem attrahat, veſtem pullam & ſordidam aſſumit; adeóque hoc tantùm pertinet ad externum corporis cultum. *Sordidus* pertinet ad vilem, abjectum, ſordibus ſcelerum & illuvie ſqualli-dum animum, qualis erat in Piſone. Sordidum etiam vile, & abjectum eſt, omnes metuere, omnibus adulari.

Paullisper ſordidatum. Quandiu nempe tanquam reus & accuſatus in veſte ſordidata incedes.

EVEN-

EVENTUS.

Cicero graviſſima hac Oratione vitam quidem Piſonis ita notavit, ut plurimorum ſcelerum reus, judicióque ſeveriſſimo obnoxius videretur; non ſolùm tamen iſtud evaſit Piſo, verùm etiam publica deinceps Romæ officia geſſit cum Appio Claudio Pulchro Cenſor creatus, Anno Mundi 3901. Quod ei Julii Cæſaris potiſſimùm favore contigiſſe dicitur, cùm hic Piſonis filiam Cæſoniam in Matrimonio haberet.

Axiomata, & Sententiæ,

Quæ partim verba ipſa Ciceronis ſunt, partim ita accommodantur.

Vultus ſermo quidam mentis eſt.

Plerique nobiles obrépunt ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, ſive nobilitatis.

Honores homini, non generi, moribus, non majoribus, virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati, ſunt deferendi.

Fors, ſive ſors eſt domina campi.

Homines quantumvis feroces, patientiâ, & obſequio mitigantur.

Magiſtratus debet in Concione Curiam, in Curia populum defendere.

Leges ſunt propugnacula, murique tranquillitatis & otii.

Non multùm intereſt in Magiſtratu, utrùm ipſe perniciosis legibus, & improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur.

Hoc ipſum eſt ſcelus, Magiſtratum in publicis cladibus connivere.

Sibi quemque conſulere oportet.

Multorum nequitia frontis integumentis eſt involuta.

Quibus libertas eſt penitùs inſita, ijs emori potiùs, quàm ſervire præſtat.

Præſtat ad tempus improborum furori cedere, quàm in inimicorum buſto mactari.

Quis hoc facit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficit, lugere non ſinat?

Crudele eſt, quibus mœrorem relinquas, ijs auferre mœroris inſignia, & eripere lacrymas non conſolando, ſed minando.

In cauſſa & Conſulari & ſenatoria opus eſt auxilio & conſulis, & ſenatûs.

Non eſt hominum levium frontis nubecula, & contaminatus ſpiritus pertimeſcendus.

Impendentibus tempeſtatibus non ſemper cedendum.

Non eſt in lictoribus, in toga & prætexta Conſulatus.

Animo Conſulem eſſe oportet, fide, gravitate, vigilantiâ, curâ, toto denique munere conſulatûs.

Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna majeſtas Conſulis.

Leves homines inſolentiâ rerum ſecundarum facilè efferuntur.

Improbi vix unquam emergunt ex naturæ ſuæ ſordibus.

Expetendum, ut ſcelerati cum ſceleratis pugnent, atque ipſi ſe invicem conterant.

Lex inuſta per ſervos, inciſa per vim, impoſita per latrocinium, lex non eſt.

Non eſt lex putanda, quæ eſt contra omnes leges.

Liberi non ſunt, quorum mens eſt oppreſſa præmio, lingua obſtricta mercede.

Indignum eſt, eos, qui principes civitatis volunt eſſe, ejus non leges, non inſtituta, non mores nôſſe.

Abjectorum hominum furor, petulantiáque auctoritate frangenda eſt.

Calamitoſi ſunt miſericordiâ, quàm contumeliâ digniores.

In magno civium odio, juſto præſertim ac debito; quævis fuga potiùs, quàm ulla provincia debet eſſe optatior.

Honorificum eſt ad unius ſalutem univerſos convenire.

Fieri non poteſt, ut unus & idem natus ſit abdomini ſuo, & laudi atque gloriæ.

Peior eſt famæ, quàm corporis laceratio.

Nullum eſt ſupplicium putandum, quo affici caſu aliquo etiam boni viri, fortéſque poſſunt.

Tanta vis virtutis eſt, ut non poſſit unquam eſſe vir bonus non beatus.

Calamitates & naufragia fortunæ tela ſunt, non culpæ.

Supplicium eſt pœna peccati.

Supplicium accidere nemini poteſt, niſi nocenti.

Viri fortes etiam mortui ob virtutem gloriâ & laude vivunt.

Magnum eſt ſupplicium, magna pœna, infirmari conſcientiâ ſcelerum & fraudum ſuarum.

Quid eſt aliud furere, niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges &c.

Cruentare corpus ſuum leve eſt, major eſt vitæ, famæ, ſalutis ſuæ vulneratio.

Divitias devorant libidines, luxuries, permutationes, emptiones.

Summæ ambitionis eſt, his te finibus tenere non poſſe, quos ipſe tibi optaveris.

Eſt anguſti animi, atque demiſſi, lucem ſplendorémque fugientis, juſtam gloriam repudiare.

Juſta gloria eſt fructus virtutis honeſtiſſimus.

Levitatis eſt inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari.

Cæca eſt rapinarum cupiditas.

Præterita mutare non poſſumus.

Inania ſunt delectamenta penè puerorum, captare plauſus, conſpici velle.

Fracti, humilis, demiſſi, ſordidi eſt animi, præ pecunia juſtum honorem contemnere.

Fructum laborum, præmia periculorum, virtutis inſignia contemnere non oportet.

Philoſophi non eſt aut ſibilum metuere, aut acclamationes curare.

Intemperantes oculorum & aurium delectationi abdominis voluptates anteponunt.

Quanquam omnis luxuria vitioſa eſt, & turpis, eſt tamen aliqua ingenuo ac libero dignior.

Commendatio voluptatis eſt lubricum genus orationis, adoleſcenti non acriter intelligenti ſæpè præceps.

Non hominis, ſed potiùs admiſſarij & brutæ pecudis eſt ſuos ſenſus voluptarios incitare, & ad voluptates adhinnire.

Revocare ſe vix poſſunt, qui ſunt improborum familiaritate implicati.

Inconſtantiæ fama metuenda.

Philoſophia virtutis continet, & officij, & bene vivendi diſciplinam.

Qui philoſophiam profitetur, graviſſimam ſuſtinet perſonam.

Amici & familiares impurorum hominum eodem cœno & ſordibus inquinantur.

Laudatio hominum turpium ijs, qui laudantur, eſt penè turpis.

Ad docendum aſinos non opus eſt verbis, ſed fuſtibus.

Cedant arma togæ; concedat laurea laudi, vel linguæ.

Adulatores, qui familiaritatis licentiâ ſuorum improborum ſermonum domicilium in principum virorum auribus collocârunt, plerumque efficiunt, ut boni monitores excludantur.

Aliquando nimia eſt conſtantia cupiditas.

Iis ignoſcendum, qui noſtræ ſaluti ſuam anteponunt.

Debemus meritorum ſemper meminiſſe, injuriarum oblivisci.

Hoc ita fit, ut viri fortes, etiamſi ferro cominùs decertârint, tamen illud contentionis odium ſimul cum ipſa pugna armiſque ponant.

Habet hoc virtus, ut viros fortes ſpecies ejus & pulchritudo etiam in hoſte delectet.

Plerumque Ducum ſcelera in ipſos milites expiantur.

Avaritia criminibus infinitis implicata eſt.

Injuſtum eſt, creditorem ſuis debitoribus addicere.

Levius eſt bonis exhauriri, quàm libidinum contumelias & turpitudines ſubire.

Non poteſt vi & metu extortum, honorarium nominari.

Avari acceptam ſemel & devoratam pecuniam evomere non poſſunt.

Ju-

Judicare debent, quos lex ipſa, non quos hominum libido delegerit.

Nullam pœnam habet id, quod accidere innocenti, quod forti, quod ſapienti, quod bono viro, & civi poteſt.

Non in eo, cui fit injuria, ſed in ijs, qui faciunt, ſceleris ac conſcientiæ pœna remanet.

Qui nocentem abſolvunt, pari ſcelere ſe adſtringunt.

Non eventis, ſed factis cujúsque virtus ponderanda eſt.

Vir ſceleratus ſeipſum odit, metuit omnes.

Viri ſcelerati, ſuâque conſcientiâ oppreſſi, quidquid increpuerit, pertimeſcunt.

ORA-

ORATIO PRO TIT. ANNIO MILONE.

ARGUMENTUM.

T. Annius Milo, & P. Plautius Hypſæus, & Q. Metellus Scipio ſimul Candidati erant pro Conſulatu; eodémque anno Clodius Præturam petebat; qui Clodius Milonis inimicus, præturam ſuam valdè debilem futuram intelligebat, ſi inter Candidatos prævaleret Milo, & Conſulatum obtineret. Alia quoque inimicitiæ cauſa erat Milonem inter & Clodium, quòd nempe Milo Ciceronis amiciſſimus: Contrà Clodius Ciceroni ab exilio reſtituto erat infeſtiſſimus. Itaque Clodius ſummè ſtudebat Hypſæo, & Scipioni contra Milonem, multaq́

fa-

factiones ab utroque concitatæ ſunt in urbe, quibuſcum ſæpè inter ſe armatis etiam manibus depugnârant. Interim trahebantur Comitia Conſularia, perficique ob contentiones Candidatorum non poterant. Menſis Ianuarius inierat, nec deſignati erant Conſules, nec Prætores. Dum res in ancipiti eſt, Milo Lanuvium, ex quo municipio erat, atque ibi tum Dictator, iter inſtituit, ut novum ibi Flaminem proderet, ſive crearet. Occurrit ei in via Clodius, ut Cicero probat, ſtruens inſidias propè fundum ſuum, nec longè ab eo loco, ubi Bonæ Deæ ſacellum eſt, paulò ultrà Bovillas, quod oppidum in Latio erat haud procul ab urbe Roma, viâ, quæ Ariciam ducebat. Rixæ primùm commiſſæ ſunt inter utriusque ſervos, quos Clodius habebat ferè expeditos triginta, Milo multò plures; hic autem vehebatur rhedâ cum uxore & ancillis, Clodius equo. Accidit, ut Clodius in illo tumultu vulneraretur, atque ad curandum corpus deferretur in tabernam Bovillano proximam. Milo,, ut cognovit vulneratum Clodium, ratus ſe faciliùs de cæde, quàm de vulnere, Clodio ſuperſtite, abſolutum iri, immiſſo famulitio exturbari tabernam juſſit; atque ita Clodius latens extractus eſt, multisque vul-

neri-

neribus confectus. Cadaver ejus in via relictum, poſteà ante primam noctis horam lecticâ Romam perlatum, ad quod infima plebis, & ſervorum maxima multitudo magno luctu accurrit, uxore Clodij Fulvia cum effuſa lamentatione vulnera ejus palàm oſtendente. Altera die, prima luce, major multitudo confluxit, quin & Sexto Clodio auctore in foro atque in roſtris poſitum cadaver, primùm denudatis vulneribus toti populo exhibitum ad commiſerationem, tùm & illatum curiæ, ibidem concrematum eſt, ſubſellijs, & tribunalibus, & menſis, & codicibus librariorum flammæ ſubjectis, quo igne ipſa quoque curia flagravit, & item Porcia baſilica, quæ erat ei juncta, ambuſta eſt, bonis æquè ac malis tanto tumultui, damnóque graviter indignantibus, ita ut dubium eſſet, an magis exacerbaretur populus ob occiſum Clodium, an ob curiam incenſam. Ea occaſione uſus, & invidiâ, in quam adverſarij ſui inciderant, recreatus Milo, quem opinio fuerat iviſſe in voluntarium exilium, nocte illa, quâ incenſa erat curia, Romam redit, & nihilo deteriùs conſulatum petit, apertè quoque largitiones in populum facit ad defendendos de ſe rumores. Necdum propter ejusmodi tumultus Co-

mitia Conſularia erant abſoluta, ſed cùm alii ex aliis interreges fierent, ſenatusconſultum factum eſt, ut Cn. Pompejus delectus totâ Italiâ haberet, viderétque, nequid Reſpublica detrimenti caperet. Poſteà, quando hic factus eſt Conſul, & quidem ſine Collega, accuſârunt Milonem de vi, juxta novam Pompeij legem, duo Appij Claudij, C. Claudij, qui Clodij frater erat, filij, ijdem, qui paulò antè familiam Milonis jam accuſaverant. Peroravit autem ſolus Appius Major, & M. Antonius, & P. Valerius Nepos. Reſpondit ejs Cicerò, non eâ, quâ ſolitus erat, conſtantiâ, Clodianorum clamore deterritus. Excepta eſt illa oratio, quæ hodìe non exſtat; ſcripſit verò hanc ita dilìgenter, ut jure prima habere poſſit. Quintilianus pulcherrimam & nobiliſſimam appellat. Imò ſcribit Hermolaus, cùm quidam Miloni hanc Ciceronis orationem Maſſiliæ, quò Milo exceſſerat damnatus ad exilium, recitâſſet, tum eum dixiſſe: O M. Tulli, ſi ſic dixiſſes, non ederet Maſſiliæ barbatos piſces Milo. Cæterùm cauſam damnationi ipſe Milo præbuit, qui huic de ſe judicio magno animo affuit, & nec comam, nec veſtem reorum more mutavit, quam ob cauſam judices non parùm in ſe commovit.

Cauſa

Cauſa genus eſt judiciale: Quæſtio qualitatis: An jure Milo occiderit Clodium?

Dicta cauſa, Quæſitore L. Domitio Ænobarbo, Præſente Pompejo & ad ærarium in foro conſidente cum armatis militibus. A. V. C. 701.

Diviſio Orationis.

EXORDIUM & REFUTATIO PRÆJUDICIORUM. Est ab adjunctis, militibus nempe in foro collocatis, quos ſuæ cauſæ (ut metum tegat) favere profitetur, hortatúrque judices, ut magno animo ſint. Mox præjudicia quædam refutat, quibus Milo jam videbatur condemnatus à Senatu, à Pompejo, & à populo. 1. Pompejus novam legem condiderat, quâ non obſcurè tangi videbatur Milo. 2. Senatus judicaverat, vim eſſe factam contra rempublicam. 3. Populus negabat abſolvi poſſe illum, qui hominem à ſe occiſum fateretur. Reddit Judicem benevolum, miſericordem erga ſe & Milonem, infenſum adverſariis, attentum & docilem.

PROPOSITIO, & CONSTITUTIO CAUSÆ. Jure, & cum laude Milo occidit Clodium. 1 Quia Clodius fuit inſidiator Milonis. 2. Quia Clodius fuit ſceleratus vir, & pernicioſus Reipublicæ.

NARRATIO. Luce clariores ſunt inſidiæ Clodii; à propoſito ejus fine, & ſuſcepto itinere, à loco pugnæ, cæteríſque adjunctis.

CONFIRMATIO.

Duas habet partes:

Prima. Jure interfecit Clodium Milo, à quo ſibi videbat inſidias & necem ſtrui. Nam Clodius inſidias Miloni ſtruxit: non Milo ipſi, qui neque inſidiandi voluntatem habuit, neque facultatem: Quippe nulla utilitate, neque odio, neque indole ad vim comparata, fuit impulſus ad necem Clodii, cùm Clodius iſtas omnes cauſas habuerit, ac præterea ſpem impunitatis. Denique ipſe palàm jactavit, Milonem brevi periturum. Deinde Clodius magnam habuit facultatem ſtruendi inſidias, Milo nullam. Reſpondet tribus capitibus ad ea, quæ objici poterant, ac demùm concludit.

Secunda pars ex abundanti: Milo cum laude interfecit Clodium: Ergo eſt abſolvendus, imò donandus præmio. Clodius fuit homo ſceleratiſſimus, peſtis reipublicæ. Ejus ſcelera enumerat. Amplificat odium, quo illum populus proſequebatur, adeò ut excitare ab inferis Clodium nemo, ſi fas, velit. Exemplis Græcorum complexionem exornat, ac demum divinæ Providentiæ caſum illum ſalutarem reipublicæ aſſignat.

PERORATIO.

Ad captandam miſericordiam comparatur 1. à perſona Milonis, quem eò veniâ digniorem eſſe dicit, quò minùs eam implorat. 2. à perſona ſua propria. 3. à perſona exterarum gentium, quæ Milonem tantum virum libenter excipient, ſi fuerit expulſus &c.

PRÆFATIO NICOLAI ABRAM S. J. IN ORATIONEM PRO MILONE.

Sic me eloquentia Ciceronis afficit, ſic me non delectat ſolùm, ſed etiam ſine ſatietate delectat, ut quamcunque ex ejus orationibus poſtremam in manus ſumpſero, ea cæteris, ut mihi tum videtur, omnibus antecellat, & quò frequentiùs teritur, eò fragrantiorem, ſuccini inſtar, odoris ſuavitatem exhalet. Tanta eſt ubique vel argumentorum ſubtilitas, vel amœnitas dictionis, vel rerum ſententiarúmque majeſtas. Tamen ita me præ cæteris Miloniana demulcet, & propemodùm effaſcinat, ut qui hanc nobiliſſimam cum Fabio, primam omnium cum Aſconio, cum aliis perfectam orationis ideam, & exemplar omnibus eloquentiæ numeris abſolutum; ipſámque adeò ſuadæ medullam appellant, plus penè, quàm poſſunt, minùs quàm debent, dicere videantur. Quàm enim tota ex arte? Quanta diſſimulatione artis? Quod telum priore Confirmationis parte ſubtilius? Quod fulmen poſteriore vibratius? Quid ſublimius peroratione? Ubi frequentiùs in amplificationibus exarſit? Ubi graviores intexuit, uberioréſque ſententias? Quan-

do felicius aſſurgit, demittitur, hilareſcit, fulgurat, tonat, fulminat, perrumpit, blanditur, ſedat, inflammat, in omnes motus dicendique formas orationem effingit? Modò quadam verborum tenuitate limatus, modò concinnitate feſtivus, modò ſqualore, ſitúque vetuſtatis horridús, & ipsâ quaſi negligentiá venerabilis. Solicitum exordium, *narratio callida, confirmatio fortis, peroratio luctuoſa, omnes denique partes ſit ad omnis eloquentiæ ſpecimen expolitæ, ut qui hanc unam orationem legerit, is neque ſplendorem Æſchinis, neque Lyſiæ puritatem, nec ſuavitatem Iſocratis, nec vim Demoſthenis, nec* Periclis *fulmina deſideret. Adeò maximus* Orator, *quidquid ab omnis & ingenii & eruditionis Antiſtite naturâ felix, diuturnus uſus, doctrina ſingularis, odium* Clodii, *Milonis amor è pectore tot amici beneficiis obligato, tot inimici maleficiis exulcerato depromere potuit; id in hanc orationem profudit univerſum.*

ORA-

ORATIO.

ETſi vereor, Judices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere: minimèque deceat, cùm T. Annius Milo ipſe magis de Reipublicæ ſalute, quàm de ſua perturbetur, me ad ejus cauſſam parem animi magnitudinẽ afferre non poſſe: tamen hæc novi judicii nova forma terret oculos, qui, quocunque inciderint, veterem conſuetudinẽ fori, & priſtinum morem judiciorum requirunt. Non enim coronâ conſeſſus veſter cinctus eſt, ut ſole-

I. EXORD. *Ab adjunctis judicii & perſonarum.* *Periodicè.* *Traductio.*

Novi judicii nova &c. Extraordinarium hoc judicium erat & novum, quia primùm antè Pompejus novam tulerat legem de vi, quâ, ut refert Aſconius, cædem à Milone in Appia via factam comprehendit. In hac lege novum etiã aliquid erat circa teſtes, circa tempus reo, & accuſatori præfixum; nova forma erat, ob præſidium militum, & excubias novas in foro poſitas; novum erat, quòd quæſierit, & præſes judicii non fuerit de more Prætor, ſed Conſularis, L. Domitius Ahenobarbus, ſuffragiis populi creatus, ut in nova lege ſcriptum erat.

Requirunt: Scripſerunt alii, *minimè vident*: & ſynonyma ſunt; oculi enim requirunt, quod non vident, quod deeſſe ſentiunt.

Non enim coronâ: Moris erat

ſolebat: non uſitatâ frequentiâ ſtipati ſumus. Nam illa præſidia, quæ pro templis omnibus cernitis, etſi contra vim collocata ſunt, non afferunt tamē oratori aliquid, ut in foro & in judicio (quanquā præſidiis ſalutaribus & neceſſariis ſepti ſumus) tamen ne non timere quidē ſine aliquo timore poſſimus. Quæ ſi oppoſita Miloni putarem: cederem tempori, judices, nec inter tantam vim armorum exiſtimarem

Metum ſuum fatetur.

Metum iterum à ſe removet.

erat aliàs, ut cives & populus addenſatus ſtaret proxime ad ſubſellia judicū; cùm autem pridie in hoc ipſo judicio à Marcello teſtes interrogarentur, tantus in populo à Clodianis factus eſt tumultus, ut Marcellus vim ultimam timens, à Domitio in tribunal recipi debuerit. Itaque poſtero die ad hanc orationem habendam Pompejus, ut Domitio promiſerat, adfuit cum præſidio militari, nec cives admiſſi ſunt ad ſubſellia judicum. *Corona* pro conventu hominum circumſtante.

Pro templis: Ante templa foro vicina, templum Caſtoris, templum Saturni, ubi ærarium &c.

Contra vim: Ne Clodiani vim faciant.

Non afferunt tamen: Non tamen efficiunt, ut orator in hoc foro ac judicio, *non timere*, id eſt, fiduciam habere *certam & ſine aliquo timore*, poſſit. Id eſt, non poſſum in foro hoc omnē metum abjicere, quin aliquis maneat, quamvis militare præſidium ad noſtram ſalutem hic collocatum ſit.

Oppoſita Miloni: Diſſimulat orator, ne Pompejum offendat; paulatim autem ad excutiendum judicibus timorem ſe accingit.

Cederem Tempori: Temporis iniquitati nobis maligno, ceſſarem à defenſione.

Sed

rem Oratori locũ eſſe. Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij, ſapientiſſimi & juſtiſſimi viri conſilium: qui profectò nec juſtitiæ ſuæ putaret eſſe, quẽ reum ſententiis judicum tradidiſſet, eundem telis militum dedere; nec ſapientiæ, temeritatem concitatæ multitudinis authoritate publica armare. Quãobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, ſed præſidium

Diſtributio. *Captat benevolentiam Pompeij.* *Enumeratio partium.* *Antitheſis.*

Sed me recreat: Inde ſe ad bene ſperandum acuit, unde magna metûs cauſa erat. Re-ipſa enim Pompejus Miloni non adeò æquus erat, imò hũc timebat quàm maximè, adeóque contra Milonem etiam ſe præſidio muniebat. Ita Aſconius: *Timebat Pompejus Milonem, ſeu timere ſimulabat, & plerumque non domi ſuæ, ſed in hortis manebat &c. circa quos etiam magna manus militum excubabat.* Et eam ob rem opinio nonnullorum erat, illa præſidia in foro non pro Milone, ſed contra eum fuiſſe collocata. Hanc opinionem conatur Cicero Judicibus evellere, eámque ipſe cautè diſſimulat.

Sententiis judicum: Ut liberè poſſint de eo judicare.

Concitatæ multitudinis: Nam Munatius Plancus Tribunus plebis ad ſeditionem concitaverat populum, & eũ pridie pro concione adhortatus eſt, ut poſtero die frequens adeſſet & elabi Milonem non pateretur; judiciúmque & dolorem ſuum oſtenderet.

Authoritate publica: nam Pompeius conſulatum gerebat, atque ipſi commiſſum erat, *ut videret, nequid reſpublica detrimenti caperet.*

Arma, centuriones &c. Poſtquam dixit *arma*, ſufficere id potuiſſet tyroni; ſed partes enumerat, *centuriones, cohortes*, tum & in ſequentibus idem alio modo inculcat per ſynonyma, per amplificationem verbalem.

dium denuntiant: neque ſolùm ut quieto, ſed etiam, ut magno animo ſimus, hortantur: neque auxilium modò defenſioni meæ, verùm etiam ſilentium pollicentur. Reliqua verò multitudo, quæ quidem eſt civium, tota noſtra eſt: neque eorum quiſquam, quos undique intuentes, unde aliqua pars fori aſpici poteſt, & hujus exitum judicii videtis expectantes, non cùm virtuti Milonis favet, tum de ſe, de liberis ſuis, de patria, de fortunis hodierno die

Repetitio. *Inciſa.* *Attentos facit.*

Ut quieto: Non ſolùm nos hortantur, ut nihil timeamus ſed etiam, ut plurimùm audeamus. Hæc omnia Cicero ad diſſimulandum metum, quo reipſa tenebatur; nam Plutarchus ſic habet: *Tunc igitur ad cauſam Milonis e lectica procedens, intuitus Pompeium in loco ſuperiore, tanquam in caſtris ſedentem, & toto foro arma in orbem ſplendentia, graviter animo commotus, & toto corpore jactatus vix orationem ſuam exorſus eſt.*

Reliqua multitudo: Poſtquã oſtendit milites in præſidium Milonis adeſſe, credi nunc vult cives, & reliquam multitudinem inermem non ſolùm Miloni favere, ſed etiam ſic eſſe ſolicitos, ut putent Milonis abſolutione ſuam quoque, ſuorum, reiq; publicæ ſalutem contineri, *quæ quidem eſt civium*: reliqui omnes, inquit, ſunt cives &c. nam Miloni contrarii, & qui Clodiani ſunt, ſunt vel ſervi, vel peregrini &c.

Neque eorum quiſquam: Omnes, quotquot videre eſt eminùs ſtantes, & ſolaria, feneſtras, tecta toto foro paſſim occupantes (nam ob milites ad conſeſſum judicũ propiùs accedere non poterant) omnes Milonem abſolvi exoptant ob virtutem, & putant, ſuam, liberorum, & reipublicæ ſalutem è Milonis abſolutione pendere.

Unum

die decertari putat. Unum genus eſt adverſum, infeſtúmque nobis eorum, quos P. Clodii furor rapinis & incendiis, & omnibus exitiis publicis pavit: qui heſterna etiam concione incitati ſunt, ut vobis voce præirent, quid judicaretis. Quorum clamor, ſiqui fortè fuerit, admonere vos debebit, ut eum civem retineatis, qui ſemper genus illud hominum, clamoréſque maximos pro veſtra ſalute neglexit. Quamobrem adeſte animis, judices, & timorem

2. *Ab adverſariorum perſona.*

Hortatur judices à perſona Milonis & ſua.

Unum genus: Illi nobis adverſarii ſunt, qui cum Clodio ex aliorum hominum damno & exitio ſuum pabulum quæſiêre.

Heſterna concione: In qua Munatius concitaverat populum, ut ſuprà dictum.

Voce præirent: Ut ſuo clamore vobis ſignificarét, quã damnationis ſententiam ferre debeatis.

Quorum clamor: Si illi Clodiani exclamaverint, tumultum fecerint, ut ſæpè in concionibus fieri ſolebat &c. *ſiqui*, id eſt, *ſiquis*. Ita Cicero alibi non rarò.

Admonere: Iſte clamor vos Judices excitet potiùs ad abſolvendum Milonem; nam Milo propter vos & propter rempublicam ſæpè ejusmodi clamores tumultuantis populi inſuper habuit, quando ipſe è roſtris dixit.

Adeſte animis: Facite, magno animo ſitis, & animos varia cogitatione diſtractos, diverſáque pericula circumſpicientes colligite, & ad unam cauſæ conſiderationem revocate, hòc eſt enim *adeſſe*, animum ad cauſam advertere, quòd eorum qui metuunt, animus non ſit in pectore, ſed in ipſis rebus, quæ vel timentur, vel amantur. Hinc etiam in Sacrificiis præco monebat: *Hoc agite*: *Adeſte animis*:

Repetitio. rem, ſi quem habetis, deponite. Nam ſi unquam de bonis & fortibus viris, ſi unquam de bene meritis civibus poteſtas vobis judicandi fuit: ſi denique unquam locus ampliſſimorum ordinum delectis viris datus eſt, ubi ſua ſtudia erga fortes & bonos cives, quæ vultu & verbis ſæpè ſignificâſſent, re & ſententiis declararent: hoc profectò tempore eam poteſtatem omnem vos habetis, ut ſtatuatis utrùm nos, qui ſemper veſtræ auctoritati dediti fuimus, ſemper miſeri lugeamus: an diu vexati à perditiſſimis civibus, aliquando per vos ac veſtram fidem, virtutem, ſapientiámq; recreemur. Quid enim

A perſona judicum.

Benevolentiam & miſericordiam aucupatur.

non-

Nam ſi unquam. Occaſionem nacti eſtis diu à vobis expetitam ſtudii veſtri erga fortes & bene meritos declarandi, ergo non eſt negligenda.

Locus. Tempus, occaſio.

Delectis viris. Delecti ſunt judices ex tribus ordinibus, Senatorio, Equeſtri, & tribunis ærarii. Sederunt autem in hoc judicio unus & quinquaginta, qui ſuffragia dederunt.

Re & ſententiis. Ipſo facto, & bonorum civium abſolutione.

Utrum nos: Cauſam ſuam à Milonis cauſa non ſeiungit, ſuámque ſalutem putat ipſius ſalute contineri, ex quo majorem quoque auctoritatem orationi conciliat, cùm tam illuſtria eſſent Ciceronis in rempublicam merita.

Semper veſtræ: Oſtendit ſe & Milonem ſemper optimatum auctoritati deditum fuiſſe, & furori popularium obſtitiſſe.

Quid enim: Probat & ſe, & Milonem à perditiſſimis civibus fuiſſe vexatum, quis

enim

nobis duobus, judices, laborioſius? quid magis ſolicitum, magis exercitum dici, aut fingi poteſt? qui ſpe ampliſſimorum præmiorum ad rempublicam adducti, metu crudeliſſimorũ ſuppliciorum carere non poſſumus? Equidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum ſemper putavi Miloni eſſe ſubeundas, quòd ſemper pro bonis contra improbos ſenſerat: in judicio verò, & in eo conſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliſſimi viri judicarent, nunquam exiſtimavi ſpem ullam eſſe habituros Milonis inimicos ad ejus nõ ſalutem modò exſtinguendam, ſed etiã gloriam per tales viros infringendam. *Interrogatio Oratoria.* *Antitheta. Simil. cad.* *Allegoria.* *Invidiam in adverſarios concitat.* *Simil. deſin.*

Quan-

enim majoribus laboribus periculiſque exercitus & vexatus eſt, quàm ego, qui à perditis civibus ejectus è civitate, & Milo, qui ſpe præmiorum & munerum à republica pro reipublicæ bono accipiendorum, Clodio ſe inimicum præbuit, & ne ab ipſo jugularetur, ſummum periculum habuit.

Equidem cæteras tempeſtates. Putabam (neque mirabar) Miloni moleſtias & pericula imminere in illis duntaxat concionum fluctibus, in motibus & turbis popularibus, quæ excitantur contra eos, qui ſeditioſis & turbulentis civibus volunt obſiſtere, at nunquam putabã poſſe ſperare adverſarios, ſe per judices, viros videlicet optimos perniciem optimo civi creaturos. *In illis &c.* In quibus nempe, uti conſtabat judicibus, nuper Milo fuit impetitus.

Per tales viros. Per judices ex cunctis ordinibus delectos.

Quan-

Correctio. Quanquam in hac cauſſa, judices, T. Annii tribunatu, rebúſque omnibus pro ſalute reipublicæ geſtis, ad hujus criminis defenſionem non abutemur,

PROPOSITIO & *diviſio orationis.* niſi oculis videritis inſidias Miloni à Clodio eſſe factas: nec deprecaturi ſumus, ut crimen hoc nobis multa propter præclara in rempublicam merita condonetis: nec poſtulaturi, ut ſi mors P. Clodii ſalus veſtra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis potiùs, quàm populi Romani felicitati aſſignetis. Sin illius

Quanquam in hac cauſſa. Orator, ut accuſationis indignitatem augeret, beneficiorum Milonis in rempublicam mentionem fecerat, indignúmque oſtenderat eſſe, ut is in judicio periclitaretur, qui ſemper judicum auctoritatem contra ſeditioſos defenderat; ne igitur quiſquam putaret Tullium de juſtitia cauſſæ deſperantem ad deprecationem confugere, per Correctionem oratoriam ad propoſitionẽ delabitur, in qua cauſſæ fiduciam oſtendit.

Tribunatu &c. Rebus in tribunatu geſtis, in quo plurima egit contra Clodium reipublicæ perniciem machinantem.

Non abutemur. Non utemur præpoſterè hac meritorum cõmendatione ad depellendam accuſationem. Si etiam beneficii loco habere debet populus occiſum eſſe Clodium, patiar id adſcribi Diis, qui populi Romani felicitatem curant, & ipſi populo, non Miloni. *Abutemur* pro *utemur*, compoſitum pro ſimplici, *abuti* etiam in bonam interdum partem uſurpatur.

Niſi oculis videritis: Hæc eſt orationis diviſio, quâ ſtatum quæſtionis infrà accuratiùs exprimendum breviter, & primis veluti lineamentis informat, & indicat, quam rationem in dicendo ſit initurus. Poſt exordium ſubjungit

illius inſidiæ clariores hac luce fuerint, tum denique obſecrabo, obteſtabórque vos, judices, ſi cætera amiſimus, hoc ſaltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia teliſque vitã ut impunè liceat defendere. Sed, antequam ad eam orationem venio, quæ eſt propria noſtræ quæſtionis, videntur ea eſſe refutanda, quæ & in ſenatu ab inimicis ſæpè jactata ſunt, & in concione ſæpè ab improbis, & paullò antè ab accuſatoribus: ut omni errore ſublato, rem planè, quæ venit in judicium,

Hyperbole.

3. REFUTATIO PRÆJUDICIORUM. *Polyſyndeton.*

jungit ſtatim refutationem præjudiciorum.

Clariores hac luce. Per hyperbolem, ſuam fiduciam oſtendit; ſi id argumentis effecero, ut clariùs inſidias à Clodio contra Milonem poſitas fuiſſe videatis, quàm ſolem videtis meridie lucere. Suprà: *niſi oculis videritis*, nempe corporeis, rei veritatem.

Si cætera amiſimus. Si illos virtutis fructus amiſimus, ſi honores & præmia illa ampliſſima, quorum ſpe ad rempublicã adducti ſumus.

Ut relinquatur &c. Adverte verborum ſitum: quantum enim gratiæ deperiret, ſi unicam particulam *ut* bis repetitam aliter collocaret.

Propria noſtræ quæſtionis. Quæſtio eſt judicium publicum: quoniam in eo reus in judicium vocatus, nocens ſit, an innocens, quæritur: vulgus dixiſſet antequã veniam ad punctum principale, de quo vos judicare debetis. Hæc, quæ modò refutaturus eſt Cicero, non ſunt propria huic quæſtioni. Propria enim quæſtio eſt: *An Jure Milo occiderit Clodium?* Et hæc eſt *quæſtio qualitatis.* Adverſarii volebant rem ad quæſtionem facti, ſive conjecturalẽ deducere: *An Milo occiderit Clodium?* Quapro-

1\. *Præjudicium.* cium, videre poſſitis. Negant intueri lucem eſſe fas ei, qui à ſe hominem occiſum eſſe fateatur. In qua tandē *Refellitur inductione exemplorum.* urbe hoc homines ſtultiſſimi diſputāt? nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii, fortiſſimi viri: qui nondum libera civitate, tamē populi Romani comitiis liberatus eſt, cùm ſua manu ſororem interfectā eſſe fateretur. An eſt quisquam, qui hoc

propoſitione putabant Milonem certò condemnandum facta hac ſuppoſitione: quicunque alterum occidit, dānandus eſt. Suppoſitionem illam primò evertit Cicero, ut ad quæſtionem qualitatis, *an Jure occiderit*, deveniat.

Intueri lucem. Vivere. Primum præjudicium contra Milonem: Non eſt tolerandus in vita, qui alterum vitâ exturbavit. Ita judicant omnes, dicunt adverſarii. Commune hoc judicium populi, eſt *præjudicium* ad cauſſam Milonis.

In qua tandem urbe. Refutat hoc ſyllogismo: *Stultiſſimi ſunt, qui aliquid aſſerunt contrarium moribus civitatis: Sed hoc præjudicium eſt contrarium moribus civitatis &c.* Minor probatur inductione.

Primum judicium. Primum hoc judicium erat, quod vidit Roma de homine, qui privatus alium occiderat; nam ante Horatios, id eſt, Tulli Hoſtilii regnum, nondū erat populo conceſſum, ut comitijs de civis capite judicaret; anteà Romulus partim ipſe, partim alii cauſas dirimebant.

M. Horatii. Hic, cùm in duello Curiatios tres occidiſſet, ſororem, quæ unius ſibi deſponſati Curiatii mortem lugebat, ſua manu interfecit; citavêre leges nefas, inquit Florus, ſed abſolvit virtus Parricidam. Citatus in judicium Horatius, ob virtutem fuit abſolutus.

Nondum libera civitate. Tum enim adhuc Reges habebat

hoc ignoret, cùm de homine occiſo quæratur, aut negari ſolere omninò eſſe factum: aut rectè ac jure factum eſſe defendi? Niſi verò exiſtimatis, dementem P. Africanum fuiſſe, qui cùm à C. Carbone, tribuno plebis, in cõcione ſeditioſè interrogaretur, quid de T. Gracchi morte ſentiret, reſpondit, jure cæſum videri. Neque enim poſſet aut Ahala ille Servilius, aut P. Na-

Formula Ironiæ.

Ennumeratio.

bebat Roma, nec erat reſpublica libera, & valuit tamen judicium populi.

Niſi verò. Probat P. Cornelii Scipionis Æmiliani, ejus qui Carthaginem Numantiámque delevit, auctoritate. Cùm enim Tiberius Gracchus multis diſcordiis ob leges agrarias concitatis auctore P. Cornelio Naſica in Capitolio ab optimatibus occiſus eſſet, pronuntiavit P. Africanus Tiberium Gracchum jure cæſum videri. Flor. l. 3. c. 13.

A C. Carbone. C. Carbo tribunus plebis cum populo indignè ferens, Tiberium Gracchum ſibi faventẽ eſſe occiſum, in concione egit de hac re, & interrogavit Africanum *ſeditioſe*, id eſt, eo conſilio, ut ſi jure cæſum reſponderet Africanus, populi indignationem in ſeipſum accenderet: ſin Africanus pro ſe ediceret, & injuſtè cæſum affirmaret, plebs commoveretur in optimates, qui cædem fecerunt.

Jure cæſum videri. *Videtur jure vel injuriâ factum*, formula erat in judiciis Romanorum uſitata, ut diximus in Piſonem.

Neque enim. Multis exemplis conglobatis probat indemnatos cives nonnunquam interfici.

Ahala ille Servilius. Epitome Liviana l. 4. *Cùm fame populus Romanus laboraret, Spurius Melius Eques Romanus frumentum populo ſuâ impenſâ largitus eſt, & ob id factum conciliata ſibi plebe, regnum affectans à C. Servilio*

Aha-

Repetitio. P. Naſica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut, me conſule, Senatus non nefarius haberi, ſi ſceleratos cives interfici nefas eſſet. Itaque hoc, judices, *A fabulis.* non ſine cauſa etiam fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt, eum, qui patris ulciſcendi causâ matrem necaviſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolùm humanâ, ſed etiam

---

Ab ala Magiſtro equitum occiſus eſt.

P. Naſica. Qui Tiberium Gracchum occiderat, aut ſaltem auctor & hortator fuit, ut occideretur.

L. Opimius. Hic Cajum Gracchum Tiberii Gracchi fratrem novas diſcordias excitantem juſſit interfici.

C. Marius. Qui Conſul cives ad arma convocavit, quibus Apulejus tribunus plebis cum Glaucia prætore oppreſſus eſt.

Me Conſule ſenatus: Qui decrevit, ut Lentulo, Cethego, & aliis cum Catilina cõjuratis fauces in carcere frangerentur: hi omnes non poſſent non nefarii haberi &c.

Fictis fabulis. Probatur auctoritate veterum Poëtarum, qui nunquam Oreſtem de matris cæde confitentem Palladis ipſius calculo abſolutum fuiſſe finxiſſent, niſi aliquando hominem jure occidi poſſe cenſuiſſent. Firmum eſt hoc argumentum, quamvis à fabula ductum, quia vim habet non à re geſta, ſed à ſapientiſſimorum hominum ſenſu, qui iſta fabulis prodiderunt. Ideo inquit; *doctiſſimi homines*, Poëtæ, qui omnis doctrinæ patres à Platone nuncupantur.

Eum. Oreſtem, qui patris Agamemnonis, quem Clytæmneſtra ipſius conjux è Trojana expeditione redeuntem occidit, ulciſcendi cauſâ, ipſam Clytæmneſtram quoque occidit.

Variatis hominum ſententiis. Sexdecim Areopagitæ, ut Æſchylus narrat in Eumenidibus

etiam ſapientiſſimæ Deæ ſententiâ liberatum. Quòdſi duodecim tabulæ nocturnum furem quoquomodo; diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt: quis eſt, qui quoquo modo quis interfectus ſit, puniendū putet, cùm videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus? Atqui ſi tempus eſt ullum jure hominis necandi, quæ multa ſunt, certè illud eſt non modò juſtum, verùm etiam neceſ-

Argumentum à tabulis.

Maior.

Minor.

4.

nidibus [illegible]abant Oreſtē, cujus cauſa ad ipſos delata; quindecim abſolvebāt; ergo Judices erāt triginta & unus. Judicio illorum quindecim qui abſolvebant, acceſſu Deæ ſapientiſſima Minerva, quæ ſuo calculo effecit, ut abſolventes ſententiæ cum damnantibus æquarentur, atque ita liberaretur Oreſtes. Si quidē illa judiciorum conſuetudo fuit, ut ſi æquales eſſent utrimque ſententiæ, præponderarent eæ, quæ reum abſolvebant; & ſic *humanâ ſententiâ* ſimul abſolutus eſt, & ſententiâ *Deæ Minervæ*; hæc enim per ſapientiſſimam intelligitur.

Duodecim tabulæ. Leges à Decemviris perlatæ & in XII. tabulis æreis inciſæ, de quarum origine dictum parte 2. §. 478. *Tabulas* vocare placuit exemplo Athenienſium, qui Solonis leges tabulis ligneis inciſas ita ſimpliciter vocârunt. Romanorum hæ leges in æs inciſæ proſtabant ad Curiam Hoſtiliam, & poſt varia urbis incendia manſerunt tamen uſque ad tempora Septimii Severi Imp.

Nocturnum furem. Hanc legem explicat Gellius: *Furem inquit, qui manifeſto furto prehenſus eſſet, tum demū occidi permiſerunt, ſi aut cùm faceret furtum, nox eſſet, aut interdiu ſe telo, cùm prehenderetur, defenderet.*

ceſſarium, cùm vi vis illata defenditur. Pudicitiā cùm eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus ejus imperatoris, interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat; facere enim probus adoleſcens periculoſè, quàm perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille vir ſummus ſcelere ſolutum periculo liberavit. Inſidiatori verò & latroni, quæ poteſt inferri injuſta nex? Quid comitatus noſtri, quid gladii volunt? quos habere certè non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret. Eſt igitur hæc, judices, non ſcripta, ſed nata lex:

Exemplum.

Synacioſis & Epiphonema.

A communi conſuetudine.

Pudicitiam. C. Marius Imp. militem abſolvit, qui Tribunum militarem occiderat ad ſuæ pudicitiæ defenſionem. Interſerit circumſtantias, quæ Marium ad pœnam irrogandā poterant impellere; quòd miles eſſet, qui ſuum tribunum occiderat; quòd propinquus eſſet imperatoris, qui occiſus eſt &c. Rem geſtam Plutarchus refert. Trebonius vocabatur miles, qui tribunum Luſium interfecit. *Accuſatus Trebonius factum non negavit, ſed facti cauſam demonſtravit. Quare Marius coronam ob res fortiter geſtas dari ſolitam adferri juſſit, ejúſque capiti circumdedit.*

Facere periculoſè. Maluit hac ratione periculum capitis ob patratam cædem ſibi accerſere, quàm per ſummam turpitudinem pati, ut labes ſuæ inferretur pudicitiæ.

Injuſta nex? Adverte numerum, qui aptè hîc monoſyllabo terminatur, quòd liquidiùs advertes, ſi ordinem verborum tantiſper inverteris.

Non ſcripta ſed &c. Mira hîc elegantia eſt, quam ipſe Cicero in exemplis adducit in oratore ad Brutum. *Concinnitas*

lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. Silent enim leges inter arma nec ſe exſpectari jubent, cùm ei, qui exſpectare velit, antè injuſta pœna luenda ſit, quàm juſta repetenda. Etſi perſapienter, & quodammodò tacitè dat lex ipſa poteſtatem defendendi; quæ

A jure naturæ.
Simil. cad. & deſinens.
Paria paribus relata et Antitheta.
Sententia.
Tranſitio.
Annominatio.
Antitheta.
Correctio.

cinnitas ineſt, quæ ſive caſus habent in exitu ſimiles, ſive paria paribus redduntur, ſive opponuntur contraria, ſuapte numeroſa ſunt, etiamſi nihil eſt factum de induſtria &c. quæ de genere illa noſtra ſunt in Miloniana: Eſt enim Judices hæc non ſcripta &c.

Non didicimus. Non eſt jus poſitivum, ut vocamus, quod diſcitur & accipitur à Magiſtris, legitur &c. ſed eſt jus naturale, lex innata omnibus & ex ipſius naturæ principiis hauſta.

Omnis honeſta. Ut omnis illa evadendi ratio probaretur, quæ nos poſſet ab interitu liberare.

Silent leges. Obſtrepentibus quodammodo armis, ut tubis & tympanis, non auditur lex.

Antè injuſta pœna. Antè ſit injuſtè ab inſidiatore vel aggreſſore necandus, quàm ſit effecturus, ut ille aggreſſor juſta morte plectatur.

Etſi perſapienter. Etſi quid dico leges ſilere inter arma? Cùm lex Cornelia de ſicariis quodammodo inter arma tacitè clamare videatur, licitum eſſe ſui defendendi causâ alterum occidere.

Cauſâ finalis. quæ non modò hominem occidi, ſ
eſſe cum telo hominis occidendi ca
vetat: ut cùm cauſa, non telum qu
reretur, qui ſui defendendi cauſâ te
eſſet uſus, non hominis occidendi ca
Concluſio. ſâ habuiſſe telum judicaretur. Q
propter hoc maneat in cauſſa, judic
Non enim dubito, quin probatu
ſim vobis defenſionem meam, ſi id n
mineritis, quod oblivìſci non poteſ
inſidiatorem jure interfici poſſe. S
quitur illud, quod à Milonis inimi
5. *Secundum præjudicium à judicio ſenatûs.* ſæpiſſimè dicitur: Cædem, in q
P. Clodius occiſus eſt, ſenatum ju
câſſe contra rempublicam eſſe facta
Illa

Non modò hominem &c. Non modò, *non præciſe, non ſolùm* ita jubet lex, vetitum eſſe quomodocunque occidere, ſed ita jubet, ut ne quis cum telo ſit hominis occidendi causâ, nempe eo conſilio, eo fine, ea deſtinatione, ut hominem occidat.

Ut cùm cauſa. Quandoquidem in hac lege continetur prohibitio propter causam, & ſic inſtituenda eſſet quæſtio; non, an geſſerit telum, ſed ob quam cauſam, quo fine geſſerit, inde judicari poſſet, legē non prohibere rem, ſed cauſam & finem, non telum, ſed ut ne tel uſurpetur alicujus homi occidendi causâ. Argum tum ſubtile eſt.

Quapropter, Concludit futationē primi præjudic

Quod oblivìſci &c. Q tam perſpicuum eſt ipſo mine naturali, ut obliv non poſſitis.

Sequitur illud. Secund præjudicium: Milo jam da natus eſt judicio ſenatûs.

Contra rempublicam. D bus modis ſenatus fact aliquod improbabat, ſi factum ipſum *contra re publicam* eſſe, vel eum

feciſſe

Illam verò Senatus non ſententiis ſuis ſolùm, ſed etiam ſtudiis comprobavit. Quoties enim eſt illa cauſa à nobis acta in ſenatu? quibus aſſenſionibus univerſi ordinis? quàm nec tacitis, nec occultis? quando enim frequentiſſimo Senatu quatuor, ad ſummum quinque ſunt inventi, qui Milonis cauſam non probarent? Declarant hujus ambuſti tri- *Interrogatio. Traductio. Alluſio.*

feciſſet, *in beſtium numero ducendum eſſe* decerneret. Prior formula verbis tenus levior erat. Negare quidem non potuit Cicero duo ſenatusconſulta de cauſa Milonis facta eſſe; unum: *Hanc cædem contra Rempubl. eſſe factam.* Alterum, *videret Pompejus, ne quid Reſpublica detrimenti caperet,* ut in Argumento dictum. Gravabant hæc ſine dubio Milonis cauſam, erántque præjudicia contra ipſum, ideò laborat ea evertere.

Comprobavit. Contendit Cicero cædem Clodii fuiſſe probatam à ſenatu, ſtante etiam illo ſenatusconſulto. Senatus enim tantùm judicavit, cædem talem fieri, & factam eſſe contra rempublicam, cum offenſione reipublicæ, ſi non probetur, fuiſſe Clodium inſidiatorē. Cùm autem Cicero doceret ſenatum, ſæpiùs de hac re agens, Clodium fuiſſe inſidiatorem Milonis, & idcircò occiſum à Milone, approbavit ſenatus cædē tali modo à Milone factam, ut in ſequentibus apparet. Studiis comprobavit, id eſt, animo etiam favente, non ſolùm ſententiis approbavit.

Declarant. Si Cauſſam Milonis ſenatus non probaret, non quereretur Munatius Plancus tribunus plebis, adverſarius Milonis, ſenatum, non quod ſentiret, ſed quod Cicero vellet, decernere. Ergo ſenatus non decrevit contra Milonem, potiùs pro Milone.

Ambuſti. Titi Munatii Planci Burſæ, qui curiam incendit, è cujus incendio vix effugit

tribuni plebis illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiã invidioſè criminabatur, cùm diceret, Senatum, non quod ſentiret, ſed quod ego vellem, decernere. Quæ quidem ſi potentia eſt appellanda potiùs, quàm propter magna in rempublicam merita mediocris in bonis cauſſis auctoritas, aut propter hos officioſos labores meos nonnulla apud bonos gratia: appelletur ita ſanè, dummodò eâ nos utamur pro ſalute bonorũ contra amen-

Definitio. *Conceſſio.* *Antitheta.*

effugit ſemivivus. *Ambuſtũ* appellat alludens partim ad incendium curiæ, tum per jocum ad illos *Ambuſtos*, qui quondam hoc nomine in republica floruerant.

Intermortuæ conciones. Futiles, inanes, nullius efficaciæ; quippe quæ recenti adhuc morte Clodii viguerint, nunc autem prorſus exoleverint atque abolitæ ſint. Tribuni autem iſti (nam & alter Pompejus Rufus operam conjunxerat) eodem die, quo corpus Clodii in curia crematũ fuerat, itémque pridie, quàm judicium de Milone haberetur, aliquoties ſuis concionibus populum in Milonẽ incitârant.

Invidioſè criminabatur. Dicebat me tam eſſe potentem in ſenatu, ut ſenatorum nemo contra me hiſcere auderet &c.

Si potentia &c. Non eſt hæc potentia, ſed auctoritas, neque ea magna, ſed mediocris, neque ea, quâ poſſim nocentes & conſceleratos à judiciorum laqueis eximere, ſed ea tantùm, quâ poſſim innocentibus opitulari, ne improborum calumniis opprimantur. Hujus tamen nominis invidiam nõ recuſo, dum poſſim prodeſſe quàmplurimis, & innocentibus ſubvenire.

Hanc

amentiam perditorum. Hanc verò quæſtionem, etſi non eſt iniqua, nunquam tamen Senatus conſtituendam putavit. Erant enim leges, erant quæſtiones vel de cæde, vel de vi: nec tantum mœrorem ac luctum Senatui mors P. Clodii afferebat, ut nova quæſtio conſtitueretur. Cujus enim de illo inceſto ſtupro judicium decernendi Senatui poteſtas eſſet erepta; de ejus

Ut repugnantibus probat.

Hanc quæſtionem Ut quæſtio hæc, hoc judicium fieret hoc modo, quo nunc fit &c. Extraordinarium judicium jam ſuprà appellavit, quia Pompeius novam legem tulerat. Fuiſſet enim hoc judicium de cæde Clodii ordinarii juris, & debuiſſet agitari coram prætore, cui in illum annum quæſtiones de vi obtigerant. Pompejus tulit (non ſenatus) de cæde Clodii extraordinario judicio quærendum ſive cognoſcendum eſſe ab extraordinario quæſitore Domitio.

Nunquam Senatus. Senatus hanc novam novi judicii formam ſua auctoritate non conſtituit, conſtituit autem Pompejus, de quo infrà dicet, cur fecerit.

Erant enim leges: jam antiquæ de hac re fuiſſent leges, ut Lex Cornelia de ſicariis &c. Lex Aquilia de cæde, Lex Plautia de vi publica. Quòd Pompejus novam legē de hac cæde Clodii tulerit, tertium eſt præjudicium, quod infrà refutabit.

Nec tantum mœrorem. Non ita deploravit ſenatus Clodium, ut in ejus occiſi gratiam conderet novam legē; Clodius ſenatui maximam intulerat injuriam tum, quando eripuit ſenatui poteſtatem de inceſto Clodii ſtupro judicium decernendi; ergo non eſt credibile, quòd Senatus multùm deploraverit mortem Clodii, & propterea novam legem tulerit.

De illo inceſto ſtupro.

 Quam

ejus interitu quis poteſt credere Senatum judicium novum conſtituendum putâſſe? Cur igitur incendium curiæ, oppugnationem ædium M. Lepidi, cædem hanc ipſam contra rempublicam Senatus factam eſſe decrevit? Quia nulla vis unquam eſt in libera civitate ſuſcepta inter cives non contra Rempublicam. Non enim eſt illa defenſio contra vim unquam optanda: ſed nonnunquam eſt neceſſaria. Niſi verò aut ille dies, in quo Tib. Gracchus eſt cæſus,

Occupatio.

Per interrogationem et reſponſionē.

Metonymia dies, pro re illa die acta.

Quando Clodius ſtuprum inferre parabat Pompejæ Cæſaris uxori. Hac de re ſenatus judiciū volebat inſtituere de violata religione; Clodius impedivit.

Cur igitur &c. Sibi ipſe objicit: cur igitur ſenatus decrevit, incendium curiæ &c. eſſe contra Rempublicam &c.

Incendium Curiæ. Cùm populus duce Sexto Clodio ſcriba corpus P. Clodii in curiam intuliſſet, & cremâſſet, ipſa quoque curia cœpit flagrare.

Ædium M. Lepidi. Dictum eſt in Argumento orationis, propter dilata comitia interreges fuiſſe creatos (erat autem Interregnum imperium per quinque duntaxat dies) fuit talis interrex M. Lepidus; cujus domus à Clodianis tum fuit obſeſſa & oppugnata.

Quia nulla vis. Decrevit tamen ſenatus, cædem eſſe factam contra republicā. Verum hoc: Sed quare, quo ſenſu? Num hoc eſt contra Milonem? Non ſolùm decrevit ſenatus, uti vim omnem, ita & hanc eſſe contra bonas leges civitatis, niſi probetur (ut ſuprà dictum) Milonem vim tantùm oppoſuiſſe inſidiatori ſuo, & vim vi repuliſſe. Res eſt in ſe mala, niſi cauſa finalis probetur fuiſſe bona.

Niſi verò. Reſpublica vulnus accepit, vulnerata eſt, con-

ſus, aut ille, quo Cajus, aut quo arma Saturnini, etiam ſi è Republica oppreſſa ſunt, Rempublicam tamen non vulnerârunt. Itaque ego ipſe decrevi, cùm cædem in Appia factam eſſe conſtaret, non eum, qui ſe defendiſſet, contra Rempublicam feciſſe: ſed cùm ineſſet in re vis & inſidiæ, crimen judicio reſervavi, rem notavi. Quòd ſi per furioſum illum tribunum Senatui, quod ſentiebat, perficere licuiſſet, no- *Metaphora.* 6.

contra rempublicã factum eſt, quando iſti & iſti fuerunt occiſi. Non tamen judicati ſunt illi contra Rempublicam feciſſe, qui occiderunt, quia juſta de cauſa occiderunt, ut patet in exemplis jam alibi declâratis.

Etiamſi è Republica. Quamvis illæ cædes eorum, qui ſeditiones excitaverant, ſaluti fuerint Reipublicæ, eadem tamen Reſpublica vulnerata eſt, quia civium numero diminuta, aliqua capita amiſit.

Ego ipſe decrevi. Ipſe ſic ſtatui mecũ, cædes hæc vulnerat rempublicam, id eſt, leges reipublicæ, in qua non licet cuilibet ferro uti, & alterum occidere; rem ergo notavi, & judicio reſervavi. Cùm verò ex altera parte intelligerem, Milonem hoc feciſſe ſui defendendi cauſâ, non potui judicare Milonem feciſſe contra leges reipublicæ. Semper Cicero diſtinguit inter cædẽ ut cædes eſt, & occiſio hominis: & ut eſt facta ad ſe defendendum.

Quòdſi. Oſtendit non ex ſenatûs voluntate decretam fuiſſe novam quæſtionem.

Per furioſum. Titum Munatium Plancum, qui pecuniâ corruptus ab adverſariis Milonis, interceſſit ſenatûſconſulto, quo ſtatuebatur, ut veteribus legibus de cæde Clodii quæreretur, nihílque in hac quæſtione innovaretur aliud, quàm ut id extra ordinem & primo quoque tempore fieret, quia periculum

novam quæſtionem nunc nullã habe, remus. Decernebat, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Diviſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo; nihil enim neceſſe eſt omnium me flagitia proferre. Sic reliqua auctoritas Senatûs emptâ intercesſione ſublata eſt. At enim Cn. Pompejus rogatione ſua & de re & de cau-

Tertium præiudiciũ.

lum in mora. *Veteribus legibus*, juxta veteres leges.

Diviſa Sententia eſt. Sententia Hortenſii, qui in hac cauſa mentem ſuam coram ſenatu aperuerat, fuit talis, quæ duas res complectebatur; nimirum ut *veteribus legibus*, juxta veteres leges, hæc cauſa Milonis ageretur. Secundò, ut extra ordinem, id eſt, ut judicium hoc ageretur ante alia, quæ juxta ordinem agi tum debuiſſent. Non placuit utraque ſententia; poſtulavit igitur aliquis, *neſcio* quis, inquit Cicero (Fuſius ſenator fuit) ut divideret ſententiam, id eſt, ut non de duabus rebus ſimul, ſed de ſingulis ſeorſim referatur. Ideò dixit Cicero ſuprà: *veteribus legibus tantummodò*.

Neſcio quo. Contemptibiliter loquitur de Fuſio intercedente, ne illud ſenatusconſultum fieret.

Sic reliqua authoritas. Hoc modo altera pars ſententiæ, quæ jubebat veteribus legibus quæri de hac cæde, ſublata eſt & impedita per intercesſionem illius, qui pecuniis ad hoc corruptus fuit.

At enim. Adverſariorum objectio: Eſto: Senatus de re tantummodò judicârit cenſueritque Clodii cædem, cujuscunq; tandem ſcelere contigiſſet, eſſe contra rempublicam. At Cn. Pompejus non ſolùm de re, ſed etiam de cauſſa judicavit.

Rogatione ſua. Sua lege, quam promulgavit, rogans, interrogans cives pro more, num vellent & juberent hanc legẽ comuni ſuffragio ſanciri. Leges enim vocabantur rogationes, quia Conſul e. g. rogabat populum, num

cauſa judicavit. Tulit enim de cæde, quæ in Appia via facta eſſet: in qua P. Clodius occiſus fuit. Quid porrò quærendum eſt? factúmne ſit? At cōſtat. A quo? At paret. Vidit igitur etiam in confeſſione facti, juris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe. Quòd niſi vidiſſet, poſſe abſolvi eum, qui fateretur: cùm videret nos fateri; neque quæri unquam juſſiſſet, nec vobis tam ſalutarem hanc in judicando litteram, quàm illam triſtem dediſſet. Mihi verò Cn.

Interrogatio. Reſponſio. Subiectio. Interpretatio legis Pompeiæ.

Invertit argumentum.

num ita fieri vellet? populo approbante, fiebat lex, & quia conſul rogabat, interrogabat, dicebatur *rogatio*.

Tulit enim &c. Tulerat ſive legē fecerat Pompejus, ut de cæde in Appia via facta non ſolùm extra ordinē, ſed etiam novo judicio, (non veteribus legibus) conquæreretur. Eſt hoc tertium præjudicium in cauſſa Miloniana. De præjudiciis Rhetoricam Cypriani vide.

Quid ergo tulit? Refutatio. Hoc ipſo, quòd juſſerit Pompejus inſtitui quæſtionem de cæde, quæ in confeſſo erat, judicavit Pompejus cædem illam adhuc defendi poſſe, aliàs non juſſiſſet inſtitui quæſtionem & judicium, ſi res per ſe fuiſſet dānanda & damnata. Iterum ſubtile eſt argumentum.

At paret. Idem, ac liquet, patet.

Tam ſalutarem. Non fuiſſet data opinio, ut vel poſſetis in urnam mittere litteram abſolutoriam, A. ſalutarem, vel litteram triſtem C. condemnatoriam. A. Littera erat abſolutionis. C. condēnationis. N. L. ſignificabat: *Non liquet*, ergo amplianda cauſa. Alia forma judiciorum erat in calculis nigris vel albis.

Triſtem. Litteram C. Talis etiam littera præſertim apud Græcos, & Hebræos fuit Theta, Θ.

Mihi verò. Præjudicium Pom-

Cn. Pompejus non modò nihil gravius contra Milonem judicâſſe, ſed etiam ſtatuiſſe videtur, quid vos in judicando ſpectare oporteret. Nã qui non pœnam confeſſioni, ſed defenſionem dedit, is cauſam interitûs quærendam, non interitum putavit. Jam illud dicet ipſe profectò, quod ſuâ ſponte fecit, Publióne Clodio tribuendum putârit, an tempori. Domi ſuæ nobiliſſimus vir, Senatûs propugnator, atque illis quidem temporibus pænè patronus

Adjunctio. Synaciofis.

Communicatio cum Pompejo.

7.

Exempla ab adjunctis.

Pompeii etiam in cauſſæ ſuæ utilitatem convertit.

Non pœnam. Qui judicavit fatentem de cæde patrata non hoc ipſo puniendum, ſed ulteriùs inſtituendã eſſe quæſtionẽ, & locum defenſioni dedit, is hoc ipſo judicavit, inſtituendam eſſe quæſtionem, quæ de cauſa cædes facta ſit, an jure vel injuriâ, atque adeò non judicavit adhuc condemnandum.

Dicet ipſe profectò. Pompeii conſcientiam teſtatur, & ipſius factum excuſat: Jam illud dicet ipſe Pompejus profectò, utrùm hanc quæſtionẽ, quã ſuâ ſponte, nulla ſenatûs auctoritate compulſus decrevit, ideò decreverit, quòd cædẽ Clodii damnaret, ã potiùs quòd tempori putaret eſſe ſerviẽdum, & placandos hac quæſtionis inſtitutione plebis concitatæ animos?

Publióne Clodio. An propter Publ. Clodium &c.

Domi ſua. Non intellige hic *domi ſua nobilis*, ſed *domi ſua occiſus* eſt; eſt circumſtantia aggravans, ſicut & cæteræ, nobilitas, merita in ſenatum, conſanguinitas Catonis, tribunatus &c.

Pænè patronus. Addit *pænè*. Quia non ipſi, ſed ejus patri con-

tronus, avunculus hujus noſtri judicis, fortiſſimi viri, M. Catonis, tribunus plebis M. Druſus, occiſus eſt. Nihil de ejus morte populus conſultus, nulla quæſtio decreta à ſenatu eſt. Quantum luctum in hac urbe fuiſſe à noſtris Patribus accepimus, cùm P. Africano domi ſuæ quieſcenti illa nocturna vis eſſet illata? Quis tum non gemuit? Quis non arſit dolore? quem immortalem, ſi fieri poſſet, omnes eſſe cuperent, ejus ne neceſſariam quidem expectatam eſſe mortem? Num igitur ulla quæſtio de Africani morte lata eſt? certè

Ab adjunctis exaggeratur.

Synonymia.

Antitheta.

Paronomaſia.

conceſſum id fuerat, ut patronus ordinis ſenatorii diceretur.

Populus conſultus. Vetus locutio, *conſulere populum* pro *rogare* in legibus ferendis, hac ſcilicet formula, *velitis, jubeatis Quirites.*

Illa nocturna vis. Vide iterum adjuncta perſonæ, *quem immortalem*: loci, *domi ſua*: temporis, *nocturna vis*; qualitatis, *illa*, quâ particulâ etiam cauſſa necis emphaticè continetur; eventûs, *quis tum non ingemuit?*

Ejus ne neceſſariam mortem. Dolebant, quòd cùm Scipio meritus eſſet fieri immortalis, tamen homines nec expectârint, donec naturalem, & naturæ debitam mortem obiret, priùs eum è vivis ſuſtulerint.

Num igitur ulla: Vis argumenti ex duobus his exemplis hæc eſt: *Multò minus Clodio tribuendum putavit Pompejus id, quod majores veſtri M. Livio Druſo & juniori Africano non tribuerunt: Sed majores veſtri iſtis non putaverunt tribuendum, ut propter eorum cædem novas inſtituerent quæſtiones: Ergo multò minus Pompejus &c.*

Quid

Subjectio. certè nulla. Quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obſcuri necantur. Interſit inter vitæ dignitatem ſummorum atque infimorum; mors *Argumentum Stoicum.* quidem illata per ſcelus iiſdem & pœnis teneatur, & legibus. *Conceſſio.* Niſi fortè magis erit parricida, ſiquis conſularē patrem, quàm ſiquis humilē necaverit: aut eò mors atrocior erit P. Clodii, quòd is in monumentis majorum ſuorum ſit interfectus. Hoc enim ſæpe ab iſtis dicitur. *Cauſa finalis.* Perinde quaſi Appius ille *Ironia.* Cæcus viam munierit, non quâ populus uteretur, ſed ubi impunè ſui poſteri

Quid ita? Rationem è Stoicorum ſchola petitam affert, & ita argumentatur. *Clarorum & obſcurorum hominum cædes iiſdem legibus ſunt puniendæ.* Probatur: *in pari ſcelere par debet eſſe pœna, ſed eodem facinore clari homines & obſcuri necantur.* Non judicârunt igitur Majores de illorum cæde novas, ſed legibus veteribus inſtituendas eſſe quæſtiones. Ergo nec Pompejus voluit hoc facere in gratiā Clodii, ſed ut ſerviret tempori.

Interſit. Sit diſcrimen.

Humilem: Vilem, obſcurum hominem.

In monumentis. Accuſatores Milonis atrocitatem, & indignitatem cædis Clodianæ exaggerabant eo nomine, quòd in ipſa via Appia, quam ipſius majores ſilice ſtraverant, fuiſſet occiſus. Hanc conſiderationem tanti non eſſe ait orator, ut propterea quærendum judicaverit Pompejus nova quæſtione. Per *monumenta ſua* intelligitur Appia via, quam Appius Clodius Cæcus P. Clodii atavus munivit.

Perinde quaſi. Objectionem de Appia viâ prudenter eludit ab intentione Appii Clodii qui viam muniens non

ſteri latrocinarentur. Itaque in eadem iſta Appia via, cùm ornatiſſimum Equitem Romanum P. Clodius M. Papirium occidiſſet, non fuit illud facinus puniendum. Homo enim nobilis in ſuis monumentis Equitem Romanum occiderat. Nunc ejuſdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? quæ cruentata anteà cæde honeſti atque innocentis viri ſilebatur, eadem nunc crebrò uſurpatur, poſteaquam latronis & parricidæ ſanguine imbuta eſt. Sed quid

Argumentum à loco ironicum.

Antitheſis.

Correctio.

non id ſpectabat, ut poſteri ſui in ea impunè latrocinarentur, ſed ut eâ populus uteretur.

Itaque in eadem. Invidiam, quæ ex Clodii cæde in Milonem manabat, regerit in Clodium, qui & in eadem Appia via ſplendidiſſimum Equitem Romanum occiderat, & ſervum ad inferendam Pompejo necem in veſtibulo curiæ collocârat.

Quantas tragœdias. Quàm tragicè exaggeratur, quàm altis exclamationibus proponitur, ut ſolet in tragœdiis fieri.

Parricidæ. Clodii inſidiatoris & homicidæ. Parricida ſæpè à Romanis dicebatur omnis ille, qui hominem occiderat, teſtatúrque Plutarchus in legibus Romuli dici, omne *homicidium* eſſe parricidium. Ita in XII. tabulis: *Siquis hominem liberum dolo ſciens morti duit* (antiquum verbum) parricida eſt, ideò ſuprà quoque: *Fortè magis erit parricida.* Cicero inſuper parricidam ſæpè vocat, non qui hominem occiderit, ſed qui ſacrilegium admiſerit, *Sacrum, ſacróve commendatum qui clepſit, rapſitve, parricida eſto.* 2. de leg. Ut adeò *parricida* idem atque *capital*, eſſe videatur. Alii ſcripsêre paricida, tanquam qui *parem* occiderit. Propriè autem *parricida* dicitur parentum interfector, aut qui ſuæ patriæ (quæ cuique pa-

quid ego illa commemoro? comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſervus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompejum interficiendum collocârat. Extorta eſt confitenti ſica de manibus. Caruit foro poſteà Pompejus, caruit Senatu, caruit publico. Januâ ſe, ac parietibus, non jure legum judiciorúmque texit. Num quæ rogatio lata? num quæ nova quæſtio decreta eſt? Atqui ſi res, ſi vir, ſi tempus ullum dignum fuit, certè hæc in illa cauſa ſumma omnia fuerunt. Inſidiator erat in foro collocatus atque in veſtibulo ipſo Senatûs: ei viro autem mors parabatur, cujus in vita nitebatur ſalus civitatis: eo porrò reipublicæ tempore, quo ſi unus ille occidiſſet, non hæc ſolùm civitas, ſed

Membratim.

Repetitiones pro maiore emphaſi, & Synonymia.

Adiuncta rei, perſonæ, temporis, loci &c.

Antitheta.

parentis eſt locô) excidium aut vim attulerit.

Comprehenſus eſt. Rem narrat Aſconius: *Piſone & Gabinio Conſulibus, pulſo Cicerone in exilium, cùm III. Idus ſextiles Pompeius in ſenatum venit, dicitur, ſervo Publii Clodii ſicam excidiſſe, eáque ad Gabinium Conſ. delatâ, dictum eſt, ſervo imperatum à P. Clodio, ut Pompeius occideretur. Pompeius ſtatim domum rediit.* Caruit foro; non venit ad forum publicum.

In templo Caſtoris. In æde Caſtoris & Pollucis, quæ in foro Romano fuit, ubi tum ſenatus habebatur.

Eo porrò tempore. A tempore: cùm jam vix ulli eſſent, qui rempublicam cõtra improborũ conatus poſſent defendere, me in exilium, M. Catone procellâ tribunitiâ in Inſulam Cyprũ ſpecie honeſtæ provinciæ procul amandato, Clodius & ejus factio de pernicie non urbis

ſed gentes omnes occidiſſent. Niſi *Occupatio.*
fortè, quia perfecta res non eſt, non
fuit punienda: perinde quaſi exitus
rerum, non hominum conſilia legibus
vindicentur. Minùs dolendum fuit
re non perfecta, ſed puniendum certè *Percuncta-*
nihilo minùs. Quoties ego ipſe, ju- *tio.*
dices, ex P. Clodii telis, & ex cruen-
tis ejus manibus effugi? ex quibus ſi
me non vel mea, vel Reipublicæ for- *Simil. cad.*
tuna ſervâſſet, quis tandem de interitu
meo quæſtionem tuliſſet? Sed ſtulti 8.
ſumus, qui Druſum, qui Africanum, *Correctio*
Pompejum, noſmetipſos cum P. Clo- *ironica & recapitulatio*
dio conferre audeamus. Tolerabilia *exemplorū.*
fuerunt *Diſſoluta.*

urbis ſolùm, ſed etiam omnium gentium cogitabant.

Niſi fortè. Occurrit tacitæ objectioni, qua videbatur Clodii factum elevari poſſe. Dices quæſtionem novam ferendam non fuiſſe, quia res perfecta non eſt, nec Pompejus occiſus eſt. Reſpondeo, non minùs puniri debuiſſe; quia non exitus rerum, ſed hominum conſilia, ſeu mala voluntas, legibus vindicantur.

Minùs dolendum. Quia reſpublica ipſo opere vulnus non accepit.

Puniendum nihilo minùs. Quia nihilo minor fuit improbitas Clodii necem jubētis, quàm ſi Pompejus revera cecidiſſet; in quem ſenſum Juvenalis: *Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum, facti crimen habet.*

Quoties ego ipſe. Ter videtur inſidiis Clodii appetitus Cicero. Primò antequam ex urbe pelleretur. Deinde paullò poſt, quàm in urbem rediit. Denique paullò antè, quàm haberetur hæc oratio. Sic infrà de Clodii ſica loquitur: *hac intentata nobis eſt &c.* hæc eadem *longo intervallo converſa rurſus* eſt in

Antitheta. fuerunt illa: P. Clodii mortem æquo *Diſtributio* animo nemo ferre poteſt. Luget ſena- *Disjunctio.* tus: mœret Equeſter Ordo: tota civi- *Metonymia.* tas confecta ſenio eſt: ſqualent muni- *Metaphora.* cipia: afflictantur coloniæ: agri de- *Inciſa.* nique ipſi tam beneficum, tam ſalutarem, tam manſuetum civem deſiderant. Non fuit ea cauſa, judices, *Pompeii mentem in lege ferenda interpretatur* profectò non fuit, cur ſibi cenſeret Pompejus quæſtionem ferendam: ſed homo ſapiens, & alta & divina quadam mente præditus, multa *Geminatio.* vidit; fuiſſe ſibi illum inimicum, fami-

me: nuper quidem &c. me ad regiam penè confecit.

Confecta ſenio eſt. Luctu & tædio, deſiderióque Clodii contabeſcit; nam ſenium hic, & alibi quoque ab aliis accipitur pro mœrore, ſqualore &c.

Manſuetum. Manſuetum dicitur, quod innoxium eſt, & ſine periculo manum palpantis admittit, quaſi *manu aſſuetum*.

Non fuit ea cauſa. Non ideò Pompejus tulit novam quæſtionem, quòd P. Clodii mortem æquo animo ferre nemo poſſet.

Illum inimicum. Clodius fere perpetuus erat Pompeii inimicus. *Hunc* in foro contumeliis ut mollem & impudicũ palàm affecit, quòd uno digito caput ſcalperet; exprobravit; Tigranem, quem in vinculis habebat Pompeius, eripuit, eum denique per ſervos & libertos bis interficere conatus eſt. Reconciliati tamen ſunt ante ſecundum Pompeii conſulatum, quando Clodius ejus partes, ut conſulatum obtineret, complexus eſt. Ut ne igitur, ut infrà dicit, videretur minùs ſincera fuiſſe reconciliatio, voluit in hac cauſa Clodio tanquam amico hoc tribuere, ut nova lege de ejus interitu quæreretur.

Fa-

ſamiliarem Milonem: in communi omnium lætitia ſi etiam ipſe gauderet, timuit, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Multa etiam alia vidit, ſed illud maximè: quamvis atrociter ipſe tuliſſet, vos tamen fortiter judicaturos. Itaque delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina: neque verò, quod nonnulli dictitant, ſecrevit in judicibus legendis amicos meos. Neque enim hoc cogitavit vir juſtiſſi-

Callidè ſibi & Pompejum & judices conciliat.

Metaphora. Prolepſis.

Familiarem Milonem. Milo dignitatem Pompeij contra Clodii furorem, & conatus ſemper & ubique defenderat. Ne ergò videretur Pompejus agi ſtudio partium erga Milonem, contra Clodium, extra ordinem nova lege quæri voluit.

Infirmior fides. Vide paulò antè; ne putaretur non ſincera fuiſſe reconciliatio, & ne videretur ſiniſtro affectu duci in Clodium.

Sed illud maximè. Tantam opinionem de veſtra, judices virtute concepit Pompejus, ut quamvis pro ſua juſtitia & ſapientia Milonis ſaluti conſultum vellet, tulerit, ut extra ordinem de ejus cauſſa quæreretur, confidens legem hanc Miloni non obfuturam, vóſque judices tam fortes ac conſtantes fore, ut hoc nequiquam in præjudicium accipiatis, ſed judicetis pro æquitate rei.

Quod nonnulli dictitant. Objectioni reſpondet, quâ jactabatur, Pompejum in judicibus legendis ſecreviſſe amicos Ciceronis, ut in hujus gratiam pro Milone judicarent.

Neque hoc cogitavit. Ille non hoc in conſilio habuit, ut eligeret meros meos amicos, ſed ut merè bonos eligeret judices, & tales, qui reipublicæ ſtudioſi. Iſti autem cùm mei non quidem ſint familiares, ſunt tamen amici omnes, quia etiã me reipublicæ ſtudioſum amant; ergò elegit amicos, non quia mei

ſtiſſimus, neque in bonis viris legendis id aſſequi potuiſſet, etiamſi cupiiſſet. Non enim mea gratia familiaritatibus continetur, quæ latè patere non poſſunt, propterea quòd conſuetudines victûs non poſſunt eſſe cum multis. Sed ſiquid poſſumus, ex eo poſſumus, quòd Reſpublica nos conjunxit cum bonis. Ex quibus ille cùm optimos viros legeret, idque maximè ad fidem ſuam pertinere arbitraretur, non potuit legere non ſtudioſos mei. Quòd verò te L. Domiti, huic quæſtioni præeſſe maximè voluit, nihil quæſivit aliud, niſi juſtitiam, gravitatem, humanitatem, fidem. Tulit, ut conſularem neceſſe eſſet: cre-

Sententioſè.

Virtutes judicis.

Inciſa.

amici, ſed quia boni & reipublicæ ſtudioſi.

Neque in bonis viris: Ut omnes iſti ſint amici mei, hoc eſt, familiares; non in illo ſenſu: mecum conjuncti ad bonum reipublicæ procurandum.

Mea gratia. Quòd alii mei amici ſint, me gratiâ dignentur, non eſt propter familiaritatem, & conſuetudinem victûs, ſed quia optimus quisque amicus eſt illi, quem ſecum reſpublica conjunxit.

Siquid poſſumus. Gratiâ apud alios.

Maximè ad fidem ſuam. Vir juſtus enim judicat ad fidem ſuam pertinere, ut judiciis præponat optimos quósque

L. Domiti. Honorifica Domitii quæſitoris mentione ejus benevolentiam aucupatur, quem fortaſſe ſciebat à cauſſa Milonis eſſe nonnihil alienum.

Tulit, ut Conſularem &c. In lege ſua ſtatuit Pompejus, ut quæſitor neceſſariò eſſet Con-

credo, quòd principum munus eſſe ducebat, reſiſtere & levitati multitudinis, & perditorum temeritati. Ex conſularibus te creavit potiſſimùm. Dederas enim, quàm contemneres populares inſanias, jam ab adoleſcentia documenta maxima. Quamobrem, Judices, ut aliquando ad cauſſam criménque veniamus, ſi neque omnis confeſſio facti eſt inuſitata, neque de cauſſa quidquam noſtra aliter, ac nos vellemus, à ſenatu judicatum eſt: & lator ipſe legis, cùm eſſet controverſia nulla facti, juris tamen diſceptationem eſſe voluit: & electi judices, iſque præpoſitus quæſtioni, qui hæc juſtè ſapienterque

Simil. ead.

9. *Epilogus & Anacephalæoſis ſuperius dictorū de 3. præjudiciis.*

Conſularis, id eſt ex iis, qui Conſules fuerant.

Credo, quòd Principum. &c. Conſulares ſunt Principes civitatis: principum munus eſt, pro ſua gravitate & auctoritate opponere ſe plebis temeritati, neque ſeditioſorum flabello quamlibet in partem abripi &c.

Documenta maxima. Aſconius de conſtantia Domitii: *Nam eo tempore, cùm Cn. Manlius tribunus plebis, ſubnixus libertinorum & ſervorum manu perditiſſimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus ſuffragium eſſet, idque per tumultum ageret, & clivum Capitolinum obſideret, diſcuſſerat, perruperátque cœtum Domitius, ita ut multi Manlianorum interficerentur. Quo facto & plebem infimam offenderat, & ſenatûs magnam gratiam inierat.* Fortè & antè Præturam adoleſcentior adhuc dederit alia conſtātiæ ac virtutis ſpecimina.

Quamobrem. Hactenus amolitus eſt præjudicia, nunc ad Narrationem.

PROPOSITIO. térque diſceptet: reliquum eſt, judices, ut nihil jam aliud quærere debeatis, niſi, uter utri inſidias fecerit. *Silentium petit.* Quod quò faciliùs argumentis perſpicere poſſitis, rē geſtam vobis dum breviter *Docilitatem facit.* expono, quæſo diligenter attendite. *Brevitatem promittit.* NARRATIO. P. Clodius cùm ſtatuiſſet omni ſcelere in prætura vexare Rempublicam, videretque ita tracta eſſe Comitia anno ſuperiore, ut non multos menſes Præturam gerere poſſet: qui non honoris gradum ſpectaret, ut cæteri, ſed & L. Paullum Collegam effugere vellet, ſingulari virtute civem, & annum integrum ad dilacerandam rempublicā *Metaphora.* quæreret, ſubitò reliquit annum ſuum, ſéque in annum proximum tranſtulit, non,

P. Clodius. Narrationem auſpicatur ab expoſitione conſiliorum P. Clodii, quâ & invidia in Clodium concitatur, & probabilior redditur narratio.

Ita tracta. De die in diem dilata, adeò ut conſules Domitius Calvinus, & Valerius Meſſala ſeptimo menſe vix tandem inierint conſulatū: quod etiam in comitiis Prætoriis videtur contigiſſe: ut quinque menſes ad ſummum geſſerint præturam.

L. Paullum Collegam. Qui Calvino & Meſſala Coſſ. iniit præturam, erátque Calvini competitor.

Effugere vellet. Veritus, ne L. Paullus ſua virtute & magnitudine animi ipſius conſilia impediret.

Ad dilacerandam. Crudeliter vexandam remp.

Reliquit annum ſuum. Deſtitit petere Præturam anno ſuo, id eſt, eo anno, quo, per legem Corneliam, Præturam gerere poterat, agens annum ætatis nonum & trigeſimum. Tempore Ciceronis certi ſingulis

non, ut fit, religione aliqua, ſed ut haberet, quod ipſe dicebat, ad præturam gerendam, hoc eſt, ad evertendam Rempublicam, plenum annum atque integrum. Occurrebat ei mancam ac debilem præturam ſuam futurā Conſule Milone: eum porro ſummo conſenſu populi Romani Conſulem fieri videbat. Contulit ſe ad ejus competitores: ſed ita, totam ut petitionē ipſe ſolus, etiam invitis illis, gubernaret: tota ut comitia ſuis, ut dictitabat, humeris ſuſtineret. Convocabat tribus: ſe interponebat: Collinam novam de- *Cauſa finalis.* *Metaphora.* *Metaphora.* *Stylus narrationis.* *Sim. cad.*

lectu

gulis magiſtratibus anni ſingere deſtinari, ita ut Quæſtura anno ætatis ſeptimo & viceſimo: Tribunatus plebis anno trigeſimo, Ædilitas anno ſeptimo & trigeſimo: Prætura nono, & trigeſimo, & tandem Conſulatus anno quadrageſimo tertio poſſet geri.

Non religione aliqua. Non quia viderat ſiniſtra auſpicia &c.

Occurrebat ei mancam &c. Clodio veniebat in mentē, fore ut in prætura ſua rempublicam vexare non poſſet, ſi eodem anno, quo Prætor futurus erat, Milo gereret conſulatum.

Contulit ſe &c. Clodius amplexus eſt partes eorum, qui æmuli & competitores erant Milonis, ut Publ. Plautius Hypſeus, & Q. Metellus Scipio.

Petitionem gubernaret. Partes eorum egit tanquam ipſe principalis & ſolus eſſet; quidquid comitiorum tempore fiebat, actū eſt per Clodium, maximè quæ excitatæ ſunt ſeditiones &c.

Se interponebat. Sequeſtrum ſe conſtituebat ad corrumpenda populi ſuffragia, vel interpretem, vel diviſorem.

Collinam novam conſcribebat. Collina dicebatur una

 ex

Membratim *Simil. cad.* lectu perditiſſimorū civium conſcribebat. Quantò ille plura miſcebat, tantò hic magis in dies convaleſcebat. Ubi vidit homo ad omne facinus paratiſſimus fortiſſimum virum, inimiciſſimum ſuum, certiſſimum conſulem, ídque intellexit non ſolùm ſermonibus, ſed etiam ſuffragiis populi Romani ſæpè eſſe declaratum, palàm agere cœpit, & apertè dicere, occidendum Milonem. Servos agreſtes & barbaros, quibus ſylvas publicas depopu-

ex quatuor tribubus urbanis ſic dicta à porta Collina. Ultra illam veterem Clodius conſcripſit & conduxit novam tribum ex delectu perditiſſimorum hominum, quam Cicero novam Collinam vocat, fortè ob alluſionem aliquam. Voluit Clodius hac ratione pluralitatem ſuffragiorum comparare competitoribus Milonianis.

Quantò ille. Clodius: *Hic*: Milo.

Ubi vidit homo. Adverte in hac narratione, quemadmodum inſidiarum ſuſpicionem à Milone removeat, ad Clodium convertat. Clodio vivente ſummo conſenſu populi R. conſul fiebat Milo, ergo nulla ratio fuit, cur Milo ad adipiſcendum conſulatum Clodio necem vellet inferre: At contra Clodius videbat Milonem fore conſulem, magno ſuo, ut ipſe putabat, damno; ergo magna ratio fuit, cur eum vellet occidere.

Sæpè eſſe declaratum. Quia populus jam frequenter ad comitia convenerat: Sed ea vel obnuntiationibus vel auſpiciis fuerant impedita.

Servos. Clodii violentiam deſcribit à comitatu, à conditione comitum, ab eorum moribus, à rebus antè actis.

Barbaros. Barbari dicuntur feroces, immanes, nullis ſtudiis aut legibus ad humanitatem expoliti.

Etru-

populatus erat, Etruriámque vexârat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. Res erat minimè obſcura. Etenim palàm dictitabat, Conſulatum Miloni eripi non poſſe, vitam poſſe. Significavit hoc ſæpe in Senatu: dixit in concione. Quin etiam Favonio fortiſſimo viro, quærenti ex eo, qua ſpe fureret Milone vivo? reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo periturum. Quam vocem ejus ad hunc M. Catonem ſtatim Favonius detulit. Interim cùm ſciret Clodius (neque enim erat difficile ſcire) iter ſolemne, legi-

Minæ Clodii in Milonem.

Adjunctio.

Teſtimoniũ.

Etruriam. Regionem Italiæ, Tyrrheno mari incumbentem, & ad primam usque Tiberis ripam protenſam, quæ hodie complectitur Val di Magra, Ducatum Maſſa, Ditionem Reip. Luccenſis, ſtatum Præſidii, regionem Florentinam &c.

Ex Apennino: Monte, ſive Alpibus, quæ per mediam Italiam in longum extenduntur. Dextra pars Tyrrhenum mare, ſiniſtra Adriaticum reſpicit. Apennicolæ dicuntur, qui montem hunc incolunt.

Quos videbatis. Probabilem efficiunt orationem, ſi teſtata & clara dici videantur.

Spe fureret. Audax Metaphora, quâ Cicero Clodii furioſi hominis animum deſcribit; quid ſpei haberet Milone vivo?

Ad hunc M. Catonem. Qui inter judices ſedebat.

Interim cùm. Reddit rationem, propter quam Clodius facilè reſciverit, Milonem eſſe profecturum, quia Milonis iter erat *ſolenne*, & ſingulis annis certo die fieri conſuêrat, quia *legitimum*, & legibus conſtitutũ, quia denique *neceſſarium*,

Circumſtantia temporis. legitimum, neceſſarium ante diem XIII. kalendas Februarii Miloni eſſe Lanuvium ad flaminem prodendum, quòd erat Dictator Lanuvii Milo; Româ ſubitò ipſe profectus pridie eſt, ut ante ſuum fundum, quod re intellectum eſt, Miloni inſidias collocaret. *Conſectaneis.* Atque ita profectus eſt, ut concionem turbulentam, in qua ejus furor deſideratus eſt, quæ illo ipſo die habita eſt, *Metonymia.*

quam neceſſitas rationeDictaturæ Milonem urgebat.

Ante diem XIII. Januarii viceſimo. *Kalendas*, iſt eſt, ante Kalendas.

Lanuvium. Municipium Româ diſtans 25. mill. Italicis, Ariciam verſùs, Hodie *Indivina* dicitur, ſita in *Campagna di Roma*, vel etiam *Citta-Lavina*.

Ad Flaminem prodendum: Ut Flaminem nominaret, quem Dictatores in oppidis Italiæ prodere ſeu nominare conſuêrant. *Flamen*, erat ſacerdos, ſic dictus à filo, quia caput cinctum habebat. Plerumque Flamines in capite habebant pileum, quod cùm per æſtus ferre non poſſent, filo tantùm capita religare cœperunt; nam nudis penitùs capitibus incedere nefas erat, unde ab hoc filo, quaſi *filamines*, & inde *flamines* dicti. *Prodere* flaminem locutio eſt Romanis conſueta, pro renuntiare, creare, nominare; ita *prodere Interregem*. In aliis aliàs locutiones proprias habebant, ut *dicere Dictatorem*, & *Magiſtrum Equitum*: *capere Veſtalem*: *Facere*, *creare conſulem*: *Cooptare augurem*: *deſignare conſulem*: *legere in ſenatum* &c.

Dictator. Municipiorum magiſtratus interdum duo erant, ac tum Duûmviri: interdum unus, ac tum ille vel *Prætor*, vel *Dictator* dicebatur.

Pridie. Decimo nono Januarii, abiit Clodius Româ.

Ante ſuum fundum. Quẽ habebat in via Appia.

Concionem turbulentam. A conius: *ſunt autem concionati*

eſt, relinqueret; quam, niſi obire facinoris locum tempúſque voluiſſet, nunquam reliquiſſet. Milo autem, cùm in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt, domum venit, calceos & veſtimenta mutavit: paulliſper, dum ſe uxor, ut fit, comparat, commoratus eſt: deinde profectus eſt id temporis; cùm jam Clodius, ſiquidem eo die Romam venturus erat, redire potuiſſet. Obviàm fit ei Clodius expeditus, in equo, nullâ rhedâ, nullis impedimentis, nullis Græcis comi-

Alia circumſtantia.

Apparatus utriuſque.

nati eo die, ut ex actis apparet; Cajus Salluſtius & Qu. Pompejus, utrique & inimici Milonis, & ſatis inquieti &c

Niſi obire. Peragere eo loco, eo tempore facinus.

Eo die. Quo profectus eſt, vicelimo Januarii.

Calceos & veſtimenta. Calceos ſenatorios & urbanos, togámque poſuit, ut viatorios calceos, perones fortaſſe & penulam aſſumeret. Senatorii calcei ab aliis fuêre diverſi, & quidem ſenatores patricii habebant calceos cum corrigiis, quibus alligabantur uſque ad medium crus. Hæ corrigiæ dicebantur lora patricia, quibus adſuta erat lunula circa talos, ideò *lunati calcei & patritii*; nam aliorum ſenatorum calcei non erant lunati, hoc eſt non habebant illas lunulas. Scribunt nonnulli calceos ſenatorum fuiſſe auratos.

Uxor comparat: Fauſta vocabatur, filia Cornelii Syllæ: dum hæc ſe ad iter parat.

Id temporis. Tam ſerò, ſub id tempus.

Siquidem eo die. Si Clodius rediturus erat Romam, ut fingebat.

Nullis Græcis comitibus. Romani proceres in familia ſua ſtudiorum cauſſâ Græcos fovebant, Rhetores, Gram-

mati-

mitibus, ut ſolebat: ſine uxore; quod nunquam fere: cùm hic inſidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparâſſet, cum uxore veheretur in rheda penulatus, magno & impedito, & muliebri ac delicato ancillarũ, puerorúmque comitatu. Fit obviàm Clodio ante fundũ ejus horâ ferè undecimâ, aut non multò ſecùs. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum. Adverſi rhedarium occidunt; cùm autem hic de rheda rejectâ penulâ deſiluiſſet, ſéque acri animo defenderet, illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis partim recurrere

Ironicè.

Pugnæ deſcriptio.

maticos, Medicos, Philoſophos, Poëtas, ut Lucullus Archiam, Piſo Græcum Poëtam. Vide *Piſonianam.*

Sine uxore. Fulvia, quæ deinde nupſit Antonio, & allatum Ciceronis demortui caput conſputavit, linguam extraxit, acu crinali perforavit, antequam in roſtris poneretur.

Inſidiator. Milo, à quo contendunt adverſarii inſidias fuiſſe comparatas. Eſt ironia.

Magno & impedito comitatu. Habebat Milo ſecum comitatum, non modò magnum, ſed & *impeditum*, qui & ſarcinas ſecum tulerat, & ita veſtitus erat, ut non poſſet facilè ſe ad pugnandum comparare: *Impeditis* opponitur *expeditus Clodius*, & *ſine impedimentis* in præcedentibus verbis: Præterea comitatus mulierum & ancillarum, & puerorum erat.

Horâ ferè undecimâ. Unâ ferè horâ ante ſolis occasũ; nam Romani veteres diem in horas duodecim, noctem in totidem dividebant, ita horas inæquales, & æſtate quidem diurnas longiores, breviores nocturnas: hyeme contra

rere ad rhedam, ut à tergo Milonem adorirentur: partim, quòd hunc jam interfectum putarent, cædere incipiunt ejus ſervos, qui pòſt erant: ex quibus, qui animo fideli in dominum & præſenti fuerunt, partim occiſi ſunt, partim, cùm ad rhedam pugnari viderent, domino ſuccurrere prohiberentur, Milonémque occiſum etiam ex ipſo Clodio audirent, & revera putarent, fecerunt id ſervi Milonis (dicam enim non derivandi criminis cauſâ, ſed ut factum eſt) neque imperante, neque ſciente, neque præſente do- *Periphraſis.* *Polyſyndeta.* *Simil. cad.*

contrà nocturnas longiores, breviores diurnas habuerunt. Horas autem metiebantur primùm ad clepſydras, dein etiam ad horologia ſciatherica, quorum primum ex Sicilia advectum in foro poſitum fuit à M. Valerio, quod cùm ad clima Siciliæ deſcriptum, ad horas Romæ non conveniret, L. Philippus Cenſor aliud juxtà conſtituit. Deinde aliquantò pòſt P. Cornelius Naſica cenſor ex aqua fecit horarium. Cæterùm habuerintne horologia rotata veteres Romani, dubitari poſſit.

Fecerunt id ſervi. Prudenter cædis mentionem vitat, tanquam odioſam; ſatis quidem hinc intelligitur, occiſum eſſe Clodium, ſed mollioribus verbis res proponitur per hanc circumlocutionem & periphraſin.

Derivandi criminis. Convertendi à Milone in ejus ſervos, & præſertim in Birriam gladiatorem, qui Clodii minitantis humerum romphæâ trajecit, ut auctor eſt Pedianus.

Neque præſente. Non erat præſens Milo in illo loco, ubi ejus ſervi occidebant Clodium; neque ſciebat eum vulnerari.

11. domino, quod ſuos quiſque ſervos in
Epiphonema. tali re facere voluiſſet. Hæc ſicut ex-
poſui, ita geſta ſunt, judices: inſidia-
tor ſuperatus, vi victa vis, vel potiùs
Præteritio. oppreſſa virtute audacia eſt. Nihil di-
Repetitio. co, quid Reſpublica conſecuta ſit, ni-
hil, quid vos, nihil, quid omnes bo-
Conceſſio. ni, nihil ſanè id proſit Miloni, qui
hoc fato natus eſt, ut ne ſe quidem
ſervare potuerit, quin unà Rempubli-
cam, vóſque ſervaret. Si id jure non
poſſet, nihil habeo, quod defendam.
Polyſyndeta. Sin hoc & ratio doctis, & neceſſitas
Inciſa. barbaris, & mos gentibus, & feris na-
Adjunctio. tura ipſa præſcripſit, ut omnem ſem-
Simil. cad. per vim, quacunque ope poſſent, à
cor-

Hæc ſicut expoſui. Poſt narrationem ad conſtitutionem cauſſæ delabitur, & primùm, quid non ſit dicturus, exponit, ut omni errore ſublato liquidiùs quæſtionis ſtatus appareat.

Nihil dico. Removet à cauſſa per diſſimulationem quæ dici potuiſſent; per diſſimulationem inquam, nam inferiùs ea dicit, quæ ſe hoc loco negat eſſe dicturum. Hoc igitur aſſerit, non ut planè neget horum ſe facturum eſſe mentionem, ſed ut majorē oſtendat in cauſſa fiduciam.

Hoc fato natus eſt. Captat benevolentiam: Milo adeò conjunctas habet omnes vitæ ſuæ rationes cum republica, ut nemo reipublicæ ſit hoſtis, qui non ipſi quoque bellum indixerit, atque adeò non poſſit vitam ſuam ab inimicorum telis defendere, quin hoſtes reipublicæ profliget, ſi quos profligat.

Si id jure non &c. Si jus ſui defendendi non habuit.

Sin hoc & ratio. Quatuor legum fontes, rationem, conſue-

corpore, à capite, à vita ſua propulſa- *Synonymia.* rent, non poteſtis hoc facinus improbum judicare, quin ſimul judicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, *A conſequentibus.* aut illorum telis, aut veſtris ſententiis eſſe pereundum. Quod ſi ita putâſſet: certè optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodiò, non ſemel ab illo, ne- *Traductio.* que tum primùm petitum, quàm jugulari à vobis, quia ſe illi non jugulandum tradidiſſet. Sin hoc nemo veſtrûm ita ſentit, illud jam in judicium *STATUS & CONSTITUTIO CAUSSÆ.* venit, non, occiſúsne ſit, quod fatemur, ſed jure, an injuriâ, quod multis in cauſſis ſæpè quæſitum eſt. Inſidiat

ſuetudinem, neceſſitatē, naturam complectitur.

Non poteſtis. Non poteſtis Milonem damnare, quòd Clodium inſidiatorem occiderit, quin præjudicium feratis in omnes, qui vim vi repulerint, & eos damnandos in judicio ſtatuatis, qui non à latronibus occidi ſe permiſerint; à quo judices ipſa rei indignitate deterret.

Quòd ſi ita putâſſet. Si putâſſet ſibi vel Clodii telis, vel veſtris ſententiis eſſe pereundum, à Clodio interfici maluiſſet. Sic enim amat rempublicam, ſic vos omnes diligit, ut mortem non tam reformidet, quàm vereatur, ne ſi illum damnaveritis, qui ſe Clodio non præbuit jugulandum, in vos tam iniqui judicii infamia & à vobis in totam rempublicam redundet.

Illud jam. Propria conſtitutio quæſtionis; quod eſt neceſſarium oratori, ne animi judicum, ad ea, quæ parùm attinent, intenti, longiùs evagentur.

Quòd fatemur. Occiſum eſſe; negat tamen eam cædem imperante aut ſciente Milone contigiſſe.

Multis in Cauſſis. In cauſſa Horatii, qui ſororem: in cauſſa

Repetit, quæ dixit de præjudiciis. dias factas eſſe conſtat: & id eſt, quod Senatus contra Rempublicam factum judicavit. Ab utro factæ ſint, incertum eſt. De hoc igitur latum eſt, ut quæreretur. Ita & Senatus rem, non hominem, notavit: & Pompejus de jure, non de facto quæſtionem tulit.

12. *Communicatio.* Nunquid igitur aliud in iudicium venit, niſi, uter utri inſidias fecerit? profectò nihil. Si hic illi, ut ne ſit impunè: ſi ille huic, tum nos ſcelere ſolvamur.

CONFIRMATIO. *Major.* Quonam igitur pacto probari poteſt, inſidias Miloni feciſſe Clodium? Satis eſt quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere, magnam ei cauſam, magnam ſpem in *Traductio. Synonymia.* Milonis morte propoſitam, magnas uti-

cauſſa Trebonii, qui tribunum militum ſtuprum ſibi inferentem occiderat &c.

De hoc igitur latum eſt. Lex igitur ſenatûs, & Lex Pompeij extraordinariam hanc quæſtionem imperans, eſt in hunc finem lata, ut diſceptetur, an Milo, an Clodius inſidiator fuerit? Removet iterum præjudicia.

Hic illi. Milo Clodio. *Si ille huic*: Clodius Miloni. Clariſſimè ponit ſtatum.

Satis eſt quidem. Incipit prima pars Confirmationis per conjecturam, uter fuerit inſidiator. Argumentum eſt tale: Quoad perſonam Clodii ſufficeret probare, eum feciſſe inſidias & mortem alteri intentâſſe, cui ex morte alterius majus commodum eſſet ſperandum: majus autem commodum Clodio ex morte Milonis, quàm huic ex morte Clodii erat ſperandum, ergo veroſimile eſt Clodium fuiſſe inſidiatorem, non Milonem.

Illud

utilitates fuiſſe. Itaque illud Caſſianum, CUI BONO FUERIT, in his perſonis valeat. Etſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpè parvo. Atqui Milone interfecto, Clodius hoc aſſequebatur, non modò ut Prætor eſſet non eo Conſule, quo ſceleris nihil facere poſſet: ſed etiam ut his Conſulibus prætor eſſet, quibus ſi non adjuvantibus, at conniventibus certè, ſperâſſet ſe poſſe Rempublicam eludere in illis ſuis cogitatis furoribus, cujus illi conatus, ut ipſe ratiocinabatur, nec, ſi poſſent, re-

Sententia moralis.

Minor Probatur Enumeratione emolumentorum Clodii.

Illud Caſſianum. Caſſius Judex ſeveriſſimus, à quo per proverbium *Judices Caſſiani* dicuntur, quoties quæſitor judicii alicujus eſſet, in quo quæreretur de homine occiſo, ſuadebat, atque etiam præibat judicibus (hoc quod Cicero nunc admonet) ut quæreretur, *cui bono* fuiſſet perire eum, de cujus morte quæreretur, & is illius cædis auctor judicaretur, cui ea cædes utilitatem peperiſſet.

Cui bono fuerit. i. e. cui homini, aut rei hæc res fuerit bono, hoc eſt profuerit.

In fraudem. Ad inſidias alteri ſtruendas: ad malum, ad periculum, ad damnum inferendum: fraus enim accipitur ſæpè pro crimine, damno &c.

Non eo Conſule. Non tum, quando Milo Conſul.

Ut his Conſulibus. P. Plautio Hypſæo, & Qu. Metello Scipione, ad quos ſe contulerat, dum competitores erant Milonis, ut ſuprà.

Si non adjuvantibus. Cavet Scipionem offendere, quòd Pompeij ſocer eſſet, ideóque non abſolutè dicit, eos Conſules fuiſſe Clodium adjuturos, & paulò infrà, *ut ipſe ratiocinabatur*; Clodius putabat, ita, quidquid illi deinde facturi fuerant.

Alluſio. omnibus omnia minabatur. Movet me quippe lumen Curiæ. Quid? tu
13. me iratum, Sexte, putas tibi, cujus
Antitheta. tu inimiciſſimum multò crudeliùs etiam punitus es, quàm erat humanitatis
Repetitio. meæ poſtulare? Tu P. Clodii cruen-
Enumeratio. tum cadaver ejeciſti domo, tu in pu-
Simil. cad. blicum abjeciſti: tu ſpoliatum imagini-
Diſſoluta. bus, exſequiis, pompa, laudatione,
Inciſa. infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis

los in ſe conjeciſſe, dum hæc loqueretur. Illis minacibus oculis me intuitus eſt, quibus utebatur olim, cùm in tribunatu Clodii miniſter aut dux eſſet ſeditionis &c.

Lumen Curiæ. Alludit ad curiam conflagrantem. Vide ſuprà. f. 227.

Cujus tu inimiciſſimum. P. Clodium intelligit: Quid ego tibi iraſcar, inquit, qui de maximo meo inimico P. Clodio majorem crudelioremque vindictam ſumpſiſti, quàm ego poſtulâſſem; quàm crudelis enim tu fuiſti in Clodii cadaver!

Punitus es: Pro puniviſti ſive ultus es. Legitur verbum *puniri* etiam aliquando active, & per modum verbi Deponentis.

Cruentum cadaver. Oblitum cruore, corpus nudum, diſcalceatum, ut habet Aſconius, ſicut in lectulo erat poſitum, non lotum de more, non amomo & caſia delibutum &c. *Ejeciſti domo*: Quando in foro poſuiſti, in publicum detuliſti, *Spoliatum imaginibus*, ſine pompa funeris, quæ apud alios fiebat, prolatis nobilium majorum imaginibus, ergo ſine exſequiis & ſolitâ pompâ, ſine *laudatione funebri*, *infeliciſſimis lignis*, ſubſelliis nempe & tribunalibus ex curia deſumptis, *ſemiuſtulatum*, media parte crematum, reliquiſti in publico foro, ut canes poſſent carnes aduſtas aggredi, devorare. Sæviſti ergo in mortui cadaver, quæ res omnium crudeliſſima.

Quam

hibe, quæſo, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum veſtrarum, quod te ajunt eripuiſſe è domo, & ex mediis armis turbáque nocturna, tanquam Palladium extuliſſe, ut præclarum videlicet munus ac inſtrumentum tribunatûs ad aliquem, ſi nactus eſſes, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre poſſes. Et adſpexit me illis quidem oculis, quibus tum ſolebat, cum omni-

Geminatio.

Feſtiva comparatio. & locutio tragica.

Digreſſio in Sext. Clodium.

verſarium Sext. Clodium ſimulata familiaritate, & mira urbanitate compellat, ut ſibi leges illas, quas Clodius laturus erat, jam ſcriptas, jam in ſuo librario comprenſas palàm exhibeat.

Sexte Clodi. Hic fuit ſcriba P. Clodii, quo auctore, ut in argumento orationis diximus, Clodii cadaver curiæ illatum, ibique crematum eſt, curiâ ipſa conflagrante; ideo *Lumen curiæ* infrà appellat per ironiam & alluſionem.

Librarium. Ciſtellam, ubi cuſtodiuntur libelli & litteræ. Solebant autem hæc libraria ſive ſcrinia librorum ſecum ad forum & curiam deferre.

E domo. P. Clodii.

Palladium. Quemadmodum Metellus Pontifex eripuit Palladis ſimulacrum ex ædis Veſtæ deflagrantis incendio; nam ad iſtud factum videtur hîc alludere Cicero. Metellus ſtatuam hanc tanto cum ſuo periculo ex igne eripuerat, ut oculorum uſu perpetuò fuerit privat᷑. Creditur fuiſſe illa ipſa Palladis ſtatua, quæ olim Trojæ fuit, de qua Virgilius & alii Poëtæ.

Inſtrumentum. Tanquam librum, & ut J. C. vocant Inventarium, in quo plurimæ leges ad convellendum reipublicæ ſtatum, quóque tanquam inſtrumento ſeditioſus tribunusplebis uſurus erat ad evertendam rempublicam.

Et adſpexit me. Fingit Sextum Clodium torvos ocu-

remoto, uſitatis jam rebus enitendum eſt Miloni, ut tueatur dignitatem ſuam. Singularis illa huic uni conceſſa gloria, quæ quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, jam morte Clodii cecidit. *Antitheta.* Vos adepti eſtis, ne quem civem metueretis; hic exercitationem virtutis, *Metonymia.* *Simil. cad.* *Metaph.* ſuffragationem conſulatûs, fontem perennem gloriæ ſuæ perdidit. Itaque Milonis Conſulatus, qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus eſt. *Concluſio argumenti.* Nō modò igitur nihil prodeſt, ſed obeſt etiam P. Clodii mors Miloni. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimi-

reprimenda; nunc uſitàte aliis Romanis more, per uſitatas res nititur ad conſulatum; hæc via eſt talis, quæ non tantam parit gloriam, ut illa prior, adeóque non ita promovet ad conſulatum.

Tueatur dignitatem. Conſulatûs ſpem, & ipſum conſulatum.

Cecidit. Gloria & occaſio gloriæ, quam habuit Milo ex eo, quòd Clodianos furores frangeret, jam ſublata eſt.

Suffragationem. Effectus pro cauſa. Neque enim Clodii vita & hæc reprimendi Clodiani furoris occaſio, ſuffragabatur, ſed cauſa erat, cur populus ab eo ſibi metuens deferret Miloni conſulatum.

At valuit. Poſſet aliquis dicere, etſi non facta eſt cædes ob ſpem boni inde redundantis, potuit tamen fieri, ut ſæpè fit, ex mero odio vel ex ira. Oſtendit nunc etiam majus fuiſſe odium Clodii in Milonem, ex quo conjectura ſecunda, Clodium fuiſſe inſidiatorem.

Inimicus, fuit ultor injuriæ, punitor doloris ſui. Quid, ſi hæc non dico majora fuerunt in Clodio, quàm in Milone; ſed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis ampliùs? quid enim odiſſet Clodium Milo, ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ, præter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat, ut odiſſet primùm defenſorẽ ſalutis meæ; deinde vexatorem furoris, domitorem armorum ſuorum; poſtremò etiam accuſatorem ſuum.

Conjectura ab odio. *Synonymia.* *Syllogiſmus.* *Cauſa odii in Clodio.* *Simil. cad.*

Reus

Punitor doloris. Vindex ob dolorem ſuum.

Quid ſi hæc. Argumentatio: *Si non oderat Clodium Milo, ſed Clodius oderat Milonem, non Milo Clodio, ſed Clodius Miloni paravit inſidias:*

Atqui non Clodium Milo, ſed Milonem Clodius oderat:

Ergo non Milo Clodio, ſed Clodius Miloni paravit inſidias. Minor probatur à cauſis: Concluſio eſt in illis verbis: *Quid vultis:*

Segetem. Occaſionem, cauſam, atque adeò incrementum, quaſi de qua excreſcerent quotidie occaſiones novæ laudis Miloni.

Præter civile odium. Civile odium eſt non vehemens, ſed moderatum, quale ſolet eſſe erga improbos cives, nõ quale eſt capitale odium, & internecivum, quo hoſtes, qui nos volunt perdere, perſequimur, ut pereundum nobis ſit, niſi illos perdamus.

Ille erat. Dura videtur locutio: Senſus debet eſſe, illi, Clodio, fuit, intellige, cauſa, vel ille erat, qui odiſſet.

Defenſorem ſalutis. Milo me Ciceronem defendit contra vim Clodii.

Vexatorem furoris: Milo furorem ejus, & ipſum Clodium nova molientem ſæpè vexârat, contra ipſius arma præſidium comparârat, vim vi repreſſerat.

Reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis? Quantum odium illius, & in homine injuſto quàm etiam juſtum? Reliquum eſt, ut jam illum natura ipſius conſuetudóque defendat: hunc autem hæc eadem coarguant. Nihil per vim unquam Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo, judices? cùm mœrentibus vobis urbe ceſſi, judiciúmne timui? non ſervos, non arma, non vim? Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi

Pannonius ſa.

14. *A natura utriúsque 3 conjectura. ...*

Lege Plotia. Juxta legem Plotii, vel Plauti, quæ erat de vi, quam Clodius intulerat alicui.

Quoad vixit. Licèt judicium illud Metelli Nepotis Conſulis edicto diſcuſſerit, non tamen ideò reus eſſe lege Plotia deſinebat, quia contra jus fásque ex illis legum & judiciorum vinculis evolârat.

Tyrannum. Tantò majus odium proptereà in Clodio exarſit, quò magis tyrannica & crudelis ejus erat natura nullarum legum patiens.

Reliquum eſt. Tranſitio cum ironia. Reliquum eſt, ut adverſarii Clodium defendant, eúmque inſidiarum fuiſſe auctorem negent, quia ſemper à vi & armis fuit alienus: & contrà Milonem fuiſſe inſidiatorem convincant, quia ſemper illa per vim patravit, quæ jure & judiciis exequi potuiſſet. *Jam illum.* Clodium, *natura ipſius* Clodii: *hunc,* Milonem.

Quid ergo? Probat Clodium fuiſſe violentum, ex eo, quòd ipſe Cicero per vim, & Clodianorum armorum terrorem ejectus eſt in exilium.

Non ſervos? Nonne potiùs timui ſervos, arma, vim, quàm judicium? His ejuſmodi rebus Ciceronem in exilium expulit Clodius.

tuendi mei, niſi ei fuiſſet injuſta ejiciendi? Diem mihi, credo, dixerat; multam irrogârat; actionem perduellionis intenderat: & mihi videlicet in cauſa aut mala, aut mea; non & præclariſſimâ & veſtrâ judicium timendum fuit. Servorum & egentium civium, & facinoroſorum armis meos cives

Epicherema. *Ironia.* *Antitheſis.*

Diem mihi credo. Num mihi judicium intendit, nomen meum detulit, diémque certum conſtituit, quo & ipſe me apud judices accuſaret, & ego me defenderem? Diem dicere nunc accipitur pro *accuſare*, quia olim, qui accuſabant, petebant à Magiſtratu certum diem, quo comparendum in judicio.

Multam irrogârat. Rogationem tulerat ad populum, ut mihi multam irrogaret, imponeret. Multam irrogare eſt, rogationem ſcriptam promulgare, quæ rogatio multam & pœnam imponendam reo continebat: *Rogatio* autem dicebatur, quia de ea *rogandus erat populus*, *irrogatio*, *quòd adverſus reum conſcripta eſſet*. e. g. Clodius rogare, quærere debebat populum, num vellet Ciceroni aquâ & igni interdici, exilium decerni, & de hoc illóve crimine reus probaretur?

Actionem perduellionis. Quòd ego perduellionis crimen commiſiſſem, qui Lentulum, Cethegum & alios Catilinæ conjuratos de ſenatûs ſententia interfici juſſi. Priſci *perduellem* vocabant, qui contra rempublicam vel majeſtatē imperii peccâſſet.

Videlicet. Videlicet, inſeruit ironiæ, tanquam ego debuiſſem metuere judicium, vel quòd cauſa eſſet *mala* (cùm non fuerit *mala* ſed optima, & præclariſſima) vel quòd eſſet *mea*) cùm tamen non tam me attineret, quàm totum ſenatum, cujus auctoritate juſſi conjuratos in carcere jugulari) & non potiùs cauſa ſenatûs.

Servorum. Finitâ ironiâ veram reddit diſceſſûs ſui

cives meis conſiliis periculiſque ſervatos, pro me objici nolui. Vidi enim, vidi hunc ipſum Q. Hortenſium, lumen & ornamentum Reipublicæ, penè interfici ſervorum manu, cùm mihi adeſſet: qua in turba C. Vibienus Senator, vir optimus, cum hoc cùm eſſet unà, ita eſt multatus, ut vitam amiſerit. Itaque quando illius poſteà ſica illa, quam à Catilina acceperat, conquievit? Hæc intentata nobis eſt: huic ego vos objici pro me non ſum paſ-

Geminatio. *Adjuncta.* *Ab exemplis.* *Membratim.* *Repetitio.* *Traductio.*

rationem: Qui videbat, ſibi vel vim vi repellendam, & ita cives quondam ſuis conſiliis à conjuratione Catilinæ & exitio ſervatos objiciendos armis Clodii, vel exeundum è civitate.

Vidi. Probat exemplis ſe exiviſſe de civitate ob vim Clodii, periculum civium, e. g. Hortenſii, Vibieni.

Cùm mihi adeſſet: Cùm mihi aſſiſteret, meámque cauſſam ſuâ præſentiâ & auctoritate defenderet.

Cum hoc cùm eſſet unà. Cùm eſſet unà cum Q. Hortenſio, mihíque pariter adeſſet.

Itaque quando. Pergit ad cætera Clodii facinora: qui ab ipſo Catilina edoctus fuerat ſicas vibrare, venena ſpargere, latrociniis omnia complere.

Sica illa. Sicas Romani gladios incurvos appellabant, quibus qui utebantur, ſicarii vocati ſunt.

Intentata nobis. Vel paulò antè, quàm urbe cederet, vel alia vice, ut ipſe Cicero deſcribit epiſt. 3. l. 4. ad Atticum: *Cùm ſacrâ viâ deſcenderem, inſecutus eſt me cum ſuis, clamor, lapides, fuſtes, gladii &c.*

Huic ego. Tum ceſſi ex urbe, ne meâ causâ boni cives cum perditis confligerent.

Pom-

tuendi mei, niſi ei fuiſſet injuſta ejiciendi? Diem mihi, credo, dixerat; multam irrogârat; actionem perduellionis intenderat: & mihi videlicet in cauſa aut malâ, aut mea; non & præclariſſimâ & veſtrâ judicium timendum fuit. Servorum & egentium civium, & facinoroſorum armis meos cives

Epicherema.

Antithesis.

Diem mihi credo. Num mihi judicium intendit, nomen meum detulit, diémque certum conſtituit, quo & ipſe me apud judices accuſaret, & ego me defenderem? Diem dicere nunc accipitur pro *accuſare*, quia olim, qui accuſabant, petebant à Magiſtratu certum diem, quo comparendum in judicio.

Multam irrogârat. Rogationem tulerat ad populum, ut mihi multam irrogaret, imponeret. Multam irrogare eſt, rogationem ſcriptam promulgare, quæ rogatio multam & pœnam imponendam reo continebat: *Rogatio* autem dicebatur, quia de ea *rogandus erat populus*, *irrogatio*, *quòd adverſus reum conſcripta eſſet*. e. g. Clodius rogare, quærere debebat populum, num vellet Ciceroni aquâ & igni interdici, exilium decerni, & de hoc illóve crimine reus probaretur?

Actionem perduellionis. Quòd ego perduellionis crimen commiſerim, qui Lentulum, Cethegum & alios Catilinæ conjuratos de ſenatûs ſententia interfici juſſi. Priſci *perduellem* vocabant, qui contra rempublicam vel majeſtatē imperii peccâſſet.

Videlicet. Videlicet, inſervit ironiæ, tanquam ego debuiſſem metuere judicium, vel quòd cauſa eſſet *mala* (cùm non fuerit *mala* ſed optima, & præclariſſima) vel quòd eſſet *mea*) cùm tamen non tam me attineret, quàm totum ſenatum, cujus auctoritate juſſi conjuratos in carcere jugulari) & non potiùs cauſa ſenatûs.

Servorum. Finitâ ironiâ veram reddit diſceſſûs ſui

cives meis conſiliis periculiſque ſervatos, pro me objici nolui. *Geminatio.* Vidi enim, vidi hunc ipſum Q. Hortenſium, *Adjuncta.* lumen & ornamentum Reipublicæ, *Ab exemplis.* penè interfici ſervorum manu, cùm mihi adeſſet: qua in turba C. Vibienus Senator, vir optimus, cum hoc cùm eſſet unà, ita eſt multatus, ut vitam amiſerit. Itaque quando illius poſteà *Membratim.* ſica illa, quam à Catilina acceperat, conquievit? Hæc intentata nobis eſt: *Repetitio.* *Traductio.* huic ego vos objici pro me non ſum paſ-

rationem: Qui videbat, ſibi vel vim vi repellendam, & ita cives quondam ſuis conſiliis à conjuratione Catilinæ & exitio ſervatos objiciendos armis Clodii, vel exeundum è civitate.

Vidi. Probat exemplis ſe exiviſſe de civitate ob vim Clodii, periculum civium, e. g. Hortenſii, Vibieni.

Cùm mihi adeſſet: Cùm mihi aſſiſteret, meámque cauſſam ſuâ præſentiâ & auctoritate defenderet.

Cum hoc cùm eſſet unà. Cùm eſſet unà cum Q. Hortenſio, mihique pariter adeſſet,

Itaque quando. Pergit ad cætera Clodii facinora; qui ab ipſo Catilina edoctus fuerat ſicas vibrare, venena ſpargere, latrociniis omnia complere.

Sica illa. Sicas Romani gladios incurvos appellabant, quibus qui utebantur, ſicarii vocati ſunt.

Intentata nobis. Vel paulò antè, quàm urbe cederet, vel alia vice, ut ipſe Cicero deſcribit epiſt. 3. l. 4. ad Atticum: *Cùm ſacrâ viâ deſcenderem, inſecutus eſt me cum ſuis, clamor, lapides, fuſtes, gladii &c.*

Huic ego. Tum ceſſi ex urbe, ne meâ cauſâ boni cives cum perditis confligerent.

Pom-

passus: hæc insidiata Pompejo est. Hæc istam Appiam, monumentum sui nominis, nece Papirii cruentavit: hæc, hæc eadem longo intervallo conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, me ad regiam pæne confecit. Quid simile Milonis? cujus vis omnis hæc semper fuit, ne P. Clodius, cùm in judicium detrahi non posset, vi oppressam civitatem teneret. Quem si interficere voluisset, quantæ quoties occasiones, quàm præclaræ fuerunt? Potuitne, cùm domum ac Deos penates ſuos illo oppugnante defenderet,

Geminatio.

[illegible]

Natura Milonis pacifica.

Deſcribit occaſiones occidendi Clodii.

Pompejo. Quando ad templum Caſtoris ſervo ſica excidit, ut ſuprà.

Iſtam Appiam. Viam. Vide ſuprà f. 206.

Longo intervallo. Cùm inter ſervos Hypſæi & Milonis pugna commiſſa eſt; ubi tradit Aſconius, etiam Ciceronem in vitæ periculum à Clodio adductū. *Ad regiam:* ad illud palatium, in quo olim Ancus Martius ſedem habuiſſe fertur. Regiæ plures erant Romæ.

Quid ſimile Milonis? Milonem oſtendit fuiſſe à violentia penitùs alienum, eo maximè argumento, quòd multas occaſiones omiſerit Clodii per vim opprimendi.

In judicium detrahi. Cùm ei diem dixiſſet Milo, Conſul Metellus Nepos, Prætor, Appius Clodius, Clodii frater, tribunus plebis &c. nova novi generis edicta propoſuerunt, ne reus adſit, ne citetur &c. & hi impedierunt judicium.

Cùm domum. Illud ipſe Cicero deſcribit in Sextiana: Clodius domum Milonis oppugnârat; Milo, *quanquam dolor animi, innata libertas, prompta excellénsque virtus fortiſſimum virum hortabantur, ut vim, oblatam præſentem*

Repetitio. ret, jure ſe ulciſci? potuítne cive egregio, & viro fortiſſimo P. Sextio, collega ſuo, vulnerato? potuítne Q. Fabricio, viro optimo, cùm de reditu meo legem ferret, pulſo, crudeliſſima in foro cæde facta? potuítne L. Cæcilii, juſtiſſimi, fortiſſimique Prætoris oppugnata domo? potuítne illo die, cùm eſt lata lex de me? cùm to-
Metonymia. tius Italiæ concurſus, quem mea ſalus concitârat, facti illius gloriam libens agnoviſſet: ut etiam ſi id Milo feciſſet, cuncta civitas eam laudem pro ſua

tim ſæpiùs ut frangeret, ut refutaret, tanta moderatio fuit hominis &c.

Potuítne. Annon potuit?

P. Sextio vulnerato? Qui cùm ſimul tribunus plebis fuiſſet cum Milone, & obnuntiâſſet Clodianis conſiliis, *Subitò manus illa Clodiana in cæde civium ſæpè jam victrix, exclamat, incitatur, invadit: inermem, atque imparatum tribunum alii gladiis adoriuntur &c. à quibus hic multis vulneribus acceptis &c.* pro Sextio.

Q. Fabricio. Cùm ex S. C. lex de reditu Ciceronis ferretur, & Fabricius princeps rogationis templum ad promulgandam legem ſummo manè occupâſſet, Clodiani *impetum faciunt in Fabricianos, manus afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos.*

L. Cæcilii. Tumultus in hunc factus eſt, cùm Prætor ludos faceret.

Cùm eſt lata lex de me. Quando legem tulit P. Lentulus Conſul, ut Cicero patriæ reſtitueretur, quo die omnes cives Romani, qui ex tota Italia ad revocandum Ciceronem convenerant, ſic exarſerant odio Clodii, ut ſi Milo Clodium tum occidiſſet, omnes hujus facti gloriam quaſi propriam ſibi tri-

ſua vindicaret? Atqui erat id temporis clariſſimus & fortiſſimus Conſul, inimicus Clodio, P. Lentulus, ultor ſceleris illius, propugnator Senatûs, defenſor veſtræ voluntatis, patronus illius publici conſenſûs, reſtitutor ſalutis meæ: ſeptem Prætores, octo tribuni plebis, illius adverſarii, defenſores mei: Cn. Pompejus auctor & dux mei reditûs, illius hoſtis: cujus ſententiam Senatus omnis de ſalute mea graviſſimam & ornatiſſimam ſecutus eſt: qui populum Romanum cohortatus eſt: qui cùm de me decretum Capuæ fecit; ipſe cunctæ Italiæ cupienti, & ejus fidem imploranti ſignum 15. *Definitiones.* *Enumeratio.* *Repetitio.*

tribuiſſent, & cædis auctores videri voluiſſent.

Erat id temporis. Eo tempore potuiſſet occidere Clodium, quo fautores habuiſſet ad cædem plurimos, ut Lentulum &c.

Defenſor veſtræ voluntatis. Senatores, Equites, tribuni Ciceronis reditum volebant, horum voluntatem defendit, executus eſt Lentulus.

Patronus. Adjuvit, promovit id, quod populus uno conſenſu, & ſuis ſuffragiis volebat; ſunt hæ definitiones ferè Synonymicæ.

Septem Prætores. Præter unum Prætorem, ut alibi dicit, nam erant in urbe Prætores octo, tribuni plebis decem.

Cn. Pompejus. Quo auctore & ſententiæ principe ſenatus decrevit, ut ſiquis impediret reditum Ciceronis, in hoſtium numero putaretur.

Qui populum Rom. In oratione poſt reditum ad Quirites ſynopſis quædam concionis Pompeii continetur.

Decretum Capuæ. De hac re in Piſonem [illegible]

[illegible]

Tac-

num dedit, ut ad me reſtituendum Romam concurrerent. Omnia tum denique in illum odia civium ardebant deſiderio mei: quem qui tum interemiſſet, non de impunitate ejus, ſed de præmiis cogitaretur. Tamen ſe Milo continuit, & P. Clodium in judicium bis, ad vim nunquam vocavit. Quid? privato Milone, & reo ad populum, accuſante P. Clodio, cùm in Cn. Pompejum pro Milone dicentem impetus factus eſt: quæ tum non modò occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimendi fuit? Nuper verò cùm M. Antonius ſummam ſpem ſalutis bonis omnibus attuliſſet, graviſſimámque ado-

Antitheſis.

Synæcioſis.

Per interrogationem.

Tamen ſe Milo. Tot occaſionibus oblatis non uſus eſt Milo, & ſemper à vi facienda ſibi temperavit: non enim Clodium ad vim unquàm vocavit, licèt vim vi propulſàrit, & armis provocatus, armis ſuam reique publicæ ſalutem defenderit.

In judicium bis. Diem dixit ei ſemel, quod conſtat, fortè alia vice in alio judicio ejus fuit adverſarius cum aliis.

Quid? privato Milone. Quando Milo privatus erat, in nullo jam magiſtratu, cùm tribunatum depoſuit, accuſavit eum de vi ad populum P. Clodius, defendit Pompejus.

Nuper verò. De hac re loquitur Cicero in Philippica 2. *Quidnam homines putarent, ſi tum occiſus eſſet, cùm tu illum in foro, ſpectante populo R. ſtricto gladio inſecutus es, negotiúmque tranſegiſſes, niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet.*

M. Antonius. Eſt ille ipſe, in quem poſteà Philippicas habuit Cicero. Nobiliſſimus erat adoleſcens, ſed poſteà ſeductus, & à quodam, Curio-

adoleſcens nobiliſſimus reipublicæ partem fortiſſimè ſuſcepiſſet, atque illam belluam, judicii laqueos declinantem, jam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, Dii immortales, fuit! Cùm ſe ille fugiens in ſcalarum tenebras abdidiſſet, magnum Miloni fuit, conficere illam peſtem nullâ ſuâ invidiâ, Antonii verò maximâ gloriâ? Quid? comitiis in campo quoties poteſtas fuit? cùm ille in ſepta irruiſſet, gladios diſtringendos, lapides jaciendos curâſſet, deinde ſubitò vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos & omnes boni vota face-

Allegoria. *Exclamatio.* *Contraria.* *Repetitio.* *Simil. cad.*

Curione dicto, ad varia ſcelera pertractus. Vitâ ſuâ luxurioſâ adhuc juvenis æs alienum contraxit 340000. flor.

Illam belluam. Clodium. Allegoria ducta à belluis, quæ venatorum tendiculas & laqueos declinant.

Qui locus. Aliis verbis occaſionem explicat, *poteſtas, tempus, cauſa.*

Quid? Comitiis. Quoties oblata fuit occaſio Clodii occidendi, cùm in campo Martio comitia Conſularia ſuis ſe dictitabat humeris ſuſtinere, id agens, ut Milo repulſam ferret, & Scipio, Hypſæúsque conſules crearentur?

In campo. Qui Martius vocabatur, quia Deo Marti conſecratus.

In ſepta irruiſſet. In illa loca campi, quæ clathris & ligneis repagulis erant diſcluſa, ubi ſingulæ centuriæ ſingulis ſeptis diſtinctæ ſuffragia ferebant.

Vultu Milonis. Qui ſe ejus furori objecerat.

Ad Tiberim. Qui campum Martium perfluit.

faceretis, ut Miloni uti virtute ſua liberet? Quem igitur cum omnium

16. *Concluſio argumenti.* gratia noluit: hunc voluit cum aliquorum querela? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impunè non eſt auſus; hunc injuriâ, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitavit occidere? præſertim, judices,

4. Conjecturâ. A circumſtantia temporis. Thelis. cùm honoris ampliſſimi contentio, & dies comitiorum ſubeſſet: quo quidem tempore (ſcio enim quàm timida ſit ambitio; quantáque & quàm ſolicita cupiditas conſulatûs) omnia non modò, quæ reprehendi palàm, ſed etiam quæ obſcurè cogitari poſſunt, time-

Uti virtute ſua. Fortiter facere placeret, & Clodium occidere. Id tamen apertè non dixit, ſed prudenter orationem mollivit, ne judicum aures offenderet, quemadmodum ſuprà: *Fecerant id ſervi Milonis &c.*

Quem igitur. Argumentatio, & argumenti amplificati concluſio: *Qui hominem cum omnium gratia, loco commodo & tempore non vult occidere, multò minus hominem cum aliquorum querela, alieno loco & tempore vult occidere: Sed Milo Clodium cum omnium gratia, loco commodo & tempore noluit occidere, Ergo multò minus &c.* Sed obſerva quam aliter Syllogismos proponat orator.

Præſertim. Novo argumento & ſuperius corroborat, & Milonem fuiſſe inſidiatorem probat; neque enim hanc cædem facturus fuiſſet tempore comitiorum, quo populi offenſio metuenda.

Honoris ampliſſimi contentio. Conſulatus, maximi & ſupremi honoris.

Comitiorum. Comitia ſunt conventus populi.

Fabu-

timemus: rumorem, fabulam falſam, fictam, levẽ perhorreſcimus: ora omnium atque oculos intuemur. Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos, ſensúsque civium, qui non modò improbitati iraſcuntur candidatorum, ſed etiam in rectè factis ſæpè faſtidiunt. Hunc diem igitur campi ſperatum atque exoptatum ſibi proponens Milo, cruentis manibus ſcelus & facinus præ ſe ferens, & confitens, ad

Repetitio. *Diſſoluta.* *Inciſa.* *Concluſio.*

Fabulam falſam &c. Metuunt candidati, ne homines res falſas, etiam leves, & parùm credibiles de ſe ſpargant, & ſic malâ aliquâ famâ laborent. Non omnes fabulæ ſunt falſæ, ſed aliquæ ſunt involucra hiſtoriarum ac veritatum.

Ora omnia. Ita timidi ſumus, ut ex ore & oculis omnium pendeamus, & ex eorũ nutibus indicia captemus, quibus poſſimus eorùm erga nos voluntatem agnoſcere.

Aut flexibile. Sic pro Muræna de comitiis loquens Cicero ait: *Totam opinionẽ parvâ nonnunquam commutat aura rumoris.*

Candidatorum. Candidati dicebantur, qui Magiſtratum petebant; quia eo tempore togam habebant albam, nullo alio colore, aut prætextâ variatam. Aliàs ſenatores, & honoratiores cives albam etiam togam; ut tum moris erat, gerebant, ſed plerumq; purpurâ, lato clavo, aut aliâ ratione variatam.

Faſtidiunt. Etiàm illa, quæ rectiſſimè dicta & facta ſunt, reprehendere, improbare, & malè de iis ſentire ac loqui ſolent.

Diem igitur campi. Concluſionem objectâ religione corroborat: etiamſi Milo de retinenda civium benevolentia non cogitâſſet, tamen; quæ ipſius eſt pietas ac religio; comitiorum auſpicia, & diei ſanctitatem polluere

A repugnantibus. ad illa auguſta centuriarum auſpicia veniebat? quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum, quin ſe ille interfecto Milone regnaturum putaret? Quid? quod caput eſt audaciæ, judices; quis ignorat, maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? In utro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus eſt facti aut præclari, aut certè neceſſarii? an in Clodio? qui ita judicia, pœnámque contempſerat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas eſſet, aut per leges liceret? Sed

5. Conjectura à ſpe impunitatis. *Major.* *Minor.* *Disjunctio.*

luere noluiſſet: quæ ſine dubio polluta fuiſſet, ſi manibus cruentis poſt cædem patratam candidatus in campum auſus fuiſſet deſcendere.

Auſpicia. Centuriæ enim conveniebant auſpicatò, id eſt, auguriis ex aëre vel aliunde captatis: ergo non ſine religione. Hæc auſpicia erant variæ obſervationes & ſuperſtitiones, quæ ſi infauſtæ fuiſſent, comitia eo die non fiebant.

In Clodio non dubitandum. Quia Clodius ſemper fuit contemptor auſpiciorum & religionum, non item Milo.

Regnaturum. Prævalituſrum, & omnibus dominaturum.

Quid? quod caput &c. Novum argumentum: Spes impunitatis, eſt maxima peccandi *illecebra*: *Spem impunitatis habuit Clodius, non Milo &c.*

Qui etiam nunc. Apparet facto ipſo, Milonem ſperare non potuiſſe impunitatem, cùm modò reus in judicium adducatur.

Facti aut præclari &c. Propter factum, quod vel eſt præclarum, ſi Clodium occidit reipublicæ causâ, vel certè neceſſarium, ſi ſuæ vitæ tuendæ causâ interemit.

Sed

Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? te, Q. Petilli appello, optimum & fortiſſimum civem: te M. Cato, teſtor, quos mihi divina quædam ſors dedit judices. Vos ex M. Favonio audiſtis, Clodium ſibi dixiſſe, & audiſtis, vivo Clodio, periturum Milonem triduo. Poſt diem tertium geſta res eſt, quam dixerat. Cùm ille non dubitaret aperire, quid cogitârit, vos poteſtis dubitare, quid fecerit? Quemadmodum igitur eum dies non fefellit? Dixi equidem modò. Dictatoris Lanuvini ſtata ſacrificia nôſſe negotii nihil erat. Vidit neceſſe eſſe Miloni, proficiſci Lanuviũ illo ipſo, quo profectus eſt die. Ita-

Correctio. *6. Conjectura à dictis Clodii.* *Concluſio. Simil. cad.* 17. *Non tantùm voluit, ſed etiam potuit has inſidias ſtruere Clodius.*

Sed quid? Aliud argumentum à dictis Clodii; Favonio dixerat, triduo Milonem periturum. Poſt diem tertium geſta res eſt, quam dixerat.

Divina ſors. Judices ſorte ex urna extrahebantur; ſors iſta à Diis temperata fuit, ut vos judices fieretis, inquit Cicero.

Audiſtis vivo Clodio. Prudenter addit vivo: ne quis putet id à Favonio poſt mortem Clodii fuiſſe confictum.

Quemadmodum igitur. Poſtquam adductis ſex argumentis & conjecturis probavit fuiſſe in Clodio voluntatem inſidias ſtruendi, non item in Milone, jam ſolvit id, quod objici potuiſſet: etſi voluiſſet Clodius, quomodo potuit hac ratione, quâ factum eſt, inſidias ſtruere, cùm non ſciverit iter Milonis, quo die, quando, quò futurum ſit? reſpondet Cicero.

Stata ſacrificia. Sunt ea, quæ certis diebus fieri debent, & ſolent.

Itaque antevertit. At quo die? quo, ut antè dixi, fuit inſaniſſima concio ab ipſius mercenario tribuno plebis cõcitata: quem diem ille, quam concionem, quos clamores, niſi ad cogitatum facinus approperaret, nunquã reliquiſſet. Ergo illi ne cauſa quidem itineris, etiam cauſa manendi: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non cauſa ſolùm, ſed etiam neceſſitas fuit. Quid ſi, ut ille ſcivit, Milonem fore eo die in via, ſic Clodiũ Milo ne ſuſpicari quidẽ potuit? Primùm quæro, quî ſcire potuerit. Quod vos idem in Clodio quærere non poteſtis. Ut enim neminẽ alium, niſi T. Patinam, familiariſſimũ ſu-

Traductio.

Commutatio.

Antitheta.

A contrario.

Itaque antevertit. Suprà; *Româ ſubitò ipſe profectus pridie eſt, ut ante ſuum fundum, quod re intellectum eſt, Miloni inſidias collocaret.*

Mercenario tribuno. Mercede conductο, ut haberet ſeditioſas conciones, & uno ex iis, quos in Piſoniana vocavit *de lapide emptos tribunos plebis.*

Ergo illi ne cauſa. Hoc argumentum eſt: *Qui exiit, cùm ſubeſſet cauſa manendi, is exiit eo conſilio, ut inſidias collocaret, ſed Clodius &c.* Item: *Qui exiit neceſſitate & officii ratione compulſus, non exiit ad ſtruendas inſidias, ſed Milo &c. Sed Clodius &c.*

Quid ſi. Novum argumentum: Milo non potuit inſidiari, quippe qui nihil de Clodii profectione reſcire potuerit: Contrà Milonis iter à Clodio facilè ſciri, atque adeò inſidiæ poni potuêre.

Quî ſcire. Quo tandem pacto ſcire potuit Milo Clodium eo die Romam, primis intendentibus ſe tenebris eſſe rediturum?

T. Patinam. Videtur is fuiſſe Lanuvinus, qui tanto-

ſuū, rogâſſet, ſcire potuit, illo ipſo die Lanuvii à Dictatore Milone prodi flaminē neceſſe eſſe. Sederant permulti alii, ex quibus id facillimè ſcire poſſet, omnes ſcilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu unde quæſivit? quæ fierit ſanè, (videte, quid vobis largiar) ſervum etiam, ut Arrius, meus amicus dixit, corruperit. Legite teſtimonia teſtium veſtrorum. Dixit C. Caſſinius, cognomento Schola Interamnas, familiariſſimus, & idem comes P. Clodii: cujus jam pridem teſtimonio Clodius eâdem horâ Interamnæ fuerat, & Romæ,

Conceſſio.

A teſtibus.

Repugnantia.

pere oppidi illius inſtituta calleret.

Prodi Flaminem. Sacerdotem creari & declarari. Vide ſuprà.

Milo de Clodii reditu. Nec quæſivit Milo de reditu Clodii, nec ſi quæſiviſſet, quid quā certi habere potuiſſet, quod probat ſequentibus.

Servum etiam corruperit. Ex cauſæ fiducia conceſſionem hanc facit: Neque enim Milo revera Clodii ſervum corruperat, ut ſe de profectione Clodii faceret certiorem. Sed etiamſi corrupiſſet, tamen nihil inde efficiebatur contra Milonem: quia ſervus ille nihil potuiſſet certi de reditu Clodii nuntiare: atque adeò non potuiſſet Milo eo conſilio proficiſci, ut Clodio in via occurreret. Non rediturus fuiſſet Clodius, niſi aliqua cauſa repentè extitiſſet, & mutâſſet voluntatem.

Interamnas. Civis Interamnanus. Eſt Interamna urbs Umbriæ, quæ nunc Terni dicitur, celebris ob præſtantia vina, quæ appellant *Vernaceia.*

Jampridem. Iſte C. Caſſinius jam olim falſum dedit teſtimonium pro Clodio, quando P. Clodius in jus vocatus eſt de ſtupro Bonæ Deæ pulvinaribus illato, teſtans

mæ, P. Clodium illo die in Albano manſurũ fuiſſe, ſed ſubitò ei eſſe nuntiatum, Cyrum architectum eſſe mortuum, itaque Romam repente conſtituiſſe proficiſci. Dixit hoc comes item P. Clodii, C. Clodius. Videte judices, quantæ res his teſtimoniis ſint confectæ. Primùm certè liberatur Milo, non eo conſilio profectus eſſe, ut inſidiaretur in via Clodio: quippe qui ei obvius futurus omnino non erat, deinde (non enim video, cur non meum quoque agam negotium) ſcitis, judices, fuiſſe, qui in hac rogatione ſuadenda dicerent, Milonis manu cædem

18. *Ex dictis teſtium colligit argumentum.*

Declinatio brevis.

ſtatus hic eſt, Clodium eo die, quo ſacra facta ſunt Bonæ Deæ, fuiſſe apud ſe Interamnæ: cùm tamen conſtaret Clodium ea die fuiſſe Romæ. juxta hujus igitur teſtimonium, Clodius eadem die vel etiam horâ, fuit Interamnæ & Romæ. Interamnæ, ut Caſſinius volebat; Romæ, ut Cicero certum habebat. Hic Caſſinius nunc teſtatus eſt, Clodium eo die in Albano manſurum fuiſſe & hîc quidem verum dixit.

In Albano. Albanum locus eſt aliquot milliaribus Româ diſtans, villas habens amœnas & aërem ſalubrem, ubi nunc etiam caſtellum Gandolpho, quò Pontifex æſtatis tempore ſolet concedere.

Obvius ei &c. Nam juxta teſtes Clodius eo die in Albano manſurus erat, niſi repentè, ſubita incidẽte cauſa, quam Milo ſcire non poterat, mutâſſet ſententiam.

Non enim video. Non video, cur non confutem eos, qui ad me cædis Clodianæ conſiliũ derivare voluerunt.

In hac rogatione. Qui populum hortati ſunt, nempe Q. Pompejus, Salluſtius & alii, ut

dem eſſe factam, conſilio verò majoris alicujus. Videlicet me latronem ac ſicarium abjecti homines ac perditi deſcribebant. Jacent ſuis teſtibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, niſi de Cyro audiſſet, fuiſſe rediturum. *Membratim.* Reſpiravi, liberatus ſum. Non vereor, ne quod ne ſuſpicari quidē potuerim, videar id cogitâſſe. Nunc perſequar cætera. *Redit ad rem.* Nam occurrit illud: Igitur ne Clodius quidem de inſidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano manſurus. *Occupatio.* ſiquidem exiturus ad cædem è villa non fuiſſet. Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiâſſe, non id nuntiâſſe, ſed Milonem appropinquare. Nam quid de Cyro nuntiaret, quem

ut nova hæc lex, nova quæſtio de cæde Clodii inſtitueretur: fiebat enim talis lex rogatione: *Rogo vos, quæro, velitis jubeatis.*

De Cyro. De morte Cyri architecti. De Cyro architecto Cic. lib. 2. ad fratrem epiſt. 2. *De ædificatione tua Cyrum urgere non ceſſo: ſpero eum in officio fore.* Græcus fuit, & ſtudiis mathematicis eruditus, & Tullio familiaris.

Reſpiravi. Ab intentatæ calumniæ metu.

Occurrit illud. Objici poteſt: Si admittimus illud C. Caſſinii Scholæ, & C. Clodii teſtimonium, hinc efficietur, Clodium haudquaquam de inſidiis cogitâſſe; nam qui in Albano manſurus erat, de inſidiis in via ſtruendis nō cogitavit. Reſpondet Cicero & negat eum in Albanò fuiſſe manſurum, ſed Clodium tantùm ita ſimulâſſe.

Video. Non de Cyri morte, ſed de Milonis adventu nuntiatum fuit.

quem Clodius Româ proficiſcens reliquerat morientem? Unà fui: teſtamentum ſimul obſignavi cum Clodio: teſtamentum autem palàm fecerat, & illum hæredem, & me ſcripſerat. Quem pridie horâ tertiâ animam efflantem reliquiſſet, eum mortuum poſtridie horâ decimâ denique ei nuntiabatur? Age, ſit ita factum; quæ cauſa, cur Romam properaret? cur in noctem ſe conjiceret? quid afferebat feſtinationem? quòd hæres erat? Primùm erat nihil, cur properato opus eſſet: deinde, ſi quid eſſet, quid tandem erat, quod eâ nocte conſequi poſſet, amitteret autem, ſi poſtridie manè Romam veniſſet? atque ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potiùs,

Conceſſio. 19. *Interrogatio.* *Subjectio.* *Removet cauſas.*

Teſtamentum ſimul. Et Cicero & Clodius ſcripti ſunt hæredes à Cyro.

Palàm fecerat. Quidam ante mortem ſciri non volebant, quos hæredes ſcripſiſſent; ideóque teſtamentum obſignatum tradebant defunctis teſtatoribus reſignandum. Alii palàm faciebant. Quare ſi objiceretur, Clodium properato opus habuiſſe, ut teſtamentum Cyri reſignatum legeret, reſpondere poſſet Cicero, non fuiſſe hanc cauſam, quia *teſtamentum palàm fecerat.*

Horâ tertiâ. Poſt ſolis ortum, adeóque matutinâ. De horis ſuprà. Potuiſſet ergo longè maturiùs de Cyri morte nuntiari.

In noctem ſe conjiceret? Cur horâ diei decimâ, duabus ante noctem horis ſe viæ committeret?

Atque ut illi. Sicut ergo Clodius non hæreditatis, ſed inſidiarum causâ profectus tali tempore creditur: Sic

ex

tius, quàm expetendus fuit: ſic Miloni, cùm inſidiator eſſet, ſi illum ad urbem noctu acceſſurum ſciebat, ſubſidendum atque expectandum fuit. Noctu invidioſo & pleno latronum in loco occidiſſet. Nemo ei neganti non crediſiſſet, quem eſſe omnes ſalvum, etiam confitentem volunt. Suſtinuiſſet hoc crimen primùm ipſe latronum occultator, & receptator locus, dum neque muta ſolitudo indicâſſet, neque cæca nox oſtendiſſet Milonem: deinde ibi multi ab illo violati, ſpoliati, bonis

Contraria.

A tempore & loco.

Antitheta.

Metonymia.

Diſſoluta.

Inciſa.

ex ipſo itinere Milonis conjici poteſt, eum non cogitâſſe de inſidiis. Potuiſſet enim hic conſultiùs facere, ſi feriùs iter adornâſſet, & propè urbem, ad monumentum Baſilii, qui locus erat inſidiis aptiſſimus, ſubſtitiſſet, & ibi Clodium expectâſſet.

Cùm inſidiator. Si ipſe voluiſſet inſidias ponere.

Subſidendum: Subſidere, vocabulum eſt caſtrenſe, quod non ſimpliciter ſubſiſtere ſignificat, ſed in inſidiis ſubſiſtere.

Noctu invidioſo &c. A comitantibus, ſive ab ipſis facti circumſtantiis probatur, Milonem non fuiſſe inſidiatorem. Nam Milo ſubſtitiſſet prope urbē loco apto & tuto, ut cædem perageret. *Invidioſum* vocat, quia locus ille potiùs Clodio invidiam facturus erat; nam facilè crediſiſſent homines, Clodium ibi inſidias ſtruxiſſe, ubi jam multos antè vexârat, & ſpoliârat; item alios cædis auctores putâſſent, qui ſibi timuiſſent ab inſidiis Clodii ſæpè ibi ſtructis, vel ut vindictam ſumerent.

Pleno latronum in loco. In via Appia. Eſt prope urbem monumentum Baſilii, qui locus latrociniis fuit perquàm infamis.

Muta ſolitudo: Locus ab hominibus remotus.

Occupatio. *Concessio.*

bonis expulſi, multi etiam hæc timentes in ſuſpicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria. Atque illo die certè Ariciâ rediens divertit Clodius ad Albanum. Quod ut ſciret Milo, illum Ariciæ fuiſſe, ſuſpicari tamen debuit, eum, etiam ſi Romam illo die reverti vellet, ad villam ſuam, quæ viam tangeret, diverſurum. Cur neque antè occurrit, ne ille in villa reſideret: nec eo in loco ſubſedit, quò ille noctu venturus eſſet? Video adhuc conſtare omnia, judices: Miloni etiam utile fuiſſe Clodium vivere: illi ad

Recapitulatio per contrapoſitionem.

Rea citaretur Etruria. Facillè omnes credidiſſent, Hetruſcos fuiſſe cædis auctores ob illas injurias, quibus totam Hetruriam laceraverat Clodius.

Atque illo die. Hoc autem certũ, conſtare hoc poterat, Clodium ea die reducem Ariciâ tantiſper divertere ad Albanum, Eſto inquam, *quod ut ſciret*, quamvis, licèt, utut hoc ſciret Milo per aliquem corruptum Clodii ſervum, nihil tamen hinc efficietur contra Milonem; nam ſi putavit Clodium eo die Ariciâ rediturum, ſuſpicari debuit, eum non in villam Albanam Pompeii, aliquot paſſibus à via remotam, ſed potiùs ad villam ſuam, quæ viam tangeret, eſſe diverſurum. Quòd ſi Clodium ſuſpicabatur ad villam ſuam eſſe digreſſurum, debuit Milo prævenire, & antè occurrere Clodio, quàm ille in villa ſua reſideret: atqui nõ occurrit, ergo de inſidiis non cogitavit.

Aricia. Oppidum juxta viam Appiam ultrà Bovillas ad collem Virbii.

Video adhuc. Recapitulatio omnium, quæ hactenus in confirmatione tractata ſunt.

Adhuc: Hucusque, hactenus.

Patiut

ad ea, quæ concupierat, optatiſſimum interitum Milonis; odium fuiſſe illius in hunc acerbiſſimum, nullum hujus in illum; conſuetudinem illius perpetuam in vi inferenda, hujus tantùm in repellenda; mortem ab illo denuntiatam Miloni, & prædictum palàm, nihil unquam auditum ex Milone: profectionis hujus diem illi notum, reditum illius huic ignotum fuiſſe: hujus iter neceſſarium, illius etiam potiùs alienum: hunc præ ſe tuliſſe, ſe illo die Româ exiturum; illum eo die ſe diſſimulâſſe rediturum: hunc nullius rei mutâſſe conſilium, illum cauſam mutandi conſilii finxiſſe: huic ſi inſidiaretur, noctem prope urbem expectandam; illi etiam ſi hunc non timeret, tamen acceſſum ad urbem nocturnum fuiſſe metuendum. 10.
Videamus nunc id, quod caput eſt: locus ad inſidias ille *Ab opportunitate loci.*

Potiùs alienum. Quo die nempe inſaniſſima concio eſt concitata, à qua abeſſe non erat Clodii ſine maxima cauſa.

Diſſimulâſſe. Diſſimulavit, exteriùs negavit ſe rediturum Romam, dixit ſe manſurum in Albano, aliud autem mente deſtinavit.

Videamus nunc id. Aliud argumentum ducit ab opportunitate loci, in quo congreſſi ſunt, & eum inſidiatorem fuiſſe dicit, qui ex loco excelſo, & commodiore ad pugnam impetum facere poterat, longè videlicet antè meditatam.

Id quod caput. Quod eſt maximi momenti in hac cauſa, ex quo firmiſſimum ar-
gu-

ille ipſe, ubi congreſſi ſunt: uter tandem fuerit aptior. Id verò, judices, etiam dubitandum, & diutiùs cogitandum eſt? Ante fundum Clodii: quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabatur valentium. Edito adverſarii, atque excelſo loco ſuperiorem ſe fore putabat Milo, & ob eam rem eum locum ad pugnam potiſſimùm elegerat? an in eo loco eſt potiùs expectatus ab eo,

Adjuncta.

gumentum deducitur. Elegit enim comodum pugnæ locum, qui inſidias facere cogitaret.

Ille ipſe. Priùs de loco, ubi potuiſſet Milo, ſi inſidias voluiſſet ſtruere, commodiùs eas parare; nunc de loco, quo actu congreſſi ſunt.

Ante fundum. Ante fundum Clodii pugnatum eſt, ubi facilè mille homines tum ſervi, tum architecti verſabantur, qui Clodio ſuccurrere potuiſſent: at probabile, Milonem non fuiſſe adeò cæcum audacia & temeritate, ut eo loco pararet inſidias Clodio, ubi à Clodii mercenariis auxilium domino ferentibus opprimi facilè potuiſſet.

Inſanas ſubſtructiones. Ædificia valde magna, inſana quadam ſe extollendi cupiditate tam vaſta, tam ſuperba mole conſtructa.

Mille hominum valentium &c. Grammaticalis hic eſſet lis, an mille accipiatur ſubſtantivè, & ſic duo ſubſtantiva ſint, *mille hominum &c.* vel adjectivè, ita ut intelligatur aliud Subſtantivum e. g. *multitudo*, vel *numerus*, vel *manus*, ut apud Virgil. *mille manus juvenũ.* Suppetũt plura hujus locutionis exẽpla.

Edito adverſarii. Ut clarum habeas ſenſum, obſerva appoſitam interrogationis notam: an ſtetit Milo in loco edito & excelſo, ante fundum adverſarii, & illum ſibi locum ſtudioſè delegit? vel potiùs Clodius in eo edito & excelſo loco ſubſedit?

Rea.

eo, qui ipſius loci ſpe facere imperum cogitârat? Res loquitur, judices, ipſa, quæ ſemper valet plurimùm. Si hæc non geſta audiretis, ſed picta videretis; tamen apparet, uter eſſet inſidiator, uter nihil cogitaret mali, cùm alter veheretur in rheda penulatus, unà ſederet uxor, quid horum non impeditiſſimum? veſtitus, an vehiculum, an comes? quid minùs promptum ad pugnam, cùm penulâ irretitus, rhedâ impeditus, uxore pæne conſtrictus eſſet? Videte nunc illum, primùm egredien-

Hypotypoſis. *Diſtributio.* *Sim. ad.*

Res loquitur. Nôſtis locum, in quo Clodius &c. Nôſtis quid & ubi actum.

Sed picta videretis. Res adeò clara eſt, ut oratione non debeat exponi. Siquis pugnam & congreſſum in tabula depictum videret, ſufficeret ad videndum, uter utri inſidias fecerit.

Alter veheretur. Milo, in rheda, in curru, ad mollitiem potiùs, quàm ad celeritatē & pugnam comparato.

Penulatus. Indutus & involutus veſte ad prohibendum frigus & pluviam, quàm ad pugnam aptiore.

Sederet uxor. Fauſta filia Sullæ.

Irretitus. Propter illius veſtimenti anguſtias. Penula eſt veſtis, quam ſupra tunicam accipimus. Ea tum fuit vel ſcortea, id eſt, è ſcorto ſive corio confecta, vel villoſa & gauſapina. Scortū eſt propriè corium animalium duriorem pellem habentiū. Metaphoricè & per contemptum ſcorta dicebantur meretrices, ſicut qui per ignominioſum nomen aliquē vocat *corium ſuillum.*

Videte nunc. Antequam à Clodii habitu & comitibus idem argumentū ducat, quædā repetit de tempore profectionis Clodii, diverticulo & conſilii mutatione, ut plus momēti obtineāt ſequentia.

Illum. Clodium.

Interrogationes. Subjectiones. dientem è villa, ſubitò. Cur? veſperi. Quid neceſſe eſt tardè? quî convenit, id præſertim temporis? devertit in villam Pompeii. Pompejum, ut videret? ſciebat in Alſienſi eſſe. Villam ut perſpiceret? millies in ea fuerat. Quid ergo erat moræ, & tergiverſationis? dum hic veniret, locum relinquere noluit.

21\. *Tranſitio ad apparatum Clodii. Repetitio.* Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimẽtis comparate. Semper ille anteà cum uxore, tum ſine ea. Nunquam non in rheda, tum in equo. Comites Græculi, quocunque ibat, etiam cùm in

E villa. Diverterat Clodius tantiſper ad villam Pompeii, ut tempus expectaret, quo ante ſuam villam Clodio poſſet occurrere. Cur igitur ſubitò, mutata voluntate (quærit Cicero) ex hac villa egreditur, cur non manet ibi, appropinquante jam nocte, *veſperi*? & cur inde egreſſus, *tardè* poſtmodùm iter ingreditur, cur urgente nocte non properat? Et quare diverterat in villam Pompeji? nunquid non alio conſilio, quàm ut tempus extraheret; non enim diverterat, ut villam inſpiceret, *vel Pompejum* videret.

In Alſienſi. Alſium oppidum fuit in Hetruria, in cujus territorio villam habuiſſe videtur Pompejus.

Expediti latronis. Clodii, qui nunquam ſolita impedimenta rejeciſſet, niſi ſe ad pugnã & latrocinium certo conſilio comparâſſet.

Cum uxore. Fulvia, quæ poſtmodum nupſit M. Antonio. Advertendus numerus celer, conciſus, & ſolutus, ut non videatur expeditior fuiſſe Clodius, quàm Ciceronis oratio.

Comites Græculi: Servi Aſiatici, & Græci ad adulationem & delitias facti, jam nulli ade-

in caſtra Etruſca properabat, tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui nunquam, tum caſu pueros ſymphoniacos uxoris ducebat, & ancillarum greges. Ille, qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas duceret, tum neminem, niſi ut virum à viro lectum eſſe diceres. Cur igitur victus eſt? quia non ſemper viator à latrone, nonnunquam etiam latro à viatore occidi-

Antitheta. *Repetitio.* *Confutatio quorundam objectorum.* *A cauſis.*

aderant. Contemptûs cauſâ *Graculos* vocat.

Nugarum. Nugæ ponuntur pro rebus frivolis, quæ non ad virorum ſeria, ſed ad mulierum ludicra, & delicias ſunt comparatæ; hoc loco pro ſaltatoribus, ludicras artes exercentibus, vel etiam ancillis, pueris, ſumuntur.

Symphoniacos uxoris. Muſicos & ſymphoniacos ad uxoris delicias.

Scorta, exoletos. P. Clodius, qui ſemper mulieres impudicas, & aliorum libidini proſtitutas, ſemper exoletos, juvenes, qui florem ætatis in impudicitia tranſegerant, ſemper lupas, fœminas impudentiſſimas ſecum ducebat, eo die neminem duxit, qui non valens, & ad pugnam eſſet expeditus, quales ſunt ii, qui viritim leguntur, cùm qui primus à duce electus eſt, alterum eligit, quem judicat fortiſſimum, ille rurſus alium, & ita deinceps, quæ conſuetudo apud Romanos ſæpe erat, quando lectiſſimos milites volebant habere; & hoc dicebatur, *viritim vel virum à viro legere.*

Cur igitur victus. Hanc objectionem adverſariorum ita ſolvit: 1. Quia nonnunquam latro à viatore occiditur. 2. Milo imparatus fortior erat Clodio parato, ut vir ſemper fortior eſt muliere. 3. Milo ſemper ſatis erat paratus non quidem ad vim inferendã, ſed ad propulſandam. 4. Incerti ſunt exitus pugnarum, Marsque com-

Ab adjunctis. ciditur: quia quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. Nec verò ſic erat unquam non paratus Milo contra illum, ut non ſatis ferè eſſet paratus. *Traductio.* Semper ille & quantum intereſſet P. Clodii ſe perire, & quanto illi odio eſſet, & quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrem vitam ſuam, quã maximis præmiis propoſitam, & pænè addictam ſciebat, nunquam in periculum ſine præſidio, & ſine cuſtodiâ projiciebat. Adde caſus, adde incertos *Repetitio.* exitus pugnarum, Martémque communem: qui ſæpè ſpoliantem jam, & exſultantem evertit, & perculit ab abjecto,

communis. ſ. Clodius erat oſcitans, pranſus, potus, rei bellicæ imperitus, non item Milo.

Mulier. Clodius, homo effœminatus.

Præmiis propoſitam. Cùm ſciret Milo vitã ſuam à multis peti; & maxima præmia iis eſſe propoſita, qui ſibi necem intuliſſent, ut pænè caput Milonis addictum & venditum eſſe videretur &c.

Martémq; communem: Duo erãt dii, quos bellis præfecerant antiqui, Mars & Minerva; caſus & incertos exitus pugnarum Marti; eos verò qui certo conſilio contigiſſent, Minervæ tribuebant. Quia igitur Mars & victorias dedit, & ſtrages, modò his, modò illis favebat, communem dixêre Martem.

Qui ſæpè. Spolia jam ab hoſte dejecto detrahentem, & quaſi partâ integrâ victoriâ geſtientem ſæpè Mars ille communis evertit, & perculit manu illius, qui dejectus erat, ac ſaucius. *Ab abjecto*, phraſis eſt ad imitationem Græcorum, locô *manu abjecti*, *per abjectum*.

In-

jecto. Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis: qui cùm à tergo hoſtem interclusum reliquiſſet, nihil de ejus extremis comitibus cogitavit: in quos incenſos irâ, vitámque domini deſperantes cùm incidiſſet, hæſit in iis pœnis, quas ab eo ſervi fideles pro domini vita expetiverunt. Cur igitur eos manumiſit? metuebat ſcilicet, ne indicarent, ne dolorem perferre non poſſent, ne tormentis cogerentur, occiſum eſſe à ſervis Milonis in Appia via P. Clodium, confiteri. Quid opus eſt tortore? quid quæris? occideritne? occidit. Jure, an injuriâ? nihil ad tor- *Inciſa.* *Metaphora.* *Periphraſis.* *2. Objectio.* *Synonymia.* *Interrogatio.* *Subjectio.*

Inſcitiam &c. oſcitantis. Ineptiam pigri, ignavi, non attenti.

Hoſtem interclusum. Milonem, qui jam tranſiverat, interclusum, & à ſuis comitibus ſeparatum, interpoſitis Clodianis.

De ejus extremis comitibus. Clodius nihil cogitavit de Euclamo ſive Eudamo & Birrhia gladiatoribus Milonis, qui in ultimo agmine tardiùs euntes ſic pugnaverunt, ut humerum Clodii Birrhia romphæâ trajecerit.

In quos incenſos. In Euclamum & Birrhiam ratos occiſum jam eſſe Milonem, cùm incidiſſet Clodius, ab iis occiſus eſt.

Manumiſit? 2. Objectio cur ſervos manumiſit, ex mancipiis libertate donavit? R. nō quòd conſcientiâ preſſus metueret, ne illi darentur in quæſtionem, quia ubi reus factum confitetur, non opus eſt quæſtione: ſed ut præmium libertate repræſentaret iis, qui vitam ipſius defenderant, qua in re potiùs reprehendi poſſet; quòd nimis parvo præmio ſervos affecerit, quàm quòd eos libertate donârit. Manu-

 miſit.

Appius. Unde? ab Appio. Dii boni! quid poteſt agi ſeverius? De ſervis nulla lege quæſtio eſt in dominos, niſi de inceſtu, ut fuit in Clodium. Proximè Deos acceſſit Clodius, propiùs quàm tum, cùm ad ipſos penetrârat; cujus

Epiphonema Ironicum.

Jocus acerbus.

Quis eos &c. quis eos adduxit in quæſtionem, quis petiit, ut ſubjiciantur quæſtioni? ipſe accuſator, qui facilè eos corruperit, 3. quia eos ſervos apud ſe domi habuit, & inde produxit.

De ſervis. Per nullam legem fas eſt inſtituere quæſtionem de ſervis contra ſuosmet dominos, nam ſervi verum non dicunt contra ſuummet dominum, & hæc res ipſis dominis eſt triſtiſſima. Prima ratio probat, ſervos pariter non eſſe rapiendos in quæſtionem in cauſa ejus, qui dominorum ſuorum inimicus eſt: quia enim domino ſuo favent, odio habent inimicum domini, & ex odio falſum dicunt contra inimicum domini. Altera ratio probat, ſervos accuſatoris pariter non eſſe quærendos: hi enim non audent aliquid dicere contra accuſatorem, ſuum dominum, ne eum lædant, triſte aliquid inferant, & ſic dicent ſemper contra reum, nihil contra accuſatorem dominum ſuum.

Ut fuit in Clodium. Excipitur crimen inceſtûs, ſicut & conjurationis, ubi licet ſervos Domini rapere in quæſtionem. Crimen enim inceſtûs, quod privatim committitur, omnium maximè ſciunt ſervi domeſtici. Cùm tale crimen commiſerit Clodius, potuit de ſervis quæri. Quanquam alii meritò hìc putent, per inceſtum intelligi ſacrilegium.

Proximè Deos. In hac cauſa (quæ nunc agitur, in qua de morte Clodii ab ipſis ſervis quæſitum eſt) ſimilis eſt Clodius diis, in quorum cauſa ſolùm, ſi ii violentur, ſi inceſtus, hoc eſt, ſacrilegium committatur, licet de ſervis quæſtionem habere in dominum.

Propiùs quàm tum. Ludit in ſententia: *Proximè Deos* acceſ-

cujus de morte, tanquam de cæremoniis violatis quæritur. Sed tamen majores noſtri dominum de ſervo quæri noluerunt, non quia non poſſet verum inveniri, ſed quia videbatur indignum, & dominis morte ipſa triſtius. In reum de ſervis accuſatoris cùm quæritur, verum inveniri poteſt? Age verò, quæ erat, aut qualis quæſtio? Heus tu Ruſcio, verbi causâ, cave ſis mentiaris. Clodius inſidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux. Nullas fecit. Sperata libertas. Quid hac quæſtione certius? Subitò arrepti in quæ-

Proſopopœja Appii quærentis.

Ironia.

acceſſit: Propè quidem ad Deos acceſſit Clodius, cùm in opertum Bonæ Deæ ingreſſus penetravit ad illa ſacrificia, & ſacra pulvinaria, ut inceſtum ibi committeret, ſed hîc propiùs.

De ſervis accuſatoris. Enthymema latens: indignum eſt, & verum inveniri non poteſt in quæſtione de ſervis contra dominum; ergo etiam in quæſtione de ſervis accuſatoris contra reum verum inveniri non poteſt, & multò indignius eſt.

Age verò. Quæſtionis habitæ modum deſcribit, ut inde pateat, tali modo verum extorqueri non poſſe. Nam minis & promiſſis, ad hoc potiùs, quàm illud dicendum impulit, contra omne jus & fas. *Si dicas* (quæſivit Appius) *Clodius inſidias fecit Miloni; certò te tollam in crucem. Si verò dicas: Clodius nullas fecit inſidias; libertate donaberis.*

Verbi causâ: Nomen hoc accipio pro exemplo, quomodocunque demum vocetur ille, vel qualiscunque fuerit, quem Appius ſic examinavit.

Subitò arrepti: Longè aliter fit in aliis judiciis; ii etiam qui ſubitò rapiuntur in quæ-

Comparatio à diſſimili. quæſtionem, tamen ſeparantur à cæteris, & in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis colloqui poſſit. Hi centum dies penes accuſatorē cùm fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. Quid *Ironia.* hac quæſtione dici poteſt integrius? quid incorruptius?

23. *Tranſitio.* *A conſequentibus.* *Novum argumentum.* Quod ſi nondum ſatis cernitis, cùm res ipſa tot tam claris argumentis ſignisque luceat, pura mente, atque integra Milonem, nullo ſcelere imbutum, nullo metu perterritum, nullâ conſcientiâ exanimatum, Romam revertiſſe, *Exclamatio.* recordamini, per Deos immortales! *Repetitio.* *Traductio.* quæ fuerit celeritas reditûs ejus, qui ingreſſus in fo-

quæſtionem, tamen ab invicem ſeparantur, & ſoli relinquuntur, ne quis cum iis colloqui poſſit, eos corrumpere &c. at iſti ſervi penes Appium accuſatorem fuêre centum dies, & denique ab ipſo inſtructi producuntur. Nunquid certa veritas eorum, quæ dicunt?

In arcas conjiciuntur. Arca videtur fuiſſe cataſta, ſive machina, cui ſervos alligabant. Tormentorum autem ad exprimendam veritatem genera hæc fuerunt, ignis, *rota*, flagella, equuleus, *aculeus*, *fidiculæ*.

Quòd ſi nondum ſatis: Adverte ex quibus locis Rhetoricis hactenus argumenta deduxerit, ab antecedentibus, à facultate & voluntate tum Clodii, tum Milonis, ab adjunctis rei gerendæ & geſtæ, à loco, à tempore, à comitatu &c. nunc à conſequentibus cædem, à reditu, & ſecuritate Milonis &c.

Celeritas reditûs. Poſtridie quàm cædes facta eſt, curia deflagravit, unde in magnam Clodiani invidiam apud populum incidêre, quâ adverſariorum invidiâ recreatus Milo, nocte ea redierat Ro-

ſorum, ardente curia, quæ magnitudo animi, qui vultus, quæ oratio! Neque verò ſe populo ſolùm, ſed etiam Senatui commiſit: neque Senatui modò, ſed etiam publicis præſidiis, & armis: neque his tantùm, verùm etiam ejus poteſtati, cui Senatus totam Rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta populi Romani arma commiſerat. Cui nunquam ſe hic profectò tradidiſſet, niſi cauſæ ſuæ confideret, præſertim omnia audienti, magna metuenti, multa ſuſpicanti, nonnulla credenti. Magna vis eſt conſcientiæ, judices, & magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccârint. Neque verò ſine ratione certâ cauſſa Milonis ſemper à Senatu probata eſt. Videbant enim ſapien-

Gradatio.

Adjunctio.

Metiſa *Simil. cad. & deſin.*

Theſis.

De Conſcientia.

Romam; celer eſt autem reditus, quia Lanuvium: vel omnino non venit, vel ibi diu non ſubſtitit.

Neque verò: Milo ſe populo, ſenatui, Pompejo minimè tradidiſſet, niſi conſcientiâ bonâ fretus fuiſſet. Tractat hoc argumentum per gradationem oratoriam, quam figuram raró magni ſcriptores uſurpant, quia nimis lucet, & affectationem redolet. Ideò etiam Cicero tertia vice non repetit *præſidiis*, ſed *neque his tantùm* dicit.

Pubem: Juventutem.

Neque verò &c. Milonis ſecuritas profecta à bona conſcientia cauſam dedit ſenatui, ut approbaret defenſionem Milonis.

Simil. cad. ſapientiſſimi homines facti ratio præſentiam animi, defenſionis *A vulgi opinione contrarium evincit.* ſtantiam. An verò obliti eſtis ces, recenti illo nuntio cædis C næ, non modò inimicorum M ſermones, & opiniones, ſed no lorum etiam imperitorum ? neg *Dilemma. Metaphora.* eum Romam eſſe rediturum. S nim illud animo irato ac percito ſet, ut incenſus odio trucidaret i cum, arbitrabantur, eum tanti tem P. Clodii putâſſe, ut æquo a patriâ careret, cùm ſanguine ir explêſſet odium ſuum: ſive eti

Facti rationem. Ratio in judiciis eſt illa, quæ accuſatoris firmamento opponitur, & color, qui facto prætexitur: hanc autem Milo rationem adferebat, quòd liceret inſidiatorem & latronem occidere, ſive, vim vi propulſare. Et hanc rationem ſenatus probabat.

Conſtantiam. Imperterritum animum, qui magno & intrepido animo ſe defendit, nullo metûs ſigno edito.

An verò obliti. A vulgi opinione falſa de Milone, veram ipſius innocentiam demonſtrat. Si vera fuiſſet vulgi opinio, nocens eſſet Milo; ſed falſam fu docet, ergo Milo eſt cens.

Imperitorum. E ple Milonis innocentiam dis Clodio illatæ rat compertam non habe

Sive enim illud. Clodii ſic opinabantu *Clodium occidit, vel ut ſuum expleret, vel ut blicam ab ejus tyranni raret: Sive hac, ſive cauſa occiderit, Roma redibit.*

Percito. Ad cædem dam inſtigato, & furo culſo.

lius morte patriam liberare voluiſſet, non dubitaturum fortem virum, quin, cùm ſuo periculo ſalutem Reipublicæ attuliſſet, cederet æquo animo legibus, ſecum auferret gloriam ſempiternam, nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipſe ſervâſſet. Multi etiam Catilinam, atque illa portenta loquebantur; erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriæ faciet. Miſeros interdum cives, optimè de Republica meritos, in quibus homines non modò res præclariſſimas obliviſcuntur, ſed etiam nefarias ſuſpicantur. Ergo illa falſa fuerunt: quæ certè vera extitiſſent, ſi Milo admiſiſſet aliquid, quod non poſſet

Simil. cad.

Locus moralis.

Concludit & argumentatur à contrariis.

Cederet. In exilium iret, & legibus hoc pacto pareret, quæ prohibent eum in urbe remanere, qui civem occiderit.

Multi etiam. Multi dicebant, Milonem id eſſe facturum, quod fecerat Catilina, qui portentoſo quodam ſcelere & monſtruoſa inſania jactatus patriæ bellum indixit, & ejectus è civitate redire voluit cum excidio urbis & patriæ.

Illa portenta. Vel ipſa Catilinæ ſcelera, vel ſceleratos ſocios intelligit.

Erumpet. Qui alicubi latuit, erumpet deinde in lucem, ſuáque conſilia proferens patriæ bellum indicet, eáque palàm faciet, quæ jampridem molitus eſt.

Occupabit. Aliquam urbem munitam invadet, ex qua patriæ bellum poſſit inferre.

Miſeros cives. Claudit locum hunc de rumoribus aliqua ſententia morali: ſic nempe facilè obliviſcuntur homines eorum, quæ bene à nonnullis facta ſunt &c.

Ergo illa. Concludit: ſi

 Milo

24. ſet honeſtè, veréque defendere. Quid, quæ poſteà ſunt in eum congeſta? quæ quemvis etiam mediocrium delicto- *Per exclamationem.* rum conſcientiâ perculiſſent, ut ſuſti- nuit: dii immortales! ſuſtinuit? imo *Correctio.* verò ut contempſit, ac pro nihilo pu- *Antitheſis.* tavit? quæ neque maximo animo no- cens, neque innocens, niſi fortiſſimus *Enumeratio.* vir, negligere potuiſſet. Scutorum, gladiorum, frænorum, ſparorum, pilorúmque etiam multitudo depre- hendi poſſe indicabatur. Nullum in *Stylus narrationis.* urbe vicum, nullum angiportum eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet con- ducta domus: arma in villam Ocricu- lanam devecta Tiberi: domus in Clivo Ca-

Milo fuiſſet nocens, vera hæc fuiſſent; quia hæc falſa ſunt, Milo eſt innocens.

Quid quæ poſteà. Alios rumores affert, qui ſparſi ſunt de Milone, poſtquam reverſus eſt in urbem; dicebant enim, Milonem ſe ad bellum civile, & urbis incendium comparare.

Conſcientiâ perculiſſent. Si quis ſibi malè conſcius fuiſſet vel in re non magna, talis rumor conſcientiam ejus feciſſet timidam, perculiſſet terrore, ſed Milo manſit imperterritus.

Scutorum &c. Enumerat varia armorum genera, quæ Milo comparâſſe dicebatur, ut bellum civile concitaret. *Sparus*, telum agreſte eſt, vel jaculum minimi generis. *Pilum* quoque teli genus erat, quod ad medium ferè habebat haſtile ligneum, ſuperiùs ferrum quadratum præfigebatur.

Angiport. m. Vicum anguſtiorem, qui tanquam compendio ex uno vico in alium commeatur. In quo Milo domum non conduxiſſet, ut in

Capitolino ſcutis referta: plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum. Hæc non delata ſolùm, ſed penè credita, nec antè repudiata ſunt, quàm quæſita. Laudabam equidem incredibilē diligentiam Cn. Pompeii: ſed dicam, ut ſentio, judices. Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere poſſunt ii, quibus tota commiſſa eſt Reſpublica. Quin etiam fuerit audiendus popa Licinius neſcio qui de circo maximo, ſervos Milonis apud

Sententia. Theſis.

Calumnia in Milonem varia.

In eam arma comportaret, quibus ad delendam & incendendā urbē uteretur. &c.

O.ticulanam. Hoc nomen habebat villa quædam propè Tiberim, juxta viam Flaminiam.

Malleolorum. Malleoli ſunt inſtrumenta, quæ infuſa pice, ſulphure & ſtupis plena per modum teli in muros ac domos jaciebantur, & quidquid occurreret, adurebant.

Delata. Ad Cn. Pompejum.

Laudabam. Adverte oratoris prudentiam: quod in his ſuſpicionibus levi & benevola interpretatione virtuti dari potuit, id tribuit ipſi Pompejo: quod vituperari, id excuſat à neceſſitate, neque Pompejo peculiare eſſe dicit, ſed iis omnibus commune, quibus reſpublica commiſſa eſt.

Quin etiam. Sit, etiam popa ille admitti debuit & audiri.

Popa. Sacrorum adminiſter aliquis, & ex ea plebe ſacrificorum, qui liba, hoſtiarum reſiduas particulas domum referebant, & poſteà vendebant, unde creditum eſt, quòd ab iſtorum poparum domibus, qui plerumque ſimul erant œnopolæ, dictæ ſint *popinæ*. Hinc etiam in popæ domo ebrii facti ſunt Milonis ſervi.

De circo maximo. Circus maximus dicebatur locus

Y

apud ſe ebrios factos ſibi confeſſos eſſe, de interficiendo Cn. Pompejo conjuraſſe: deinde poſteà ſe gladio percuſſum eſſe ab uno de illis, ne indicaret. Pompejo in hortos nuntiavit. Arceſſor inprimis. De amicorum ſententia rem defert ad Senatum. Non poteram in illius mei patriæque cuſtodis tanta ſuſpicione non metu exanimari: ſed mirabar tamen, credi popæ, confeſſionem ſervorum audiri, vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. Verùm, ut intelligo, cavebat magis Pompejus, quàm

Stylus narrationis.

Hyperbole.

ille, in quo populus ludos ſpectans conſidebat, ædificatus à Rege Tarquinio Priſco in valle Murcia inter Palatium & Aventinum; prope iſtum circum variæ erant popinæ, & propolarum domus, ad quas hominum fæx confluebat, unde per adagium, *homines de circo* dicuntur luridi, vagi, otioſi homines, aleatores, helluones &c.

Deinde poſteà. Sic paſſim extat in libris omnibus, neque redundat altera particula, ſi hunc ſenſum capias, *Adhæc, inſuper* percuſſum ſe poſteà gladio &c.

Pompeio in hortos. In hortis enim plerumque tum manebat Pompejus, teſte Aſconio.

Arceſſor. Ego Cicero vocor à Pompejo, mecum inter cæteros amicos deliberaturo, quomodo ſe gerere deberet.

Credi popæ. Sacrificulo viliſſimo & abjectiſſimo.

Acu punctum. Propter ſuam parvitatem.

Verum ut intelligo. Pergit breviter, & velut in tranſcurſu calumnias exponere, quæ in Milonem ab inimicis jactatæ ſunt.

Cavebat magis. Non tam time-

timebat, non ea ſolùm, quæ timenda erant, ſed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæſaris, clariſſimi & fortiſſimi viri, per multas noctis horas nuntiabatur; nemo audierat tam celebri loco, nemo ſenſerat, tamen audiebatur. Non poteram Cn. Pompejum, præſtantiſſima virtute virum, timidum ſuſpicari: diligentiam, tota republica ſuſcepta, nimiam nullam putabam. Frequentiſſimo Senatu nuper in Capitolio Senator inventus eſt, qui Milonem cum telo eſſe diceret. Nudavit ſe in ſanctiſſimo templo

Traductio & conjugata.

2. *Calumnia.*

A repugnantibus.

3. *Calumnia.*

timebat Milonem, aut de ejus fide & benevolentia dubitabat, quàm oſtendebat ſe nihil quantumvis minimum, & ne leviſſimam quidem ſuſpicionis aut rumoris auram negligere, quæ ad ſecuritatem Reipublicæ pertineret.

Oppugnata domus. A Milonianis. Inter Cæſarem & Milonem ſimultatem fuiſſe, vel hinc conſtat, quòd cùm bellis civilibus factus dictator Cæſar omnes exules edicto revocâſſet, ſolum Milonem nominatim exceperit.

Tam celebri loco. Frequenti.

Non poteram. Verum eſt; judicavi timidum eſſe Pompejum; improbare tamen non potui.

Frequentiſſimo. Alia calumnia, quàm ſic narrat Aſconius: *Proximo Senatu P. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur alligatum dixerat, poſtulaverat, ut femur videret, & ille ſine mora tunicam levârat, tum M. Cicero exclamaverat: omnia illi ſimilia crimina eſſe, quæ in Milonem dicerentur.*

In ſanctiſſimo templo. Capitolio, loco inaugurato.

templo, quoniam vita talis & civis & viri fidem non faciebat, ut eo tacente res ipſa loqueretur. Omnia falſa, atque ſtudioſè ficta comperta ſunt. Quòdſi tamen metuitur etiam nunc Milo, non hoc jam Clodianum crimen timemus, ſed tuas Cn. Pompei (te enim jam appello ea voce, ut me audire poſſis) tuas, tuas inquam ſuſpiciones perhorreſcimus. Si Milonem times, ſi hunc de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas: ſi Italiæ delectus, ut nonnulli conquiſitores tui dictitant, ſi hæc

Polyſyndeton. *Antitheſis.* *Metaphora.* 25. *Apoſtrophe ad Pompejũ.* *Repetitio.* *Expolitio per Synonymiam, enumerationem partium &c.*

Quoniam vita talis. Cùm vita Milonis, & priſtina conſuetudo fidem non faceret, ut innoxius crederetur Milo.

Omnia falſa. Concluſio & ſuſpicionum refutatio.

Quodſi tamen. Poſtquam tot ſuſpiciones dilutæ ſunt, & apparet, nullas à Milone inſidias factas eſſe Pompejo, ſi adhuc verè Pompejus Milonem metuit &c.

Clodianum crimen. Non tam metuo, ne Miloni detur crimini, quòd Clodius ſit occiſus, quàm metuam, ne Pompejus malis ſuſpicionibus de Milone feratur, & hinc judices in gratiam Pompeii ita ſibi metuentis Milonem condemnent.

Si Milonem times. Si reipſa metuis Milonem, ô Pompei, & in ipſum hæc arma comparas: tunc planè magna vis, magnus animus, magna potentia in Milone debent eſſe, contra quem tot præſidia &c. ſed clarum eſt hæc non in in ipſum, ſed ad plurima reipublicæ mala avertenda comparari.

Italiæ delectus. Conſcriptio militum, quæ fiebat ex tota Italia.

Conquiſitores. Qui tuo nomine & auctoritate milites conquirunt, vulgò commiſſarii.

Capi-

hæc arma, ſi Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi vigiliæ, ſi delecta juventus, quæ tuum corpus, domúmque cuſtodit, contra Milonis impetum armata eſt, atque illa omnia in hunc unum inſtituta, parata, intenta ſunt: magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non unius viri vires, atque opes indicantur; ſiquidem in hunc unum præſtantiſſimus dux electus, & tota Reſpublica armata eſt. Sed quis non intelligit, omnes tibi Reipublicæ partes ægras & labantes, ut eas his armis ſanares, & confirmares, eſſe commiſſas? Quòd ſi Miloni locus datus eſſet; probâſſet profectò tibi ipſi, neminem unquam hominem homini cariorem fuiſſe, quàm te ſibi; nullum ſe unquam peri-

Periodus amplificata.

Allegoria.

Par pari refertur.

Capitolinæ cohortes. In arce Capitolina ad urbis præſidium collocatæ.

Non unius. Vel quòd ipſe unus multorum exercituum vires continere videatur, vel quòd multis putetur amicis fulciri.

Præſtantiſſimus Dux. Cn. ipſe Pompejus, qui de tribus orbis terrarum partibus triumphavit.

Quis non intelligit. Hæc vera ratio eſt, cur exercitus conſcribantur, ut plurima alia Reipublicæ ægræ mala ſanentur, quæ mala ſunt inſtar morbi inteſtini; ut Reſpublica labans à lapſu & ruina ſuſtineatur. Vide, ut paria paribus reſpondeant: *Ægras ſanares, labantes confirmares.*

Quòd ſi Miloni. Purgaturus ſe eſſet Milo ab his ſuſpicionibus, niſi Milonem conſpectu & colloquio excluderet Pompejus. Refert

Polyſyndeton. templo, quoniam vita talis & civis & viri fidem non faciebat, ut eo tacente res ipſa loqueretur. *Antithesis.* *Metaphora.* Omnia falſa, atque ſtudiosè ficta comperta ſunt.

25. Quòd ſi tamen metuitur etiam nunc Milo, non hoc jam Clodianum crimen timemus, ſed tuas Cn. Pompei (*Apoſtrophe ad Pompejū.*) (te enim jam appello ea voce, ut me audire poſſis) tuas, tuas inquam ſuſpiciones perhorreſcimus. *Repetitio.* *Expolitio per Synonymiam, enumerationem partium &c.* Si Milonem times, ſi hunc de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas: ſi Italiæ delectus, ut nonnulli conquiſitores tui dictitant, ſi hæc

Quoniam vita talis. Cùm vita Milonis, & priſtina conſuetudo fidem non faceret, ut innoxius crederetur Milo.

Omnia falſa. Concluſio & ſuſpicionum refutatio.

Quòd ſi tamen. Poſtquam tot ſuſpiciones dilutæ ſunt, & apparet, nullas à Milone inſidias factas eſſe Pompejo, ſi adhuc verè Pompejus Milonem metuit &c.

Clodianum crimen. Non tam metuo, ne Miloni detur crimini, quòd Clodius ſit occiſus, quàm metuam, ne Pompejus malis ſuſpicionibus de Milone feratur, & hinc judices in gratiam Pompeii ita ſibi metuentis Milonem condemnent.

Si Milonem times. Si reipſa metuis Milonem, ô Pompei, & in ipſum hæc arma comparas: tunc planè magna vis, magnus animus, magna potentia in Milone debent eſſe, contra quem tot præſidia &c. ſed clarum eſt hæc non in in ipſum, ſed ad plurima reipublicæ mala avertenda comparari.

Italiæ delectus. Conſcriptio militum, quæ fiebat ex tota Italia.

Conquiſitores. Qui tuo nomine & auctoritate milites conquirunt, vulgò comiſſarii.

Capi-

hæc arma, ſi Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi vigiliæ, ſi delecta juventus, quæ tuum corpus, domúmque cuſtodit, contra Milonis impetum armata eſt, atque illa omnia in hunc unum inſtituta, parata, intenta ſunt: magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non unius viri vires, atque opes indicantur; ſiquidem in hunc unum præſtantiſſimus dux electus, & tota Reſpublica armata eſt. Sed quis non intelligit, omnes tibi Reipublicæ partes ægras & labantes, ut eas his armis ſanares, & confirmares, eſſe commiſſas? Quòd ſi Miloni locus datus eſſet; probâſſet profectò tibi ipſi, neminem unquam hominem homini cariorem fuiſſe, quàm te ſibi: nullum ſe unquam peri-

Periodus amplificata.

Allegoria.

Par pari refertur.

Capitolinæ cohortes. In arce Capitolina ad urbis præſidium collocatæ.

Non unius. Vel quòd ipſe unus multorum exercituum vires continere videatur, vel quòd multis putetur amicis fulciri.

Præſtantiſſimus Dux. Cn. ipſe Pompejus, qui de tribus orbis terrarum partibus triumphavit.

Quis non intelligit. Hæc vera ratio eſt, cur exercitus conſcribantur, ut plurima alia Reipublicæ ægræ mala ſanentur, quæ mala ſunt inſtar morbi inteſtini; ut Reſpublica labans à lapſu & ruina ſuſtineatur. Vide, ut paria paribus reſpondeant: *Ægras ſanares, labantes confirmares.*

Quòd ſi Miloni. Purgaturus ſe eſſet Milo ab his ſuſpicionibus, niſi Milonem conſpectu & colloquio excluderet Pompejus, Refert

Neq-

Enumeratio eorum, quæ Milo pro Pompejo. periculum pro tua dignitate fugiſſe? cum ipſa illa teterrima peſte ſe ſæpiſſime pro tua gloria contendiſſe: tribunatum ſuum ad ſalutem meam; quæ tibi cariſſima fuiſſet, conſiliis tuis gubernatum; *Pompeii beneficia viciſſim in Milonem.* ſe à te poſteà defenſum in periculo capitis; adjutum in petitione præturæ: duos ſe habere ſemper amiciſſimos ſperâſſe; te tuo beneficio; *Repetitio. Simil cad.* me ſuo. Quæ ſi non probaret: ſi tibi ita penitùs inhæſiſſet iſta ſuſpicio, nullo ut evelli modo poſſet: denique Italia à delectu, urbs ab armis ſine Milonis clade

Aſconius: Cùm Milo venire ad Pompejum in hortis ejus voluiſſet, Pompejum ei per hominem propinquum miſiſſe nuntium, ne ad ſe veniret.

Teterrima peſte. P. Clodio.

Tribunatum ſuum. Cùm Milo tribunus plebis eſſet; Pompejus ipſius operâ curavit revocari ab exilio Ciceronem, non ſine ſuo emolumento; Pompejus enim metuebat ſibi à Clodio, & idcirco Ciceronem revocatum volebat, ut hunc Clodio poſſet opponere; ergo tacitè inſinuat rem, in quâ Milo Pompejo gratificatus erat.

Defenſum. Milonem defendit Pompejus, quando poſt tribunatum reus de vi à Clodio factus eſt.

Duos ſe habere. Dixiſſet ad Pompejum Milo, ſe ſemper ſperaviſſe, forè, ut ego & tu in ejus amicitia maneremus.

Te tuo Beneficio. Te Pompejum permanſurum in ſua amicitia, quia tot beneficia ei feceras, ut indignum eſſet, poſt tot beneficia rependere dein mala, quod eſſet animi inconſtantis.

Me ſuo. Me permanſurum in amicitia, quia mihi ipſe tot beneficia fecerat; ne eſſem animi ingrati.

clade nunquam eſſet conquietura, næ iſte haud dubitans ceſſiſſet patriâ, is, *Apoſiopeſis.* qui ita natus eſt, & ita conſuevit; te, Magne, tamen anteſtaretur, quod nunc etiam facit. Vide, quàm ſit va- 26. ria vitæ commutabilisque ratio, quàm *Locus communis de fortunæ inconſtantia.* vaga volubilisque fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quàm ad tempus aptæ ſimulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. Erit, erit illud profectò tem- *Geminatio.* *Synonymia.* pus, & illuceſcet aliquando ille dies, cùm tu, ſalutaribus, ut ſpero, rebus

tuis

Is, qui ita natus. Eſt Apoſiopeſis, & abruptus ſermo: aliquid ſimile ſubintellige. *Ut commoda patriæ propriis commodis anteponat.*

Anteſtaretur. Sic legunt plerique, & eſt ferè idem ac *atteſtaretur*, nam cùm antiqui in jus quempiam vocârant, præſentes apprehensâ auriculâ monebant, uti meminiſſent, eum in jus vocatum, & cùm opus eſſet, id teſtarentur, & hoc vocabatur præſentes anteſtari. Jam, Milo ante ſuum diſceſſum è patria moneret etiam priùs Pompejum, & *anteſtaretur* &c.

Vide quàm &c. Occaſione ſumpta à ſuperioribus, amicè monet Pompejum, ne variis & incertis ſuſpicionibus Milonem amicum fideliſſimum à ſe alienet, ne ſi eum modò damnari patiatur, poſtmodum ejus fidem & benevolentiam requirat.

Ad tempus apta. Temporî ſervientes, in rebus proſperis adulantes, in adverſis recedentes.

Cùm tu ſalutaribus &c. Cùm tu Pompei, rebus quidem tuis ſalvis & integris (non vult ei calamitatem denunciare) ſed tamen immutatis, & aliter ſe habentibus recordaberis hujus amici tui, *ſalutare* accipi-

tur

tuis, ſed fortaſsè motu aliquo communium temporum immutatis (qui quàm crebrò accidat, experti debemus ſcire) & amiciſſimi benevolentiam & graviſſimi hominis fidé, & unius post homines natos fortiſſimi viri magnitudinem animi deſideres. Quanquam quis hoc credat, Cn. Pompejum, juris publici, moris majorum, rei deniq; publicæ peritiſſimũ, cùm Senatus ei commiſerit, ut videret: NE QUID RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET: quo uno verſiculo ſatis armati ſemper Conſules fuerunt, etiam nullis armis datis; hunc exercitu,

Polyſyndeton. *Simil. cad.* *Correctio.* *Inciſa.* *A minore.*

tur hîc paſſivè, cùm aliàs ſignificet activè, pro eo, quod dat ſalutem, hic pro eo, quod habet ſalutem.

Motu communium &c. Tempora ſæpè mutantur, & fortaſſe res tuæ cum illis.

Amiciſſimi. Milonis. Deſiderabis, requires Milonem amicum benevolum, fidelẽ, fortem virum &c. ſed meliùs per duplex ſubſtantivum & abſtractum.

Quanquam. Corrigit ſe, & ait, non credere ſe Pompeium malis ſuſpicionibus à Milone alienatum eſſe; ſi enim verè ſuſpicaretur, poſſet pro data ſibi poteſtate Milonem ejicere in exilium ſine judicio, quod tamen adhiberi voluit.

Nequid reſpubl. Sæpè jam dictum, hanc fuiſſe formulam, quâ plena à populo & ſenatu poteſtas dabatur agendi, gerendi bella, plectendi &c.

Verſiculo. Unà, ut vulgò loquimur, lineâ.

Etiam nullis armis. Etiamſi permiſſum non eſſet habere delectum, exercitum conducere, tamen vi ſenatusconſulti illius poſſet expellere Milonem, ſed Pompejo

Sp. Melium, qui annonâ levandâ jacturiſque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in ſuſpicionem incidit regni appetendi: non Ti. Gracchum, qui collegæ Magiſtratum per ſeditionem abrogavit: quorum interfectores implêrunt orbem terrarum nominis ſui gloriâ: ſed eum (auderet enim dicere, cùm patriam periculo ſuo liberâſſet) cujus nefandum adulterium in pulvinaribus ſanctiſſimis nobiliſſimæ fœminæ comprehenderunt. Eum, cujus ſupplicio Senatus

Geminatio. *A comparatione.* *Enumeratio & Repetitio longior.*

ſitio eſt: *Miloni glorioſum eſſet occidiſſe Clodium*: hoc probatur ſyllogiſmo: *Glorioſum eſt, virum ſceleratum occidere*: Probatur exemplis. *Sed Clodius fuit ſceleratus*: Probatur longa enumeratione. Ergo &c.

Sp. Melium. Sp. Melius poſtquã caritatē añonæ ſuis impēſis, ſuæq; potiſſimùm rei jacturâ levâſſet, & populi animos ſibi conciliâſſet, dominationē affectavit, & idcirco occiſus fuit. Qui occidit, Hala Servilius laudem reportavit.

Annonâ levandâ. Fame avertenda, quæ ex caritate annonæ oriebatur.

Jacturiſque. Largitione de ſuis bonis factâ.

Amplecti plebem. Quærere benevolentiam populi.

Tib. Gracchum. T. Gracchus popularis auræ plùs ſatis avidus, occiſus fuit à P. Scipione Naſica.

Collegæ. M. Octavio Collegæ cauſſam diverſæ partis quoad legem agrariam defendenti poteſtatem lege lata abrogaverat.

Nefandum adulterium. De hoc crimine ad ſacra Bonæ Deæ jam ſæpiùs. Sicut & de *pulvinaribus* alibi.

Nobiliſſimæ fœminæ. Virgines Veſtales, quæ nonniſi ex primariis familiis erant, item matronæ aliæ nobiles,

natus ſolemnes religiones expiandas ſæpè cenſuit. Eum, quem cum Sorore germana nefarium ſtuprum feciſſe, L. Lucullus juratus ſe, quæſtionibus habitis, dixit comperiſſe. Eum, qui civem, quem Senatus, quem populus, quem omnes gentes urbis ac vitæ civium conſervatorem judicabant, ſervorum armis exterminavit. Eum, qui regna dedit, ademit; orbem terrarum quibuscum voluit, partitus eſt. Eum, qui plurimis cædibus in foro factis,

Repetitio. Inciſa. Diſtributio partium.

Antitheſis.

quæ ad ſacra Bonæ Deæ convenerant.

Religiones expiandæ. Senatus cenſuit Clodium eſſe plectendū, ut ejus ſupplicio expiarentur eæ religiones, quas ille ſcelere ſuo in diverſis locis violavit.

Cum ſorore germana. Clodia, minima ex tribus Clodii ſororibus, quæ L. Lucullo nupta.

Quæſtionibus habitis. Inſtituto examine ancillarũ &c.

Qui civem. Seipſum intelligit Cicero à Clodio pulſum in exilium.

Qui regna dedit. Brogitaro; de quo alibi: *Tu etiam Regem, Dejotarum, appellari cum Brogitaro jubes, ſed aliter eſt Rex, judicio ſenatus per nos: pecuniâ Brogitarus per te appellatus.* Pertinuit autem hoc ad Majeſtatem S. P. Q. R. regna dare, & reges appellare.

Ademit. Ut Ptolomæo Cypriorum Regi.

Orbem terrarum. Cùm videlicet Piſoni Macedonia, Syria Gabinio &c. fuit ab ipſo attributa. *Orbem terrarum,* hoc eſt imperium Romanum, quod ob magnitudinem *orbem terrarum* nominabant.

Cædibus in foro. Cùm videlicet poſt ereptum è vinculis Tigranem, Pompejum contumeliis affecit, in ejus amicos impetum fecit, fregit faſces Gabinii Conſulis, & bona dedicavit, Pompe-

ctis; ſingulari virtute & gloria civem domum vi & armis compulit. Eum, cui nihil unquã nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. Eum, qui ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recenſionis, tabulis publicis impreſſam exſtingueret. Eum denique, cui jam nulla lex erat, nullum civile jus, nulli poſſeſſionum termini: qui non calumniâ litium, non injuſtis vindiciis ac ſacramentis alios fundos, ſed

Polyſynd.

Traductio.

Cupiditas poſſeſſionum in Clodio.

peium domi manere coëgit.

Nihil unquam nefas. Qui tanta impunitate per omnia facinora faciendis cædibus, diripiendis civium bonis, omni injuſtitiæ, impudentiæ ac libidinis genere verſatus eſt, ut nihil illi illicitum videretur.

Ædem Nympharum. Hanc ædem, in qua tabulæ publicæ aſſervabantur, Clodius inflammavit, & ideò ſubdit, *memoriam publicam recenſionis*, quia tabulæ illæ recenſionem ſive cenſum populi Romani ſingulis luſtris habitum, numerum civium, ætatem & divitias continebant, ad memoriam publicam, ut omnes ſcire poſſent &c.

Poſſeſſionum termini. Eum occidi, qui ſic omnes leges & legum interpretationes, ſive jus civile contempſerat, ut in bona civium, & poſſeſſiones invaderet, nullúmque ſibi poſſeſſionum limitem & finem poneret.

Non calumniâ litium. Non ſolùm absque juſtitiæ ſimulatione, lites per calumniam ſub falſa juris ſpecie intentando, non per ſycophantias, tectas fraudes &c. *Non injuſtis vindiciis*, controverſiis, litibus, quibus alienæ rei poſſeſſionem in jure ſibi vendicaret.

Ac ſacramentis. Pecuniâ à litigantibus depoſitâ. Sacramentum dicebatur pecunia à duobus litigantibus in judicio depoſita ad pontificem in *loco ſacro*, unde *Sa-*

Diſſoluta. *Inciſa.* *Repetitio.*

ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat: qui non ſolùm Etruſcos (eos enim penitùs contempſerat) ſed hunc Q. Varium, virum fortiſſimum atque optimum civem, judicem noſtrum, pellere poſſeſſionibus, armis caſtriſq; conatus eſt: qui cum architectis, & decempedis villas multorum hortóſque peragrabat: qui Janiculo & Alpibus ſpe poſſeſſionum terminabat ſuarum: qui cùm ab Equite Romano ſplendido & forti, T. Pacavio non impetrâſſet, ut inſulam in lacu pretio venderet, repentè lintribus in eâ inſulam,

Sacramentum. Qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: victi pecunia ad ærarium pertinebat.

Sed caſtris. Hoſtilem in modum, & armis.

Etruſcos. Quos omni impunitate populatus fuerat, & ſuis latrociniis vexaverat.

Varium, Qui inter judices ſedebat.

Armis, caſtriſque. Per arma & caſtra ſua.

Cum architectis. Ad ædificandum in alieno.

Decempedis. Menſuris pedum denûm, ad metiendos agros, ſibíque quantum vellet, vindicandos.

Janiculo. Qui tam veſanam agri propagandi ſpem animo conceperat, ut ſibi nullos alios poſſeſſionum ſuarum limites poneret, quàm ex una parte Janiculum montem penè in ipſo pomærio ſitum, & ipſis propemodum urbis mœnibus imminentem; ex alia parte alpes, quibus montibus ipſa Italia terminatur. *Janiculus* igitur dicebatur mons urbi vicinus.

Lacu. De hujus lacûs vocabulo Cluverius l. 2. antiq. Ital.

Lintribus. Navibus fluminalibus.

lum materiam, calcem, cæmenta, arma convexit, dominóque trans ripam inſpectante non dubitavit ædificium exſtruere in alieno. Qui huic T. Furfano, cui viro? Dii immortales! (quid enim ego de muliercula Scantia? quid de adoleſcente Aponio dicam? quorum utrique mortem eſt minitatus, niſi ſibi hortorum poſſeſſione ceſſiſſet) ſed auſus eſt Furfanio dicere, ſi ſibi pecuniam, quantam popoſcerat, non dediſſet, mortuum ſe in domum ejus illaturum: qua invidia huic eſſet tali viro conflagrandum: qui Appium fratrem, hominem mihi conjunctum fidiſſimâ gratiâ, abſentem de poſſeſſione fundi dejecit: qui parietem ſic per veſtibulum ſororis inſtituit ducere,

Diſſoluta. *Inciſa.* *Adjuncta.* *Pecuniarum exactiones Clodii.* *Præteritio.* *Metaphora.* *Impietas Clodii in fratrē & ſororem.*

cere,

Materiam. Lapides, marmora, ligna. *Arma*: Inſtrumenta.

Qui huic. Pergit Milo: Occidi Clodium, qui auſus eſt Furfanio dicere &c.

Mortuum illaturum. Nimirum, ut Furfanius cædis auctor haberetur, atque hac invidiâ deflagraret; & ita vel judicio afflictus in exilium iret, vel ſaltem criminis infamiâ, & invidiâ civiū & odio conflagraret.

Conflagrandum. Sæpè ſimilia verba uſurpat Cicero per metaphoram; ut in ſumma eſſet omnium invidia & odio.

Appium fratrem. Appium Clodium, qui paulò pòſt cenſor fuit cum L. Piſone.

Parietem ducere. Ædificare, erigere, ſic Virgil. *pars ducere muros, molirique arcem.*

Per veſtibulum. Non in ipſis ædibus ſororis, neque in

cere, ſic agere fundamenta, ut ſororem non modò veſtibulo privaret, ſed omni aditu & limine. Quamquā hæc quidem jam tolerabilia videbantur, etſi æquabiliter in rempublicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat: ſed neſcio quomodo jam uſu obduruerat, & percalluerat civitatis incredibilis patientia. Quæ verò aderant jam & impendebant, quonam modo ea aut depel-

28. *Anacephalæoſis dictorum.* *Repetitio.* *Inciſa.* *Comminatio.* *Hypotyposis rerum futurarum.*

parte ædium, ſed locô ante januam domûs vacuo, per quem à via aditus acceſſúsque ad ædes eſt.

Sororem. Tres habuit ſorores Clodius. Unam Clodiam Metelli Celeris uxorem, de qua multum in Orat. Cæl. Alteram Terentiam, quæ nupſit Qu. Marcio Regi. Tertiam & natu minimam Clodiam, cujus inceſtum cum fratre Clodio L. Lucullus ejus maritus dixit juratus ſe comperiſſe.

Quanquam hæc quidem. Hæc Cicero jam videtur in ſua perſona loqui, finitâ proſopopœjâ Milonis; quam tamen denuò infrà continuat.

Æquabiliter. Sine ullo diſcrimine. Repetitio dictorum, ut altiùs in judicum animis ejus improbitatem defigat.

In longinquos. Id non de ſanguine, & familia, ſed de locorum diſtantia debet intelligi, ne bis idem dixiſſe videatur: in remotos & vicinos.

Percalluerat. Metaphora à manibus & pedibus, quibus aſſiduitate laboris obdureſcentibus callus obducitur.

Civitatis patientia. Quia civitas hæc tolerabat.

Quæ verò aderant. Leviora fuêre priora, longè majora mala, quæ in proximo erant, & impendebant, ſi non fuiſſet occiſus.

Impe-

pellere potuiſſetis, aut ferre? Imperium ſi ille nactus eſſet, omitto ſocios, exteras nationes, reges, tetrarchas, vota enim faceretis, ut in eos ſe potius mitteret, quàm in veſtras poſſeſſiones, veſtra tecta, veſtras pecunias: pecunias dico? à liberis, à liberis, mediusfidius, & à conjugibus veſtris nunquam ille effrænatas ſuas libidines cohibuiſſet. Fingi hæc putatis, quæ patent? hæc quæ nota ſunt omnibus? quæ tenentur? Servorum exercitus illum in urbe conſcripturum fuiſſe, per quos totam rempublicam, réſque privatas omnium poſſideret? Quamobrem ſi cruentum gladiū tenens clamaret T. Annius: Adeſte, quæſo atque audite cives, P. Clodium interfeci, ejus furores, quos nullis jam legibus, nul-

Inciſa. *Diſſoluta.* *Correctio.* *Gemmatio.* *Synonymia.* *Interrogationibus urget.* *Inſtauratur Proſopopœja.*

Imperium nactus. Si Præturam obtinuiſſet iis Conſulibus, qui ipſi reſiſtere nec vellent, nec poſſent.

Tetrarchas. Tetrarchæ dicti, quòd quartam regni partem poſſiderent.

Vota faceretis. Optaretis, ut in eos impendens nobis clades converteret.

Mediusfidius. De hac jurisjurandi formula, dictum eſt, idem ſignificare, ac *me Dius* ſive Deus, *fidius*, id eſt, filius, juvet. Alii aliter derivant, tanquam Jupiter ipſe, aut alius Deus *fidius*, à *fide* fuerit appellatus, quem proinde ad confirmandam fidem adhibebant teſtem.

Quamobrem. Iteratò per proſopopœjam Milo cædem confitens inducitur.

T. Annius. Milo.

Nullis legibus. Impedire ne ejus furores in pernici-

em

nulli ſjudiciis frænare poteramus, hoc ferro & hac dextera à cervicibus veſtris

Enumeratio partium. repuli, per me ut unum, jus, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in civitate manerent: eſſet verò timendum, quonam modo id ferret civitas.

Inviſa:

Expolitio per Synonymiam, & Repetit. nunc enim quis eſt, qui non probet? qui non laudet? qui non unum poſt hominum memoriam T. Annium plurimùm reipublicæ profuiſſe, maximâ lætitiâ populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes affeciſſe &

Polyſyndeta. dicat & ſentiat? Nequeo vetera illa populi Romani quanta fuerint gaudia judicare. Multas tamen jam ſummorum imperatorũ clariſſimas victorias

Comparatio. ætas noſtra vidit: quarum nulla neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tan-

civitatis erumperent, *nullis judiciis* coërcere & punire, poſtquam erupère.

Per me ut unum. Putant aliqui deeſſe, *effectum eſt*: hic autem ordo verborum eſt; ego illa repuli, ut per me unum jus, æquitas, leges &c. in civitate manerent.

Eſſet verò timendum. Si ita clamaret: ſequitur altera pars periodi; an timendum eſſet, ne iniquis auribus hæc audiret civitas? loquitur nunc iterum Cicero ſinitâ proſopopœjâ.

Nequeo vetera. Non poſſum de iis temporibus, quæ ante me fuerunt, loqui, quia neſcio, quanta tum populi R. fuerint gaudia, quando e. g. liberata eſt Roma à Gallis obſidentibus tempore Manlii, quando Hannibal à Scipione devictus eſt, quando propagatum eſt Romanum imperium adjectâ Aſiâ, Macedoniâ &c.

Noſtra

rantam. Mandate hoc memoriæ, judices; ſpero multa vos, liberóſque veſtros in republica bona eſſe viſuros. In his ſingulis ita ſemper exiſtimabitis; vivo P. Clodio, nihil eorum vos viſuros fuiſſe. In ſpem maximam, & quemadmodum confido, veriſſimam adducti ſumus, hunc ipſum añum, hoc ipſo ſummo viro Conſule, compreſſâ hominum licentiâ, cupiditatibus fractis, legibus & judiciis conſtitutis, ſalutarem civitati fore. Num quis igitur eſt tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuiſſe arbitretur? Quid? ea, quæ tenetis, privata, atque veſtra, dominãte homine furioſo, quod jus perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent? Non timeo, judices, ne odio

A conſequentibus & rebus futuris.

Occupatio.

Noſtra ætas. Loquar de victoriis ætatis noſtræ e.g. Luculli de Tigrane, & Mithridate, Craſſi de Spartaco & ſervis, Pompeii de Domitio, Sertorio, Piratis, Mithridate &c. ſed hæ victoriæ non tantum populo R. gaudium attulerunt, quàm mors Clodii.

Mandate: Mementote eorum, quæ vobis nunc prædico.

Bona eſſe viſuros. Poſt enumerata mala, dicit, bona, quæ habebitis, non haberetis, niſi Clodius eſſet occiſus.

Hoc ipſo ſummo viro. Cn. Pompejo.

Quid? ea quæ &c. Si dominaretur Clodius, præſertim ut Prætor, nullam rem veſtram in quiete poſſetis poſſidere.

Non timeo. Occurrit objectioni, & tacitæ quorundam cogitationi; atque oſtendit haudquaquam odio Clodii iſta dicere, atque odium ſuum, quo ipſe in Clo-

Synaciosis. odio inimicitiarum mearum inflammatus libentiùs hæc in illum evomere videat, quàm veriùs. *Traductio.* Etenim etſi præcipuum eſſe debebat, tamen ita communis erat omnium ille hoſtis, ut in communi odio pæne æqualiter verſaretur odium meum. *Auxeſis.* Non poteſt dici ſatis, ne cogitari quidem, quantum in illo ſceleris, quantum exitii fuerit. *Argumentum novum ſub conditione.* Quin ſic attendite, Judices. Nempe hæc eſt quæſtio de interitu P. Clodii. Fingite animis: liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ, & quæ volunt, ſic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus. *Locus communis.* Fingite igitur cogitatione imaginem

Clodium fertur, commune eſſe eum judicibus & bonis omnibus.

Odio inimicitiarum. Ne odio, quod ex inimicitiis ortum eſt, vel ne odio privato ex mutuis inter me & Clodium ſimultatibus orto inductus hæc dicam, quamvis hoc odium in me præcipuè eſſe debebat, utpote cùm Clodius me ejecerit è civitate, fratrem meum pæne interemerit, conjugē & liberos crudeliſſimè vexarit, domum incenderit, &c.

Æqualiter verſaretur. Pari cum cæteris odio, non majore in ipſum ferebar.

Quin ſic attendite. Attentionē renovat ad ſingulare argumentum, quod nunc allaturus eſt.

Quæſtio de interitu: Hæc cauſa agitur propter interitum Clodii... Ergo vultis Clodium nō interiiſſe? imò, vultis quàm maximè. Nemo eſt, qui ſi poſſet, eum revocaret ad vitam, ut prætor fiat.

Fingite &c. Imaginemini, vobis, ad vitam redire Clodium; nam imaginatio noſtra, quidquid vult, ſibi fingere poteſt.

Cernimus, quæ videmus. Quid-

nem hujus conditionis meæ : ſi poſſim efficere, ut Milonem abſolvatis; ſed ita, ſi P. Clodius revixerit. Quid vultu extimuiſtis? quonam modo ille vos vivus afficeret, quos mortuus inani cogitatione percuſſit? Quid? ſi ipſe Cn. Pompejus, qui ea virtute ac fortuna eſt, ut ea potuerit ſemper, quæ nemo præter illum; ſi is, inquam, potuiſſet aut quæſtionē de morte P. Clodii ferre, aut ipſum ab inferis excitare, utrum putatis potiùs facturum fuiſſe? Etiam ſi propter amicitiam vellet illū ab inferis evocare, propter rempublicam non feciſſet. Ejus igitur mortis ſedetis ultores, cujus vitam ſi putetis per-

A minore.

Simil. cad.

A contrar.

Epiphonema

Quidquid imaginatio fingit, tam clarè, tanquam in tabella depictum, cerni poteſt, quàm clarè alia cernimus, quæ oculis ſubjiciuntur.

Sed ita. Volo abſolvi Milonem, ſed ea conditione, ut Clodius reviviſcat. Placetne vobis hæc conditio? non placet, ex vultu cognoſco.

Vivus afficeret &c. Si mortuus vos terret ſola cogitatione, quid faciet vivus?

Si ipſe Pomp. Etiam Pompejus nollet Clodiū reducere ab inferis, quamvis poſſet.

Propter amicitiam. Redierant quidem, ut ſuprà dictum, in amicitiam Clodius & Pompeius. Sed ego puto, loqui Ciceronem præciſè in hypotheſi: Si etiam ſummus amicus eſſet Pompeius Clodii, tamen nollet eum revocare ad vitam propter bonum reipublicæ.

Ejus igitur mortis. Vos judices igitur eſtis conſtituti de judicanda ejus morte, quem ipſi vivere non velletis, ergo judicare debetis bene factum eſſe, quòd fuerit occiſus.

per vos reſtitui poſſe, nolletis: & de ejus nece lata quæſtio eſt, qui ſi eadem lege reviviſcere poſſet: lata lex nunquam eſſet. Hujus ergo interfector qui eſſet, in confitendo, ab hiſne pœnam timeret, quos liberaviſſet? Græci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quæ ego vidi Athenis? quæ aliis in urbibus Græciæ? quas res divinas talibus inſtitutas viris? quos cantus? quæ carmina? propè ad immortalitatis & religionem & memoriam conſecrantur.

Concluſio argumenti.

Exemplo Græcorum probat.

Interrogatio.

Traductio.

Lata Lex nunquam. Pompejus non tuliſſet hanc legem de quæſtione hac habenda, ſi per eam legem reviviſceret Clodius, adeóque Clodii cædem factam approbat.

Hujus ergo interfector. Senſus eſt: Hujus igitur, videlicet Clodii, *interfector qui eſſet*; ſi Milo interfector eſſet, ſi Clodium Milo interfeciſſet, *ab hiſne*, an ab iis, *quos liberâſſet*, à judicibus tanta peſte liberatis, pœnam, timeret, i. e. timere deberet, quando confiteretur, *in confitendo* in confeſſione hujus facti? bene notanda interrogatio.

Græci homines, In Græcia maximis honoribus affecti fuerunt ii, qui quoſdam occidendo libertatem publicam aſſeruêre, ergo glorioſum eſſet Miloni, confiteri, ſe Clodium occidiſſe.

Vidi Athenis Cicero anno ætatis 28. Athenas profectus eſt, ubi tum temporis omnium artium, ac potiſſimùm oratoriæ nobiliſſima Palæſtra erat. Urbs illa nunc ſub Turcarum poteſtate, *Satines* dicta, etſi hominibus abundet, rudiſſima tamen eſt, & ignorantiæ ſedes, quam olim Cicero appellavit omnium doctrinarum inventricem.

Quas res divinas. Quas feſtivitates? quæ ſacrificia? Cen-

ſtrantur. Vos tanti conſervatorem populi, tanti ſceleris ultorem non modò honoribus nullis afficietis, ſed etiam ad ſupplicium rapi patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquam, ſi feciſſet, & magno animo, & libente ſe feciſſe, libertatis omnium causâ. Quod ei certè non confitendũ modò, verùm etiam prædicandum. Etenim ſi id non negat, ex quo nihil petit, niſi ut ignoſcatur: dubitaret id fateri, ex quo etiam præmia laudis eſſent petenda? niſi verò gratius putat eſſe vobis, ſui ſe capitis, quàm veſtri defenſorem fuiſſe, cùm præſertim in ea confeſſione

Ex contrariis.

Geminatio.

30.

A minore ad majus.

Confiteretur. Cur ergo non fateretur Milo, ſi feciſſet? gloriosum potiùs foret.

Si feciſſet. Inſidiàs nempe; ita ut conſultò occiderit, Clodio ipſe inſidiàs ſtruxerit. Cùm enim hoc non neget, à ſe, id eſt à ſuis, (quamvis non conſultò, non jubente ſe, non ſciente) occiſum eſſe Clodium, quod fatetur, abſque ſpe præmii; ſola ſpe impunitatis: quantò magis fateri poſſet & deberet, (ſi verum eſſet) conſultò à ſe occiſum Clodium, paratis inſidiis, eòquòd res hæc etiam præmium mereatur. Argumentatio hoc ſyllogiſmo conſiſtit: *Qui fatetur id ſe feciſſe, ex quo nihil mercedis ſperat, multò magis fateretur* (ſi cum veritate fateri poſſet) *id, ex quo præmia laudis eſſent petenda, ſed id fatetur, ex quo nihil mercedis ſperat; ergo &c.*

Niſi verò. Eſt modus loquendi præcisè negans; & per ironiam affirmans contrarium; ſenſus eſt: utique non judicat Milo majorem ſe gratiam à vobis inire per hoc, quòd ſe ipſum defenderit, quàm ſi poſſet dicere

ne, ſi grati eſſe velletis, honores aſſequeretur ampliſſimos. Si factum vobis non probaretur, (quanquam quî poterat ſalus ſua cuiquam non probari?) ſed tamen ſi minùs fortiſſimi viri virtus civibus grata cecidiſſet, magno animo conſtantique cederet ex ingrata civitate. Nam quid eſſet ingratius, quàm lætari cæteros, lugere eum ſolum, propter quem cæteri lætarentur? Quanquã hoc animo ſemper fuimus omnes in patriæ proditoribus opprimendis, ut, quoniam noſtra futura eſſet gloria, periculum quoque & invidiam noſtram putaremus. Nam quæ mihi ipſi tribuenda laus eſſet, cùm tantum

Correctio.

Antitheſis.

Traductio.

Suo exemplo confirmat.

re, defendiſſe vos, populum, & Rempublicam: diceret ergo certò ſe inſidiatorem fuiſſe, ſi cum veritate poſſet dicere.

Si grati. Hoc dicente Milone, vel vos eſſetis grati, & ipſe mercedem ſuàm acciperet; vel non eſſetis grati, & Milo magno animo cederet ex ingrata urbe.

Cecidiſſet. Accidiſſet, contigiſſet.

Magno animo. Abſque ulla facti pœnitentia, & rei bene factæ conſcientiâ lætus. Fortis enim viri eſt, inſuper habitis præmiis, imò propoſito etiam exilio rempublicam defendere.

Ex ingrata. Quæ necem ſuæ ſalutis cauſâ illatam Clodio, non probaret, nec liberatori ſuo gratiam haberet.

Quanquam hoc animo. Quanquam ſi etiam ingrata eſſe velit civitas, quid curat hoc vir fortis, qualis & Milo fuit, & ego, & nonnulli alii; ideò, *fuimus.* Vir fortis non propter gratos cives, aut mercedem, ſed propter virtutis honeſtatem ope-

tum in conſulatu meo pro vobis ac liberis veſtris auſus eſſem, ſi id, quod conabar, ſine maximis dimicationibus meis me eſſe auſurum arbitrarer? quæ mulier ſceleratum ac pernicioſum civem occidere non auderet, ſi periculum non timeret? propoſitâ invidiâ, morte, pœnâ, qui nihilo ſegnius rempublicam defendit, is vir verè putandus eſt. Populi grati eſt præmiis afficere benemeritos de republica cives: viri fortis, ne ſuppliciis quidem moveri, ut fortiter feciſſe pœniteat. Quamobrem uteretur eadem confeſſione T. Annius, quâ Ahala, quâ Naſica, quâ Opimius, quâ Marius, quâ noſmet ipſi: &, ſi grata Reſpublica eſſet, læta-

Metaſ. *Virorum fortium definitio.* *Antitheſis & ſententia Moralis.* *Antitheta. Simil. cad.*

operatur, neque ſuo fine fruſtratur, etiamſi ſua virtus minùs grata ceciderit ingratæ civitati.

In conſulatu. Cùm L. Catilinam & cæteros conjuratos oppreſſi.

Dimicationibus. Diſcriminibus, periculis &c.

Quamobrem. Itaque confiteretur etiam Milo, ſi verè confiteri poſſet, ſe ultrò occidiſſe Clodium; ſicut confeſſus eſt *Ahala Servilius*, qui Magiſter equitum Spurium Melium nova molientem & L. Quintio Dictatori ſiſtere ſe recuſantem occidit: ſicut *Naſica*, qui Tiberium Gracchum turbas excitantem legibus agrariis: ſicut *Opimius*, qui C. Gracchum Tiberii fratrem judicia à patribus ad Equites transferentem & alia turbantem: ſicut *Marius*, qui Saturninum occupato Capitolio nova molientem juſſit interfici: ſicut *noſmetipſi* qui Cethegum, Lentulum, & alios conjuratos juſſimus in carcere jugulari.

lætaretur: ſi ingrata, tamen in gravi fortuna, conſcientia ſuâ niteretur. Sed hujus beneficii gratiam, judices, fortuna populi Romani, & veſtra felicitas, & dii immortales ſibi deberi putant. Nec verò quiſquam aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam majeſtatem eſſe ducit, numénve divinum: quem neq; imperii veſtri magnitudo, neque ſol ille, nec cæli ſignorúmque motus, nec viciſſitudines rerum atque ordines movent, neque id, quod maximum

Rationes, quæ probant dari Deum.

Lætaretur: Gauderet fructum, & præmia reſpondere ſuæ virtuti.

Si ingrata. Si reſpublica ipſius virtute liberata gratiam non referret, ſeipſum rei præclarè, & cum virtute geſtæ conſcientiâ conſolaretur.

Sed hujus. Altiùs effert orator gloriam Milonis, & magno artificio divinum facit ejus facinus, perinde quaſi non ſingulari virtute ac manu Milonis, ſed Deorum numine ac vi interfectus ſit Clodius; ad ſummam populi Romani felicitatem.

Nec verò. Nemo putabit hujus facti gloriam alteri quàm Deo eſſe tribuendam, niſi ſit atheus.

Imperii veſtri magnitudo. Quia nimirum ſine divina providentia coaluiſſe non potuit tanta imperii magnitudo, ſapientiſſima diſciplina &c. adducit rationes contra illos, qui Deum eſſe negant.

Neque Sol. Secunda ratio dari Deum; cæli motus, rerum viciſſitudo, diſcors elementorum concordia, & cætera hujuſmodi, quæ cohærere non poſſent, niſi ea Deus aliquis temperaret. Sol tam manifeſtum eſt ſignum dari Deum; ut idcirco ſol ipſe à pluribus gentibus Deus eſſe crederetur.

Majo-

mum eſt, majorum noſtrorum ſapien- *Repetitio.*
tia, qui ſacra, qui cæremonias, qui *Inciſa.*
auſpicia & ipſi ſanctiſſimè coluerunt,
& nobis, ſuis poſteris, prodiderunt.
Eſt, eſt profectò illa vis: neque in his 31.
corporibus, atque in hac imbecillitate *Geminatio.*
noſtra ineſt quiddam, quod vigeat, &
ſentiat, & non ineſt in hoc tanto na-
turæ tam præclaro motu. Niſi fortè id- *Refutatio*
circò eſſe non putant, quia non appa- *objectionis.*
ret, nec cernitur: perinde quaſi no-
ſtram ipſam mentem, quâ ſapimus, *Repetitio.*
quâ providemus, quâ hæc ipſa agimus, *Inciſa.*
ac dicimus, videre, aut planè qualis, *Enumeratio.*
aut

Majorum ſapientia. Deum dari docent itidem Majores noſtri omnes, iique ſapientiſſimi, qui niſi numen aliquod eſſe credidiſſent, non inſtituiſſent religiones, eáſque ſanctiſſimè coluiſſent.

Auſpicia. Obſervationes circa ſigna de cælis & res ſacras.

Prodiderunt: Reliquerunt, hinc *memoria prodere.*

Illa vis. Divina nempe, & Dei majeſtas.

Neque in his corporibus. Ex actionibus & motibus corporum noſtrorum agnoſcimus vim quandam, & animam corpori præeſſe, quæ cauſa ſit noſtrorum motuum & actionum: ſed in tota natura etiam tales motus, & præclariores inſunt, ergo etiam in tota natura ineſt & præeſt vis quædam, & anima illarum actionum, ſed illa vis & anima eſt Deus.

Quia non apparet. Nil refert, quòd Deus ille à nobus non cernitur: nam neque animam noſtram videmus. In hunc ſenſum Theophil. Antioch. *Quemadmodum anima in homine non videtur, cùm inviſibilis ſit hominibus, at ex corporis motu cognoſcitur: ita neque* Deus

aut ubi ſit, ſentire poſſumus. Ea vis, *Geminatio.* ea igitur ipſa, quæ ſæpè incredibiles huic urbi felicitates atque opes attulit, quæ illam perniciem extinxit ac ſuſtulit: cui primùm mentem injecit, ut vi irritare, ferróque laceſſere fortiſſi- *Traductio.* mum virum auderet, vinceretúrque ab eo, quem ſi viciſſet, habiturus eſſet impunitatem, & licentiam ſempiternam. Non eſt humano conſilio, ne mediocri quidem, judices, deorum immortalium curâ, res illa perfecta. *Metaphora.* Religiones mehercule ipſæ, quæ illam belluam cadere viderunt, commoviſſe ſe videntur, & jus in illo ſuum retinuiſ-

Deus videri poteſt oculis humanis, at per ſuam providentiam & opera videtur, & agnoſcitur.

Ea vis. Illud numen divinum.

Illam perniciem: Clodium qui ſuis ſceleribus reipublicæ perniciem adferebat.

Cæl. Clodio.

Mentem injecit. Numen aliquod inſtigavit Clodium, ut Miloni inſidias pararet, ſinque his ipſe hæreret.

Fortiſſimum virum. Milonem.

Licentiam ſempiternam. Totâ reliquâ vitâ licentiam & impunitatem habuiſſet Clodius, ſi ipſe viciſſet Milo-lonem. Sæpè *æternus & ſempiternus* accipitur pro *ſemper.*

Ne mediocri. Sed inſigni & maximâ Deorum providentiâ.

Religiones. Ædes ſacræ, aræ, cæremoniæ illis in locis inſtitutæ.

Mehercule. Formula jurandi per Deum Herculem.

Illam belluam. Clodium.

Commoviſſe. Ad vindictam ſumendam.

Jus in illo ſuum. Jus ſumendæ de Clodio vindictæ reti-

ret: ut non abſolutus judicio illo nefario videretur, ſed ad hanc inſignem pœnam reſervatus. Nec verò non eadem ira Deorum hanc ejus ſatellitibus injecit amentiam, ut ſine imaginibus, ſine cantu atque ludis, ſine exſequiis, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere, oblitus cruore & luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici ſolent, ambureretur abjectus. Non fuiſſe credo fas clariſſimorum virorum formas illi teter- 33. *Iterum abs. ud.* *Repetitio.* *Enumeratio.* *Inciſa.*

Abſolutus judicio. Cùm judicibus pecuniâ corruptis evaſit judicium, ad quod trahebatur ob religionem Bonæ Deæ violatam.

Nec verò. Aliud divinæ vindictæ veſtigium, quòd ab ipſis ſuæ factionis ſatellitibus legitimo ſepulturæ honore fuerit privatus

Sine imaginibus. In funeribus cereæ nobilium *imagines* ferebantur: næniæ ſive *cantus* adhibebantur: *Ludi* quoque gladiatorum: itē lamenta mulierum genas dilacerantium. Servi autem teſtamento manumiſſi partim funus pileati antecedebant, partim cadaver in lecto poſitum ventilabant.

Sine laudationibus. Quæ fiebant in foro, majorum imaginibus in medio collocatis.

Sine funere. Abſque eo, quòd cadaver facibus & funalibus ſtipatum efferretur.

Oblitus cruore. Non lotus, & unctus, ut fieri ſolebat.

Amburer etur. Non penitùs ureretur, ſed circumureretur, & ſemicrudum relinqueretur.

Abjectus. Ut ſuprà: nocturnis canibus laniandus. Vel ambureretur, poſtquam ejectus fuiſſet è domo, non depoſitus ad januam, & deinde elatus.

Clariſſimorum virorum.

Metonymia. teterrimo parricidæ aliquid decoris afferre, neq; ullo in loco potiùs mortem ejus lacerari, quàm in quo vita eſſet damnata. *Antitheſis.* Dura mihi, mediusfidius, jam fortuna populi Romani & crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc rempublicam inſultare videret, & pateretur. *Digreſſio in fortunam populi R.* Polluerat ſtupro ſanctiſſimas religiones, ſenatûs graviſſima decreta perfregerat, pecuniâ ſe palàm à judicibus redemerat: vexàrat in tribunatu ſenatum: omnium ordinum conſenſu pro ſalute reipub. geſta reſciderat, me patriâ *Coacervat Clodii ſcelera plura.* *Simil. cad. & defin.*

Imagines majorum Clodii, qui tam clari fuerunt, ut pater, avus, proavus, atavus geſſerint conſulatum.

Mortem lacerari. Cadaver ejus non decebat alio loco laniari, & canibus objici, quàm in ipſa curia, ubi ſenatus ejus ſuppliciis expiandas religiones ſæpè cenſuerat; eúmque plurimis ſenatûs conſultis confixerat.

Dura mihi &c. Dura mihi, & in ſua patientia nimiùm obdurata hactenus videbatur fortuna Reipublicæ; nam tulit iſta & illa ſcelera Clodii: tandem loco & tempore convenienti pœnas expetiit, tarditatem ſupplicii gravitate compenſans.

Polluerat. Ingreſſus fuerat in habitu fidicinæ domum Cæſaris Conſulis, ubi Virgines Veſtales pro populo Bonæ Deæ ſacra faciebant, ut in ipſis Bonæ Deæ pulvinaribus Pompeiæ Cæſaris uxori ſtuprum inferret.

Senatûs decreta. Ejus pœnas, leges, judicia inſuper habebat.

Vexàrat. Senatus Ciceronis protectionẽ ſuſceperat, ad luctum oſtendendum veſtem mutandam cenſuerat, Clodius tribunus pl. intereeſſit, vetuit, & ſic ſenatûs auſteritatem, & decreta oppreſſit.

Omnium ordinum. Conſenſerat ſenatus, conſpirabant Equi-

patriâ expulerat, bona diripuerat, domum incenderat, liberos, conjugem meam vexaverat, Cn. Pompejo nefarium bellum indixerat, magiſtratuum, privatorúmque cædes effecerat, domum mei fratris incenderat, vaſtârat Etruriam, multos ſedibus ac fortunis ejecerat, inſtabat, urgebat: capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna non poterant; incidebantur jam domi leges, quæ nos noſtris ſervis addicerent, nihil erat cujusquã, quod quidem ille adamâſſet, quod non hoc anno ſuum fore putaret. Obſtabat ejus cogitationibus nemo, præter Mi-

Diſſoluta. *Inciſa.* *Membratim*

Equites & plebeii, ut Cethegus, Lentulus & alii conjurati Catilinæ necarentur; hæc geſta reſcidit Clodius, me propterea in exiliũ miſit.

Cn. Pompeji. Cùm ſervum ſubornavit ad eum occidendum &c.

Inſtabat, urgebat. Perſiſtebat, & pernitebatur alios è poſſeſſionibus ſuis expellere.

Incidebantur. Leges ab ipſo in prætura ſua promulgandæ jam in æs inſculpebantur, quæ majorem auctoritatem ſervis noſtris, quàm nobis ipſis concederent, & ita nos ſervis propriis mancíparent.

Nihil erat cujusquam. Omnium civiũ bonis inhiabat, & hæc jam ſpe & cogitatione devorârat, eáque tantùm nobis fruenda reliquiſſet, quæ præ faſtidio habere noluiſſet:

Hoc anno. Quo Præturam fuiſſet adeptus.

Obſtabat. Nemo obviàm ibat, obſiſtebat, quò minùs ſuas vexandæ reipublicæ molitiones ad exitum perduceret.

Milonem, Ipſum illum, qui poterat obſtare, novo reditu in gratiam quaſi devinctum arbitrabatur: Cæſaris potentiam ſuam eſſe dicebat: bonorum animos in meo caſu contempſerat: Mi-
33. lo unus urgebat. Hîc, Dii immortales, ut ſuprà dixi, mentem dederunt illi perdito ac furioſo, ut huic faceret inſidias. Aliter perire peſtis illa non potuit: nunquam illum reſpublica ſuo
Ironia. jure eſſet ulta. Senatus, credo, Præ-
Subjectio. torem eum circumſcripſiſſet. Ne cùm ſolebat quidem id facere, in privato eodem

Ipſum illum. Cn. Pompejum intelligit.

Novo reditu. Quia recens cum ipſo in gratiam redierat, ejus partes amplexus, ut Pompejus ſecundum Conſulatum obtineret, putabat ſibi Pompeium *quaſi devinctum*, ita quodammodo ligatum ac irretitum, ut ſi vinculis conſtrictus movere ſe non poſſet.

In meo caſu. In meo exilio.

Unus urgebat. Milo ſolus terrebat, inſtabat à tergo, formidinem incutiebat.

Hic Dii immortales. In hoc extremo rerum diſcrimine, cùm is reipublicæ eſſet ſtatus, Dii immortales in eã mentem Clodium impulerunt, ut ipſe quidem laceſſeret Milonem, per Deorum verò providentiam Clodius occumberet, atq; ita eo ſublato ſalus reipublicæ redderetur.

Ut huic. Miloni.

Nunquam illum reſp. Reſpublica non ſumpſiſſet de eo vindictam pro ſuo jure. Nam ſenatus nihil effeciſſet. Conſules non ſatis fortes fuiſſent.

Circumſcripſiſſet. Ejus potentiam, quaſi circumdatis cancellis & terminis limitaſſet, conſtrinxiſſet? Tamen ſenatus nihil effecit in eo, cùm privatus eſſet.

Ne cùm ſolebat. Ne tùm qui

eodem hoc aliquid profecerat. An conſules in Prætore coercendo fortes fuiſſent? Primùm Milone occiſo habuiſſet ſuos conſules: deinde quis in eo prætore Conſul fortis eſſet, per quem tribunum, virum conſularem crudeliſſimè vexatum eſſe meminiſſet? Oppreſſiſſet omnia, poſſideret, teneret: lege nova, quæ eſt inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis, ſervos noſtros libertos ſuos feciſſet. Poſtremò niſi eum dii immortales in eam mentem impuliſſent, ut homo effœminatus fortiſſimum virum conaretur occidere, hodie rempublicam nullam haberetis. An ille prætor, ille verò Conſul, ſi modò hæc templa, atque ipſa

A minore ad majus.

Synonyma.

Antitheta.

A minore ad majus.

quidem, cùm ſolebat ſenatus hoc facere, & magiſtratûs, eorúmque potentiam coërcere, aliquid profecit in Clodio, etiam privato, quando ille de inceſtu accuſatus, tamen evaſit.

Suos Conſules. Sibi faventes & addictos, Hypſæum & Scipionem.

In eo prætore. Si prætor fuiſſet Clodius, quis eum coërcuiſſet, quando coërceri non potuit, cùm eſſet tribunus.

Virum Conſularem. Seipſum Cicero intelligit.

Lege nova. Novam appellat, quia nullum poſt homines natos extabat tam injuſtæ legis exemplum. Inventam ait apud Clodium, & conteniam fortaſſe illo librario, quod dicebatur Sext. Clodius è domo tanquam Palladium ſuſtuliſſe.

Servos noſtros. Ut ſuprà; nos ſervis addicerent.

Libertos ſuos. Sua lege libertate donaſſet, & eorum ipſe patronus extitiſſet.

An ille Prætor. Si mor-

tuus

Repetitio. ipſa mœnia ſtare eo vivo tamdiu, & conſulatum ejus exſpectare potuiſſent, *Antitheſis.* ille denique vivus nihil mali feciſſet, qui mortuus, uno ex ſuis ſatellitibus Sex: Clodio duce, curiam incenderit? *Affectus deplorantis* Quo quid miſerius, quid acerbius, quid luctuoſius vidimus? Templum *Curiam. Curiæ Definitio.* ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici, caput urbis, aram ſociorum, portum omnium gentium, ſedem ab univerſo populo Romano conceſſam uni ordini, inflammari, exſcindi, funeſtari? Neque id fieri à mul-

tutus Clodius incendit curiam, & omnia permiſcet, quanto magis ſi vivus eſſet, ſi Prætor, ſi Conſul?

Satellitibus. Armigeris, ſtipatoribus, ſociis & commilitonibus &c.

Quo quid miſerius? Amplificat & exaggerat incendium curiæ, à loci dignitate, ſanctitate &c. hic alii pueriliter diſerti, ædificii magnificentiam, marmora, columnas, baſes, ſtylobatas, encarpos, & cætera ſimilia nomina à fabris ambitioſè conquirerent, à reconditis auctoribus ſtructurarum phraſes & verba ſolis nota fabris murariis, quaſi floſculos in orationem intruderent inſulſi logodædali; Cicero nil ſimile, &c.

Templum Sanctitatis. Locum inauguratum, in quo ſanctiſſimæ ſententiæ, à viris integerrimis &c. ubi ſanctitas ipſa domicilium habet.

Amplitudinis. Majeſtatis, ut tot reges, quot ſenatores eſſe videantur.

Mentis, Conſilii. Prudentiæ, ſapientiæ; conſilii publici; in quo ad reipublicæ ſalutem excubatur.

Aram. Refugium & aſylum aliorum populorum; portum, ad quem naufragi tenderent.

Funeſtari. Cadaveris illatione inceſtari.

Mult-

multitudine imperita (quanquã eſſet miſerum id ipſum) ſed ab uno, qui, cùm tantũ auſus ſit ultor pro mortuo, quid ſignifer pro vivo non eſſet auſus? In curiam potiſſimùm abjecit, ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat. Et ſunt, qui de Appia via querantur, taceant de curia? Et qui ab eo ſpirante forum putent potuiſſe defendi, cujus non reſtiterit cadaveri curia? Excitate, excitate ipſum, ſi poteſtis, à mortuis. Frangetis impetum vivi, cujus vix ſuſtinetis furias inſepulti? niſi verò ſuſtinuiſtis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum ſal-

A minori ad majus.

Antitheta.

Epiphonema per interrog. & contraria.

Geminatio.

Conceſſio.

Ironia.

Enthymema.

Multitudine imperita. Plebe.

Vivus everterat. Qui ſenatûs auctoritatem per ſeditiones deleverat.

Et ſunt. Quàm indignum eſt, Clodianos queri, & miras tragœdias excitare, quòd Clodius in Appia via, id eſt, in monumentis majorum ſuorum occiſus fuerit, cùm interim de incendio curiæ non querantur.

Excitate. Conceſſione ironica judices hortatur, ut vitam Clodio reddant, ſi poſſint ejus viventis furoribus reſiſtere.

Furias inſepulti. Ideò adſcribit mala illa furiis Clodii inſepulti, quia credebant, furias & umbras inſepultorum non recipi apud inferos, & ideò in terris circumvagari, vivóſque territare.

Niſi verò. Iterum formula Ironiæ: tamen eos ſuſtinere, morari non potuiſtis, qui incendium curiæ adhibitis facibus moliti ſunt, qui cum aliis armis cucurrerunt vel ad ædes Caſtoris ipſas diripiendas, vel ad vicinam Milonis domum oppugnandam.

Metaphora. falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitârunt. Cædi vidiſtis populum Romanum, concionem gladiis diſturbari, cùm audiretur ſilentio M.
Laus Cœlii. Cœlius Tribunus plebis, vir & in re-
Polyſyndeta. publica fortiſſimus, & in ſuſcepta cauſa firmiſſimus, & bonorum voluntati, & auctoritati ſenatûs deditus, & in hac Milonis ſive invidia, ſive fortuna ſingulari, divina & incredibili fide.
34. **PERORATIO.** Sed jam ſatis multa de cauſa: extra cauſam etiam nimis fortaſſe multa.
Ad captandam miſeri- Quid reſtat, niſi uxorem, obteſterq; vos,

Ad Caſtoris. Ædes ſubintelligitur. Modus loquendi etiamnum receptus: ad *D. Virginis.* De his ædibus Caſtoris alibi.

Volitârunt. Hæc vox licentiam quandam & Clodianorum impunitatem oſtendit, ut alibi.

Cædi vidiſtis. Poſt cædem Clodii multas civium cædes contigiſſe narrat Appianus: *Magna etiam edita eſt aliorum ſtrages; Clodianis non amplius Milonis amicos veſtigantibus; ſed eum trucidantibus, qui primus occurrerat, ſive civem, ſive peregrinum, & eos maxime, qui veſte aut annulis aureis eminebant.*

M. Cœlius. Cùm Pompejus leges tuliſſet de inſtituenda nova quæſtione, ut auctor eſt Pedianus: *His legibus obſiſtere M. Cœlius Trib. pl. ſtudioſiſſimus Milonis conatus eſt, quia & privilegium diceret in Milonem ferri, & judicia præcipitari; at cùm pertinaciùs legem vituperaret Cœlius, eo proceſſit ira Pompeius, ut diceret, ſi coactus eſſet, armis ſe Remp. defenſurum.* Cùm hanc igitur concionem haberet Cœlius, & populus ſilentio ac libenter audiret, irruerunt Clodiani, concionem diſturbârunt.

Sed jam ſatis. Satis multa de cauſſa diximus, cùm Milonem

Vos, judices, ut eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat: ego etiam, repugnante hoc, & imploro, & expoſco. Nolite, ſi in noſtro omnium fletu nullam lacrymam aſpexiſtis Milonis, ſi vultum ſemper eundem, ſi vocem, ſi orationē ſtabilem ac non mutatam videtis, hoc minus ei parcere: atque haud ſcio, an multò etiam ſit adjuvandus magis. Etenim ſi in gladiatoriis pugnis, & in infimi generis hominum conditione atq; fortuna timidos & ſupplices, &, ut vivere liceat, obſecrantes, etiam odiſſe ſolemus: fortes & animoſos & ſe acriter ipſos morti offerentes ſervare cupimus;

cordiam.

Repetitio

Exemplum gladiatorum & à minore.

lonem inſidias non feciſſe oſtendimus, qui erat ſtatus, & cardo quæſtionis. *Extra cauſſam*, cùm probavimus Milonem dignum præmio futurum fuiſſe, ſi ſolo etiam patriæ liberandæ ſtudio Clodium occidiſſet, quod non erat poſitum in quæſtione.

Nolite. Peroratio duas partes complectitur. Alterâ Milonem excuſat, quòd nec ſordidatus eſſet, nec ſe ad judicum pedes ſubmitteret, aut miſericordiam imploraret: alterâ ipſe judicum miſericordiam expoſcit.

Non mutatam videtis. Nihil magis nocuit Miloni, quàm hæc conſtantia, ſive audacia, quâ nimiùm quantùm judicum animos offenderat; ideò multus eſt orator in hac offenſione lenienda.

Etenim ſi. Exemplo gladiatorum docet, Milonem tantò eſſe miſericordiâ digniorem, quantò minùs eam implorat. Gladiatori enim, inquit, vitam petenti iraſcimur, mortem adeunti ignoſcimus, ergo multò magis &c. Locum hunc Ciceronis

pimus: corúmque nos magìs miſereat qui noſtram miſericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant: quantò hoc magìs in fortiſſimis civibus facere debemus? Me quidẽ, judices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis, quas audio aſſiduè & quibus interſum quotidie. Valeant, valeant inquit, cives mei, valeant: ſint incolumes, ſint florentes, ſint beati: ſtet hæc urbs præclara, mihíque patria cariſſima, quoquo modo erit merita de me: tranquillâ republicâ cives mei, quoniam mihi cum illis non licet, ſine me ipſi, ſed per me tamen perfruantur. Ego cedam, atque abibo. Si mihi republica bona frui non licuerit, at carebo malâ, & quamprimùm tetigero bene moratam, & liberam civitatem, in

Simil. deſ.

Proſopopæja Milonis.

Inciſa.

Geminatio.

Synonyma.

Commutatio.

Traductio.

Antitheta.

ronis præ oculis habuit Seneca de Tranq. c. 11. *Gladiatores, ait Cicero, inviſos habemus, ſi omni modo vitam impetrare cupiunt; favemus, ſi contemptum ejus præ ſe ferunt.*

Hæ voces Milonis. Inducta Milonis oratione ejus non ſolùm fortitudo & conſtantia, ſed etiam ſingularis amor Patriæ demonſtratur, quibus ſe vocibus exanimari dicit orator, ut illa timoris comparatione animi magnitudo in Milone magìs eluceſcat.

Valeant. Introducitur patriæ valedicens Milo.

Quoquo modo. Sive me ob Clodii necem ut parricidam damnârit, ſive ob vim vi repulſam, ut innocentem abſolverit, ſive ob partam nece Clodii reipublicæ ſalutem præmiis & honoribus affecerit.

Bene moratam: Bonis moribus & legibus inſtitutam.

in

in ea conquieſcam. O fruſtrà, inquit, ſuſcepti mei labores! O ſpes fallaces! O cogitationes inanes meæ! Ego cùm tribunusplebis republicâ oppreſsâ me ſenatui dediſſem, quem extinctum acceperam; Equitibus Romanis, quorum vires erant debiles; bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abjecerant: mihi unquàm bonorum præſidium defuturũ putarem? Ego, cùm te (mecum enim ſæpiſſimè loquitur) patriæ reddidiſſem, mihi futurum in patria non putarem locum? Ubi nunc ſenatus eſt, quem ſecuti ſumus? ubi Equites Romani

Exclamationes.

Enumeratio.

Traductio.

Repetitio.

Diſtributio in partes.

In ea conquieſcam. Ibi ponam domicilium rerum mearum.

O fruſtrà! Per exclamationem oratoriam ipſe Milo introducitur ſpei ſuæ vanitati indignans, & judicii, ſi damnetur, ingrati indignitatem deſcribens. Proh! quàm inutiles fuerunt illi labores, quos pro republica ſuſcepi?

Cùm tribunusplebis. Cùm tribunusplebis eſſem, anno ſequente tribunatum Clodii; qui rempublicam oppreſſerat, dedi me ſenatui, tradidi & impendi me dignitati ſenatûs defendendæ; quàm ferè penitus, & ita amiſerat, ut ejus decreta nihil valerent.

Equitibus Romanis. Dediſſem, impendiſſem me reſtituendæ dignitati Equitum; quorum vires & potentia conciderant.

Bonis viris. Qui oppreſſi fuerant armis Clodianorum ſervorum; cùm inquam his me totum dediſſem, omnemque in meo tribunatu operam eò contuliſſem &c. poterámne ſuſpicari eorum mihi præſidium defuturum, quos tanto ſtudio defenderam?

mani illi, illi, inquit, tui? ubi ſtudia municipiorum? ubi Italiæ voces: ubi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox & defenſio? mihine ea ſoli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil poteſt opitulari? 35. *Cicero loquitur.* Nec verò hæc judices, ut ego nunc flens; ſed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. *Geminatio.* Negat enim ſe, negat ingratis civibus feciſſe, quæ feciſſet: timidis & om-

Cum te. M. Tulli.

Quem ſecuti ſumus. Cujus in omni vita, & adminiſtrandæ reipublicæ ratione, ego & tu, ſemper auctoritati paruimus.

Illi tui? Quos tu Cicero in conſulatu tuo ita cum ſenatu conjunxiſti, eorum ordinem confirmâſti &c.

Studia municipiorum. A quibus tam multi miſſi ſunt Romam, qui te M. Tulli in patriam revocarent?

Italiæ voces. Quæ de te, & pro te ſuffragia tulerunt. Quaſi diceret, quàm citò illa ſenatûs, Equitum, municipiorum totius Italiæ ſtudia mutata ſunt! O ſpes fallaces!

Morti me obtuli. Qui pro tua ſalute Clodio me oppoſui, qui propterea meam vitam appetebat, quia te defendi.

Nec verò. Deſinit loqui Milo, loquiturque Cicero; & excuſat Milonem, quòd cives non accuſet tanquam ingratos, ſed quòd pericula conſiderent cives imminentia ſibi à Clodianis, & ideò non audeant Milonem abſolvere. Excuſat etiam Cicero Milonem quoad cæteros, de quibus cõqueſtus eſt.

Quo videtis. Eum conſtanter, & ſine ulla animi perturbatione judicio nunc adeſſe.

Negat. Milo ideò conſtante vultu adeſt, quia non judicat ſe, quæ fecerit, feciſſe ingratis civibus & ſua merita non agnoſcentibus; hoc equidem agnoſcit, cives dubitare, quid de ſe ſtatuant, quia

omnia circumſpicientibus pericula non negat. Plebem & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce fortunis veſtris imminebat, eam, quò tutior eſſet vita veſtra, ſuam ſe feciſſe commemorat; ut non modò virtute flecteret, ſed etiam tribus ſuis patrimoniis deliniret: nec timet, ne cùm plebem muneribus placârit, vos non conciliâris meritis in rempublicâ ſingularibus. Senatûs erga ſe benevolentiam temporibus his ipſis ſæpè eſſe perſpectam: veſtras verò, & veſtrorum ordinum

Excuſat largitiones à Milone factas.

Traductio.

Diſſoluta.

quia timent pericula Clodianæ factionis.

Plebem. Hoc commemorat, hoc fatetur, ſe largitiones in plebem feciſſe, eo tamen conſilio, ut plebis divitum fortunis inhiantis famem hac largitione ſatians, vitam veſtram & fortunas veſtras tueatur. Fecerat magnas largitiones Milo ante cædem Clodii, ut conſulatum obtineret.

Suam ſe feciſſe. Sibi adjunxiſſe, ad ſe, & ſuas partes traxiſſe, ut non tantùm merita, quæ in republica habebat Milo, valerent, ſed & pecuniâ homines ac plebem obligaret.

Tribus patrimoniis. Tria patrimonia habuit Milo. 1. à Familia Papia, ex qua ipſe fuit. 2. Ex adoptione à C. Annio avo materno. 3. Ab ipſa matre. Hæc fatetur Milo ſe largitionibus factis profudiſſe. Imò ſcribitur ultrà hæc multum æris alieni contraxiſſe, nam & ludos edidit ſumptuoſiſſimos. Scribit Plinius l. 36. Milonem ſeſtertiûm ſeptingenties æris alieni habuiſſe, id eſt, pænè decies octies centena aureorũ millia debuiſſe.

Meritis &c. Propter merita.

Senatûs benevolentiam. Cicero ulteriùs excuſat Milonis illam ſuperiorem ora-

dinum occurſationes, ſtudia, ſ
nes, quemcunque curſum fortun
derit, ſecum ablaturum eſſe dicit
minit etiam, ſibi vocem præconi
dò defuiſſe, quam minimè deſide
populi verò cunctis ſuffragiis,
unum cupierit, ſe Conſulem de
Simil. cad. tum. Nunc denique ſi hæc arma
Adjunctio, tra ſe ſint futura, ſibi facinoris
cionem, non facti crimen ob
Sententia. Addit hæc, quæ certè vera ſunt:
Traductio, & ſapientes viros non tam præm
qui ſolere rectè factorum, quàm

tionem, quâ conqueſtus etjam eſt de ſenatoribus: non dubitat Milo de benevolentia veſtra: ſi etiam condemnandus ſit, recordationem benevolentiæ veſtræ ſecum auferet in exilium.

Quemcunque curſum. Si etiam in exilium abire debeat.

Præconis vocem. Bene recordatur Milo, quòd quoties habita ſunt comitia, ſemper civium ſuffragio conſul ſit factus, nihilque defuerit, quàm præconis vox quâ publicè proclamaretur.

Quam minimè &c. Blanditur populo, tanquam ſuffeciſſet Miloni benevolentia populi, hoc unum ſe cupiſſe, ut populi ſuffrag ſul declararetur, ex q ſtudia cognoſceret conis vocem minimè ſideràſſe, ut promul Conſul.

Nunc denique. Nec i peio diffidere Milone & excuſat Cicero; enim hæc à Pompejo ſita eſſe judicat prop ſpiciones tantùm, non ter crimen creditum.

Addit hæc. Addit rationem conſtantiæ nis, quia videlicet ſeipſa contenta ſit, n um fructum deſidere ſi deſideret, eum eſſe rem & gloriam, qu lo ſemper habebit.

rectè facta: ſe nihil in vita, niſi præclariſſimè feciſſe: ſiquidem nihil ſit præſtabilius viro, quam periculis patriam liberare: beatos eſſe, quibus ea res honori fuerit à ſuis civibus; nec tamen eos miſeros, qui beneficio cives ſuos vicerint: ſed tamen ex omnibus præmiis virtutis, ſi eſſet habenda ratio præmiorum, ampliſſimum eſſe præmium, gloriam: eſſe hanc unam, quæ brevitatem vitæ poſteritatis memoriâ conſolaretur: quæ efficeret, ut abſentes adeſſemus, mortui viveremus: hanc denique eſſe, cujus gradibus etiã homines in cælum viderentur adſcendere. De me, inquit, ſemper populus Romanus, ſemper omnes gentes loquentur, nulla unquam obmuteſcet ve-

Antitheſis. *Traductio.* *Præmium virtutis gloria.* *Major.* *Antitheta.* *Minor.* *Pergit Proſopopœja Milonis.*

Rectè facta, Ut ait in hunc ſenſum Claudianus: *Ipſa quidem virtus pretium ſibi &c.*

Beatos eſſe: Beati, qui propter virtutem honorantur; non tamen miſeri, qui non honorantur, quique plus beneficii tribuunt, quàm viciſſim accipiant.

Gloriam: Si præmium aliquod eſt virtutis, eſt gloria; at hanc ſat magnam habet Milo: *De me enim &c.* Eſt ſyllogiſmus. Notandus pariter eſt elegans hic loquendi modus: *Si eſſet habenda ratio præmiorum.* Barbarè dicunt, *habere reſpectum ad præmia, ad proprium commodum &c.* meliùs, habere rationem præmiorum, *commodi &c.* *ratio* nempe, pro *reſpectus*. Sic Cicero alibi: *Peto à te, ut mei rationem habere velis.*

De me inquit. Redit ad Proſopopœjam Milonis, ci-

vium

vetuſtas. Quin hoc tempore ipſo, cùm omnes à meis inimicis faces meæ invidiæ ſubjiciantur, tamen omni in hominum cœtu gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni ſermone celebramur. *Præteritio.* Omitto Etruriæ feſtos & actos, & inſtitutos dies; centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii, & opinor ultrà, quàm fines imperii populi Romani ſunt, *Hyperbole.* non ſolùm fama jam de illo, ſed etiam lætitia peragravit. Quamobrem, ubi corpus hoc ſit, non, inquit, laboro, quoniam omnibus in terris, & jam verſatur, & ſemper habitabit

vium ſenſum de nece Clodii, Hetruriæ gratitudinem, omnium gentium lætitiam prædicantis, ſibíque ipſi partam hoc facto gloriam gratulantis.

Faces meæ invidiæ &c. Cùm inimici mei meam invidiam omni modo augere conantur. Translatio ab iis, qui facibus & flammis ſubjectis ignem & incendium augent.

Gratulationibus. Gratulari nonnunquam idem eſt, ac gratias agere. Ita Livius: *Triumphantes in Capitolium aſcendebant, Jovi Opt. Max. cæteriſque Diis gratulaturi,* id eſt, acturi gratias pro victoria. Hic agebant Hetruſci gratias Miloni propter ſuum commodum & beneficium ſibi à Milone collatum, tollendo Clodium è vivis; gratulabantur ſimul Miloni propter gloriam hoc facto obtentam.

Feſtos & actos &c. Hetruriam populatus fuerat Clodius, quare ſtatim, atque fama de ejus cæde audita eſt, publicam feſtivitatem Hetruſci inſtituerunt; nec feſtos dies ſolùm egerunt, ſed in poſterum ſemper habendos decreverunt, atque adeò *inſtituerunt.*

Quamobrem. Non laboro, ſimne manſurus in civitate, an

bitabit nominis mei gloria. Hæc tu mecum ſæpè his abſentibus? ſed iiſdem audientibus hæc ego tecum, Milo: Te quidem cùm iſto animo es, ſatis laudare non poſſum: ſed quò eſt iſta magìs divina virtus, eò majore à te dolore avellor. Nec verò, ſi mihi eripueris, reliqua eſt illa ſaltem ad conſolandum querela, ut his iraſci poſſim, à quibus tantum vulnus accepero. Nō enim inimici mei te mihi eripient, ſed amiciſſimi: nō malè aliquando de me meriti, ſed ſemper optimè. Nullum unquam, judices, mihi tantum dolo-

36. *Altera pars perorationis, quâ Cicero ſupplicat judicibus pro Milone.*

Judicum benevolentiam captat.

Antitheta.

an verò in exilium abiturus.

Hæc tu mecum. Hic finit proſopopæjam Milonis, & ſimul priorem perorationis partem de Milonis conſtantia.

His abſentibus. Judicibus.

Hæc ego tecum. Nunc ego loquor hæc ad te Milo, audientibus judicibus.

Cùm iſto animo. Tuam illam animi conſtantiam, quâ exilium, cæteróſque fortunæ caſus contemnis, nec quicquam præter virtutis honeſtatem deſideras, & gloriâ, quam tibi cædes Clodii peperit, contentus es, ſatis laudare non poſſum.

Iraſci non poſſim. Qui te mihi eripiunt, judices te condemnantes, ſemper amici fuêre mei, & ſunt mihi cariſſimi, ergo nec iis iraſci poſſum, quod ſaltem aliquod nonnullorum in miſeriis ſolatium eſt.

Nullum unquam. Quod fieri ſolet in magna ſolicitudine & dolore, nunc ad hoc, nunc ad illos ſe convertit, quaſi ſtabile ſolum invenire non poſſit, in quo conſiſtat oratio. Quare ad judices à Milone, à judicibus ad Milonem, à Milone rurſus ad judices, tum ad centuriones, ad patriam ipſam, ad

Correctio. dolorem inuretis, etſi quis poteſt eſſe tantus? ſed ne hunc quidem ipſum, ut oblivisſcat, quanti me ſemper feceritis. Quæ ſi vos cepit oblivio, aut ſi in me aliquid offendiſtis, cur non id meo capite potiùs luitur, quàm Milonis? præclarè enim vixero, ſiquid mihi acciderit priùs, quàm hoc tantum mali videro. Nunc me una conſolatio ſuſtentat, quòd tibi, T. Anni, nullum à me amoris, nullum ſtudii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetivi: ego meum

Studium Ciceronis in Milonem. *Repetitio,* *Inciſa.* *Simil. cad.* *Adjunctio.*

ad exteras nationes, ad animata & inanimata, convertitur.

Etſi quis. Quaſi verò ullus alius dolor evenire mihi poſſit, qui poſſit cum præſenti comparari.

Ut oblivisſcar &c. Commodè ſuæ apud judices exiſtimationis & auctoritatis refricat memoriam, non ſolùm ut ſuæ gratæ voluntatis ſpecimen exhibeat, ſed etiã ut plus momenti & auctoritatis comparet orationi ſuæ.

In me offendiſtis. *Siqua re ego vos offendi, & in veſtrum odium incidi.* Ita Grævius in ſuis commentariis. Aliis verbis Abram, ſenſu penè eodem: *Si in me inveniſtis aliquid ignotum priùs, quod nunc vobis diſpliceat.* Cicero alibi: *offendere apud aliquem, id eſt, in alicujus odium incurrere.*

Cur non id &c. Prudenter inſinuat, Miloni, ſi damnatus fuerit, non tam Clodii cædem, quàm Ciceronis ipſius familiaritatem obfuiſſe, quaſi ideò ſolùm in invidiam vocatus fuerit Milo, quòd Ciceronem ab exilio revocârit.

Inimicitias potentium. Aſconius: *Tanta conſtantia ac fides fuit Ciceronis, ut non populi à ſe alienatione, non Cn. Pompeii ſuſpicionibus &c. non armis, quæ palàm in Milonem*

meum ſæpè corpus & vitam objeci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te ſupplicem abjeci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum in comunionem tuorum temporum contuli: hoc denique ipſo die, ſiqua vis eſt parata, ſiqua diminutio capitis futura, depoſco. Quid jam reſtat? quid habeo, quod dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, niſi ut eam fortunam, quæcunque erit tua, ducam meam? Non recuſo, non abnuo, vóſque obſecro, judices, ut veſtra beneficia, quæ in me contuliſtis, aut in hujus ſalute augeatis, aut in ejuſdem exitio occaſura eſſe videatis. — *Dubitatio.* *Synonymia.* *Sim, deſ.*

His

...nem ſumpta erant, deterreri potuerit à defenſione eius, cùm poſſet omne periculum ſuum & offenſionem inimicæ multitudinis declinare.

Objeci armis. Se Clodianorum armis objecit, tum in petitione conſulatûs, cùm adeſſet Miloni candidato, quo tempore Clodiani cum Milonianis pæuè ſingulis diebus manus conſerebant, tum etiam poſt mortem Clodii, cùm habitæ ſunt turbulentiſſimæ conciones.

Ego me. Ego ad multorum genua accidens pro te ſupplicavi.

In communionem. Tibi communicavi omnes fortunas meas, ut iis tuo arbitratu ad defenſionem tuæ ſalutis & capitis uterêre.

Diminutio capitis. Si vel Clodiani, cùm te abſolutum ſenſerint, vim inferre conantur, vel ſi condemneris capite, depoſco, peto, ut totum in meum caput convertatur. *Diminutio capitis* fit per libertatis vel civitatis amiſſionem, ſic dicta, quia caput ex civibus, & civitate eximebatur.

His

37. *Correctio. Sententia.* His lacrymis non movetur Milo. Eſt quodam incredibili robore animi. Exilium ibi eſſe putat, ubi virtuti non ſit locus: mortem naturæ finem eſſe, non pœnam. Sit hic ea mente, quâ natus eſt. *Antitheſis.* Quid? vos judices quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis, ipſum ejicietis? & erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quàm hic, qui procreavit? *Geminatio. Apoſtrophe ad Centuriones, milites &c.* Vos, vos appello, fortiſſimi viri, qui multum pro republica ſanguinem effudiſtis: vos in viri, & in civis invicti appello periculo, centuriones, voſque milites: vobis non modò inſpectantibus, ſed etiam armatis,

His lacrymis. Retractatio eſt oratoria. Sed fruſtra conor Milonem lacrymis movere, ut ſibi ipſi conſulat, ut ad judicum pedes ſe abiiciat, ut pro ſe ipſo deprecetur.

Exilium. Duas rationes affert è morali philoſophia petitas, cur Milo neque mortem, neque exilium pertimeſcat. 1. Quòd ubique terrarum virtuti locus ſit. 2. Quòd mors pœnæ locô non ſit habenda, quippe quæ ſit omnibus oppetenda.

Sit hic ea. Sed eſto: Milo ſit adeò fortis & conſtans &c. an ideò in exilium debet expelli?

Dignior locus. Eleganter. Non ait, erit dignior ullus civis, qui remaneat in civitate, quàm Milo: ſed erit dignior ullus locus, qui fruatur virtute Milonis, quàm patria? longè majore cum emphaſi. Nec ait hunc virtute præditum, ſed hanc virtutem *in abſtracto*, & per metonymiam.

Hic

tis, & huic judicio præſidentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, ejicietur? O me miſerum! O me infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuiſti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid reſpondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? Quid tibi, Quinte frater, qui nunc abes, conſorti mecum temporum illorum? me non potuiſſe Milonis ſalutem tueri per eosdem, per quos noſtram ille ſervâſſet. At in qua cauſa non

Synonymia. Exclamatio pathetica à Milonis in ſe meritis. Commutatio. Antithesis. Apoſtrophe ad fratrem. Subjectio præclara.

Hæc tanta virtus. Milo, vir adeò fortis, adeò generoſus.

Revocare tu me. Cicero actionibus Milonis, bonorum omnium ſuffragio fuerat patriæ reſtitutus: hinc igitur ſuam calamitatem deplorat, quòd per eosdem Milonem non poſſit in patria retinere. Eſt enim miſerum honeſto viro, non poſſe gratiam referre iis, à quibus beneficium acceperit.

Liberis meis. Libenter in perorationibus facit fratrũ, parentum, & liberorum mentionem. Hac enim mentione jucundæ pietatis ſenſu leniter tentati judices faciliùs erga reum molliuntur.

Tibi Q. Frater. Quid tibi Q. frater reſpondebo è Galliis redeunti, in quibus nunc verſaris legatus Julii Cæſaris?

Conſorti mecum. Tibi, qui conſors & particeps eras calamitatis illius, quæ mihi in exilium acto per Clodium illata eſt, & qui etiam conſors ac particeps fuiſti illius beneficii, quo me Milo in patriam revocavit, ac proinde graviter feres caſum Milonis.

Ab adjunctis rei, perſonæ &c. non potuiſſe? quæ eſt grata gentibus? A quibus non potuiſſe? Ab iis, qui maximè P. Clodii morte acquiêrunt. *Interrogatio oratoria.* Quo deprecante? me. Quodnam ego concepi tantum ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi, judices, *Articulus & Inciſa.* cùm illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exſtinxi? *Synonymia.* Omnes in me meóſque redundant ex fonte illo dolores. Quid me reducem eſſe voluiſtis? an ut, inſpectante me expellerentur, per quos eſſem reſtitutus? *Obteſtatio.* Nolite, obſecro vos, pati mihi acerbiorem reditum eſſe, quàm fuerit ille ipſe diſceſſus. Nam qui poſſum putare, me reſtitutum eſſe, ſi diſtrahar ab iis, per quos reſtitutus ſum?

38. *Optatio.* Utinam Dii immortales feciſſent (pace

Grata gentibus. Nam ſuprà: *Ultrà quàm fines imperii Romani ſunt, non ſolùm fama de Clodii cæde, ſed etiam lætitia peragrârat.*

Acquiêrunt. Securi facti ſunt, magnam oblectationem perceperunt, quaſi ſummam votorum ſuorum fuerint adepti.

Indicia communis exitii. Cùm detexi conjurationem Catilinariam, à qua totius reipublicæ exitium erat ſecuturum.

Omnes in me, meóſque. Hæc cauſa eſt, quòd multos mihi creârim inimicos; qui nunc etiam ſunt inimici illius; nempe Milonis, qui me ab exilio revocavit.

Diſceſſus. Exilium.

Diſtrahar. Divellar.

Utinam. A comparatione magnitudinem ſui doloris oſtendit, quem majorem eſſe dicit, quàm futurus fuerit ille dolor, quem percepiſſet, ſi

(pace tua, patria, dixerim, metuo enim ne ſceleratè dicam in te, quod pro Milone dicā piè) utinam P. Clodius non modò viveret, ſed etiam Prætor, Conſul, Dictator eſſet potiùs, quàm hoc ſpectaculum viderem! O Dii immortales! fortem, & à vobis judices, conſervandum virum! Minimè inquit, imò verò pœnas ille debitas luerit, nos ſubeamus, ſi ita neceſſe eſt, non debitas. Hiccine vir patriæ natus, uſquam niſi in patria morietur? aut ſi fortè, pro patria: hujus vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia

Apoſtrophe ad patriam.

Antitheſis.

Exclamatio.

Geminatio.

Proſopopœia Milonis.

Antitheſis.

Traductio.

Contrarium.

ſi Clodius ad præturam, conſulatum, dictaturam fuiſſet evectus. Profert figuratè per optationem.

Pace tua. Magnam vim habet hæc apoſtrophe, quâ patriam compellat, & veniam hæc dicendi petit.

O Dii! Solent ut plurimum oratores poſt expoſitionem rei mirabilis, tum demum in exclamationem erumpere. Cicero hîc antevertit, & priùs exclamat, quàm expoſuerit exclamandi rationem. Nam hæc exclamatio pertinet ad ſequens dictum Milonis.

Conſervandum. Non ejiciendum è civitate.

Minimè. Dixerat Cicero, utinam potiùs Conſul, & Dictator eſſet Clodius: Sed Milo reponit, abſit hoc à republica malum! immò verò bene factum, quòd Clodius ſit occiſus, & debitas dederit ſcelerum pœnas, nos libenter pœnas ſubeamus etiam non debitas.

Hiccine. Adverte præclaras antitheſes.

Aut ſi fortè. Hiccine vir patriæ natus, alibi, quàm in patria morietur, aut ſi fortè in exilium ibit, & extra patriam

Traductio. *Contraria.* *Simil. deſ. & cadentia.* *Compar.* *Hortatur judices.* *Diſſoluta.*

lia nullum ſepulchrum eſſe patiemini? hunc ſuâ quisquã ſententiã ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulſum à vobis ad ſe vocabunt? O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit: hanc ingratam, ſi ejecerit; miſeram ſi amiſerit! Sed finis ſit. Neque enim præ lacrymis jam loqui poſſum: & hic ſe lacrymis defendi vetat. Vos oro, obteſtórque, judices, ut in ſententiis ferendis, quod ſentietis, id audeatis. Veſtram virtutem, juſtitiam, mi-

triam morietur, qui pro patria Clodium occidit, & inde in hanc pœnam incurrit: an hujus vos animi magnitudinem litterarum monumentis mandatam & conſignatam retinebitis quidem apud vos, corpus autem non permittetis in Italia ſepeliri?

O terram. Ei civitati invidendum eſſe videtur, quæ Milonem exulantem exceperit.

Hanc ingratam. O Romam immemorem & ingratam, ſi poſt tot beneficia Milonem conſervatorem ſuũ, Clodii domitorem ejecerit. Miſeram, ſi talem virum, patriæ præſidium amiſerit.

Sed finis ſit. Acuta perorationis concluſio; quaſi non poſſit ipſe lacrymis ſatiari; ſed tantùm finiat, ut voluntati Milonis obſequatur; qui tam fortis & conſtans; ut non ſolùm non fleret ipſe; ſed etiam alios in ſua cauſſa flere prohiberet, quòd abſolvi vellet non tàm miſericordiâ judicum, quàm cauſſæ ipſius æquitate.

Vos oro &c. Poſtquàm judices ad fletum usq; permovit; miro artificio eos hortatur, ut in ferenda ſententia non lacrymis, ſed virtuti, juſtitiæ, fidei ſuæ obſequantur, neque offenſionem Pompeii perhorreſcant, aut Clodianorum ſeditionibus deterreantur.

Præ-

dem, mihi credite, is maximè probabit, qui in judicibus legendis, optimum & ſapientiſſimum, & fortiſſimum quemque legit.

Probabit. Cn. Pompejus *qui delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina* [illegible] *ut nunquam neque clariores viros neque ſanctiores propoſitos eſſe conſtaret.* Atque hæc de explanatione orationis omnium, quot ſunt, quotque fuêre, & quot poſt aliis erunt annis, pulcherrima.

EVENTUS.

Peractâ utrinque cauſâ, quinos accuſator & reus ſenatores, totidem equites, & tribunos ærarios de more rejecerunt. Reliqui hæc ſuffragia tulêre. Milonem condemnaverunt ſenatores XI. Abſolverunt VI. Equites condemnaverunt XIII. abſolverunt IIII. Tribuni ærarii condemnârunt XIII. abſolverunt IIII. Videbantur non ignorâſſe judices, inſcio Milone initio vulneratum eſſe Clodium: Sed compererant, poſtquam vulneratus eſſet, juſſu Milonis occiſum, extractum è taberna, & in viam Appiam abjectum. Sic igitur damnatus Milo, in exilium Maſſiliam intra paucos dies profectus eſt. Bona ejus propter æris alieni magnitudinem ſemunciâ venierunt. Condemnatus tamen etiam eſt Sex. Clodius, quo au-

Traductio. *Contraria.* lia nullum ſepulchrum eſſe patiemini? hunc ſuâ quiſquã ſententiã ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulſum à vobis ad ſe vocabunt? O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit: *Simil. deſ. & cadentia.* hanc ingratam, ſi ejecerit; miſeram ſi amiſerit! Sed finis ſit. *Compar.* Neque enim præ lacrymis jam loqui poſſum: & hic ſe lacrymis defendi vetat. *Hortatur judices.* Vos oro, obteſtórque, judices, ut in ſententiis ferendis, quod ſentietis, id *Diſſoluta.* audeatis. Veſtram virtutem, juſtitiam, mi-

triam morietur, qui pro patria Clodium occidit, & inde in hanc pœnam incurrit: an hujus vos animi magnitudinem litterarum monumentis mandatam & conſignatam retinebitis quidem apud vos; corpus autem non permittetis in Italia ſepeliri?

O terram. Ei civitati invidendum eſſe videtur, quæ Milonem exulantem exceperit.

Hanc ingratam. O Romam immemorem & ingratam, ſi poſt tot beneficia Milonem conſervatorem ſuũ, Clodii domitorem ejecerit. Miſeram, ſi talem virum, patriæ præſidium amiſerit.

Sed finis ſit. Acuta perorationis concluſio; quaſi non poſſit ipſe lacrymis ſatiari; ſed tantùm finiat, ut voluntati Milonis obſequatur; qui tam fortis & conſtans; ut non ſolùm non fleret ipſe; ſed etiam alios in ſua cauſſa flere prohiberet, quòd abſolvi vellet non tàm miſericordiâ judicum, quàm cauſſæ ipſius æquitate.

Vos oro &c. Poſtquàm judices ad fletum uſq; permovit; miro artificio eos hortatur, ut in ferenda ſententia non lacrymis, ſed virtuti, juſtitiæ, fidei ſuæ obſequantur, neque offenſionem Pompeii perhorreſcant, aut Clodianorum ſeditionibus deterreantur.

Pro-

fidem, mihi credite, is maximè probabit, qui in judicibus legendis, optimum & ſapientiſſimum, & fortiſſimum quémque legit.

Probabit. Cn. Pompejus *qui delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina &c. ut nunquam neque clariores viros, neque ſanctiores propoſitos eſſe conſtaret.* Atque hæc de explanatione orationis omnium, quot ſunt, quotque fuêre, & quot poſt aliis erunt annis, pulcherrimæ.

EVENTUS.

Peractâ utrinque causâ, quinos accuſator & reus ſenatores, totidem equites, & tribunos, ærarios de more rejecerunt. Reliqui hæc ſuffragia tulêre. Milonem condemnaverunt ſenatores XI. Abſolverunt VI. Equites condemnaverunt XIII. abſolverunt IIII. Tribuni ærarii condemnârunt XIII. abſolverunt IIII. Videbantur non ignorâſſe judices, inſcio Milone initio vulneratum eſſe Clodium: Sed compererant, poſtquam vulneratus eſſet, juſſu Milonis occiſum, extractum è taberna, & in viam Appiam abjectum. Sic igitur damnatus Milo, in exilium Maſſiliam intra paucos dies profectus eſt. Bona ejus propter æris alieni magnitudinem ſemunciâ venierunt. Condemnatus tamen etiam eſt Sex. Clodius, quo au-

ctore corpus Clodii in curiam illatum fuit; & magno quidem judicum conſenſu. Sextus hic Clodius lege Pompeja pariter exulavit, ſed Marci Antonii precibus exoratus Cæſar eum ab exilio revocavit. Milo autem cùm diu reditum ab exilio fruſtrà ſolicitâſſet, vi tandem & ſiccarum manu adhibita regredi tentavit; ſed cùm urbem Coſam oppugnaret, lapidis jactu vulneratus occubuit.

Axiomata, & Sententiæ Ethicæ ac Politicæ.

Vir fortis de republica magis ſalute, quàm de ſua perturbatur.

Cedendum tempori.

Qui pro bonis contra improbos ſentiunt, iis ſubeundæ ſunt tempeſtates & procellæ.

Rebus antè præclarè geſtis ad criminis defenſionem abuti non oportet.

Nocturnum furem quoquo modò, diurnum, ſi ſe telo defenderit, licet occidere.

Gladius aliquando nobis ad occidendum hominem ab ipſis legibus porrigitur.

Non modò juſtum tempus eſt hominis occidendi, verùm etiam neceſſarium, cùm vi vis illata defenditur.

Præſtat periculosè facere, quàm perpeti turpiter.

Gladios habere non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret.

Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, ut ſi vita noſtra in aliquas

inſidias aut latronum, aut inimicorum inciderit, omnis ſit honeſta ratio expediendæ ſalutis.

Silent leges inter arma.

Eſſe cum telo hominis occidendi causâ vetatur.

Invidioſum eſt quenquam habere tantum potentiæ, ut dicatur ſenatus, non quod ipſe ſentiat, ſed quod ille velit, decernere.

Non eſt fugienda invidioſa potentiæ appellatio, dummodò eâ nos utamur pro ſalute bonorum, contra amentiam perditorum.

In confeſſione facti, juris tamen ſuſcipi poteſt defenſio.

Interſit inter vitæ dignitatem ſummorum atque infimorum: mors quidem illata per ſcelus iisdem pœnis tenentur & legibus.

Non exitus rerum, ſed hominum conſilia legibus vindicantur. Minùs dolendum eſt re non perfecta, ſed puniendum certè nihilo minùs.

Familiaritates latè patere non poſſunt. Conſuetudines victûs non poſſunt eſſe cum multis.

In judice nihil quærendum magìs, quàm juſtitia, gravitas, humanitas, fides.

Principum munus eſt reſiſtere & levitati multitudinis, & perditorum temeritati.

Præficiendus eſt quæſtionibus, qui lites juſtè ſapientérque diſceptet.

Vi vincitur vis, virtute opprimitur audacia.

Hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent.

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, aut ſcelus; improbi ſæpè parvo.

Etſi ſeræ; juſtæ tamen à ſceleratis pœnæ exiguntur. Aperit tandem oculos Deus ad ſcelera punienda.

Qui corruptis judicibus abſolvitur, non abſolutus videtur, ſed ad inſignem pœnam reſervatus.

Exequias & ſeptemi diei celebritatem concedere etiam inimici ſolent.

Sæpè qui miſericordiam minùs implorat, adjuvandus eſt magìs.

Charam debemus habere patriam, quoquo modo merita de nobis erit.

Spes fallaces.

Fortes & ſapientes viri non tam præmia ſequi ſolent rectè factorum, quàm ipſa rectè facta.

Nihil eſt præſtabilius viro, quàm periculis patriam liberare.

Gloria ex omnibus virtutis præmiis eſt ampliſſimum &c.

Quæcunque amicorum fortuna fuerit, noſtram ducere debemus.

Exilium ibi eſt, ubi virtuti non eſt locus.

Mors naturæ finis eſt, non pœna.



ORATIO PRO MARCO MARCELLO.

ARGUMENTUM.

M. Marcellus nobilitate, probitate, & optimarum artium ſtudio nulli poſtponendus, Conſulatum Urbis cum Servio Sulpicio magnificentiſſimè, & optimè adminiſtravit. Hic, ut erat ſtudioſiſſimus Patriæ, accerrimè Cæſari res novas molienti obſtitit, ejúsque conatus, & ambitionem quibuſcunque modis poterat, laboravit infringere. Poſteà etiam, cùm ad arma ventum eſſet, Pompejum, qui Reipublicæ tuendæ cauſſam contra Cæſarem ſuſcepiſſe videbatur, ſecutus eſt; ita tamen, ut non multùm intereſſet rebus gerendis. Nam neque conſilium civilis belli ita gerendi, nec copias Cn. Pompeii, nec

genus exercitûs probabat, ſempérque ſummè diffidebat. Quinto pòſt anno, cùm in Theſſaliam tranſlatum bellum eſſet, in campis Pharſalicis Pompejus vincitur acie, & caſo partim exercitu, partim repulſo, aut capto, fugâ ſibi conſulere neceſſe habet, non alio exitu, quàm ut viliſſimi mancipii manu paulò pòſt caderet, poſitam Regis, cujus patrem maximis beneficiis ornaverat. Verſam fortunam magna, ut ſolet, mutatio animorum conſecuta eſt. Quidam nondum de ſumma belli illo prælio tranſactum rati, ſe contulerunt in Africam, ut novas contraherent vires, & denuò belli aleam jacerent. Alii ſe planè victos exiſtimantes victoris Cæſaris clementiæ ſe permiſerunt, in quibus & Cicero ipſe. Marcellus etſi cum ſpe veniendi, certandi cupiditatem abjecerat, tamen redire in Italiam noluit, & Mitylenis pulcherrima & ornatiſſima Lesbi urbe reſtitit, liberali otio & ſapientiæ ſtudiis ſe dediturus. Ita enim exiſtimabat, ſe dignitatem ſuam tueri non poſſe, ſi ei nunc ſupplex fieret, cui tantâ conſtantiâ animi ac firmitudine antè obſtitiſſet. Mitylenis igitur exilium ita tulit, ut planè ſe virum oſtenderet, ſolatus ſe, & optimæ mentis conſcientiâ, &

uſur-

uſurpatione ac renovatione doctrinæ. Erat autem Marcello Romæ frater patruelis, ut à Suetonio appellatur, C. Marcellus, qui mirum in modum ejus abſentiâ angebatur. Sed & Cicero, quocum ei à puero, propter ſimilitudinem ſtudiorum, magna amicitia fuerat, & alii plures, ob maximas clariſſimáſque, quibus præſtabat, virtutes, Marcellum domi potiùs atque in urbe, quàm in externis locis agere malebant. Atque idcircò navabant ſedulò operam, non modò ut ei reconciliarent Cæſarem, ſed & ut perſuaderent Marcello, obſequeretur voluntati precibúſque amiciſſimorum hominum, & gratiâ Cæſaris clementiáque uteretur. Tandem res eò devenit, ut à L. Piſone mentio in ſenatu de Marcello fieret; cúmque C. Marcellus ſe ad Cæſaris pedes abjeciſſet, cunctúſque ſenatus conſurgens ad Cæſarem acceſſiſſet pro eo ſupplicans, repentè Cæſar, ac præter ſpem, ſe roganti ſenatui de Marcello ne hominis quidem cauſſâ negaturum oſtendit: hoc eſt, ſe locum conceſſurum ſenatûs precibus, quamvis Marcelli acerbitas in ſe extitiſſet major, quàm ut hac venia dignus eſſet. Plùs enim valere apud ſe deprecationem ſenatûs, quàm ab illo illatas injurias; eſſe prætereà, cur parta jam pace multorum

inſidias timeret ; ſe tamen auctoritatem ordinis dignitatémque reipublicæ ſuis vel doloribus vel ſuſpicionibus anteferre. Rogati Senatores ſententias (nam etſi Cæſar unus omnia gubernabat, volebat tamen quandam libertatis priſtinæ imaginem ſuperéſſe, ne animos à ſe prorsùs averteret) uno omnes ore præter Volcatium, Cæſari gratias egêre. Tum Cicero, qui ſtatuerat nunquam deinceps verba publicè facere, partim dolore in tanta temporum acerbitate, partim verecundiâ, quia videbat Cæſarem rerum potiri, contra quem ſteterat, mutavit conſilium, & negans Cæſaris beneficium hoc ac clementiam ſilentio præteriri poſſe, hanc habuit Orationem ;

Quæ, quoniam Cæſaris oratio duo capita continebat, alterum de doloribus ſuis, & acerbitate Marcelli, alterum de ſuſpicionibus inſidiarum, duas etiam partes complectitur. Priore parte Cæſari gratias agit, quòd doloribus ſuis antepoſuerit rempublicam, Marcello ignoverit, animum vicerit, iracundiam temperârit. Poſteriore diluit illas ſuſpiciones, oſtenditque nullas inſidias vitæ Cæſaris comparari.

Status quæſtionis duplex eſt : 1. In genere demonſtrativo : Cæſar majorem conceſſâ Mar-

cello

tello veniâ, quàm tot victoriis, laudem conſecutus eſt. Eſtq; hæc pars gratiarum actoria, pertinens ad demonſtrativum genus ideò, quia ſine laude & commendatione tum beneficii ipſius, quod collatum, eſt, tum auctoris, qui contulit, gratiarum actiones inſtitui non poſſunt. 2. In genere deliberativo: Suadetur enim Cæſari, non debere ipſum inſidias vereri.

Stylus elegans, concinnus, temperatus aureo, quod mirè delectet Cæſarem, orationis flumine.

Diviſio Orationis.

EXORDIUM. STatuerat Cicero, nunquam deinceps verba publicè facere; nunc verò negat poſſe ſe tacere, negat Cæſaris beneficium, & clementiam ſilentio prætèriri poſſe. Hoc exordium eſt ingenioſè paratum ad benevolentiam Cæſaris, cujus clementia oratori vocem, ſenatui ſpem, M. Marcello ſalutem cum ſumma gloria, & omnium lætitia conjunctam reſtituit.

PROPOSITIO, & Pars prima ac principalis: *Laudanda eſt maximè Cæſaris clementia ob reſtitutum Marcellum. 2. Inſidiæ Cæſari non ſunt metuendæ.*

Ar-

CONFIRMATIO.

Argumentum à comparatione ducitur: Majorem ex hac clementia gloriam Cæſar eſt aſſecutus, quàm ex omnibus ſuis victoriis. Nam 1. illæ ita ſunt propriæ Cæſaris, ut earum quoque pars ad alios pertineat, nempe ad centuriones, milites, fortunam &c. hæc ei ſoli propria.

2. Difficilius eſt vincere iracundiam, quàm gentes etiam immanes & barbaras. Concludit hunc locum præclara expolitione, & ſententiarum varietate, laudat obiter Marcellum, ejúſque familiam.

3. Hactenus victores alios vicerat Cæſar, nunc ſeipſum, imò victoriam vicit.

4. Comparat Cæſarem victorem cum Pompejo, & Pompejanis, ſi victores extitiſſent, quos ait futuros fuiſſe crudeles, feros &c. nonnulla miſcet de bello civili, & eos, qui Pompejum ſecuti ſunt, excuſat, errore ſcilicet lapſos, non odio.

& CONFUTATIO.

Pars 2. Et Confutatio. Rogatus à ſenatu Cæſar, ut ignoſceret Marcello, dixerat, ſe inſidias ab aliquibus vereri, & addiderat, ſe parùm eſſe de vita ſolicitum, quippe qui ſatis diù vixiſſet. *Primò* igitur Cicero metum inſidiarum conatur demere, & locum lubricum miro artificio tractat. Mox utitur dilemmate: aut inſidias molirentur Cæſariani, aut Pompejani: in neutros cadere poteſt hoc ſcelus, ergo. Significat denique ingens ſtudium tuendæ Cæſaris vitæ.

Secundò. Refellit, explicat, & laudat illam Cæſaris vocem, quâ dicebat, ſe ſatis vixiſſe. Satis vixiſti vel naturæ vel gloriæ; non ſatis patriæ; reſtant curanda illius vulnera. Hic tuæ gloriæ cumulus addendus.

PERORATIO. Eſt Complexio ſive Concluſio gratiarum actionis.

ORA-

ORATIO.

DIuturni ſilentii, Patres Con- 1.
ſcripti, quo eram his tempo- *Cauſæ.*
ribus uſus, nõ timore aliquo,
ſed partim dolore, partim ve- *Antitheſis.*
recundiâ, finem hodiernus dies attulit,
idémq; initium, quæ vellem, quæq; ſen-
tirem, meo priſtino more dicendi. Tan-
tam enim manſuetudinem, tam inu-
ſitatam, inauditámque clementiam, *Aſcendit*
tantum in ſumma poteſtate rerum om- *oratio.*
nium

Diuturni ſilentii: Reddit orator rationem, cur & tacuerit hactenus in ſenatu, & nunc ad dicendum ſurrexerit; quia nimirum Cæſaris manſuetudo extorſerat, ut de ipſius laude loqueretur. Diu, inquit, tacui, videlicet, ex quo poſt pugnam Pharſalicam Romam reverſus ſum. Nam ab eo tempore, quamvis in ſenatum irem, tamen nihil unquam ad hunc diem publicè dixi. Ad ſtudiorum quietem ſe Cicero per hoc tempus receperat, ſcripſerátque varia, & partitiones Oratorias, & Brutum, ſeu de claris Oratoribus &c.

His temporibus: Calamitoſis, & bello civili occupatis.

Partim dolore: Vel ob luctum meorum, qui bello civili perierunt, vel dolore & pœnitentia, quòd contra Cæſarem tam benignum & humanum virum Pompejo adhæſerim.

Partim verecundiâ: Qui conſilium meum videbam eſſe eventu ipſo refutatum.

Priſtino more: Ut ſolebam priùs,

Modum

nium modum, tam denique incredibilem ſapientiam, ac pæne divinam, tacitus nullo modo præterire poſſum. M. enim Marcello vobis, Patres Conſcripti, reique publicæ reddito, non ſolum illius, ſed meam etiam vocem & auctoritatem & vobis & reipublicæ conſervatam ac reſtitutam puto. Dolebam enim, Patres Conſcripti, & vehementer angebar, cùm viderem, virum talem, qui in eadem cauſſa eſſet, in qua ego fuiſſem, non in eadem eſſe fortuna: nec mihi perſuadere poteram, nec fas eſſe ducebam, verſari me in noſtro veteri curriculo, illo æmulo,

Polyſyndeton.

Simil. cad.

Traductio.

Metaphora.

Modum: Modus hîc eſt moderatio, & alio nomine modeſtia, aut etiam regimen: multum eſt, ſi mens in poteſtate ſumma regere ſe poſſit. *Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.*

M. enim Marcello: Videns Marcellum, vobis, ſenatores, expetentibus, & patriæ repoſcenti redditum, & ab exilio revocatum, non poſſum non in gratiarum actiones erumpere.

Meam vocem: Mea vox cum Marcello quoddammodo exulavit, Marcello reſtituto etiam ipſa reſtituta eſt.

Virum talem: Tantæ virtutis & excellentiæ:

In eadem cauſſa: Qui, ut ego, in bello civili contra Cæſarem arma tuliſſet, *non in eadem eſſe fortuna*, adhuc exulet, cùm ego jam ſim patriæ reſtitutus.

Veteri curriculo: Nec in animum inducere poteram, aut omnino fieri poſſe arbitrabar, ut meo priſtino more verſarer in Republica & ſenatu, & foro, agendis cauſis, dicenda ſententia &c. poſtquam Marcellus, qui iisdem atque ego ſtudiis deditus erat, & mecum dicendi

lo, atque imitatore ſtudiorum, ac laborum meorum, quaſi quodam ſocio, à me, & comite diſtracto. Ergo & mihi meæ priſtinæ vitæ conſuetudinem, C. Cæſar, interclusam aperuiſti, & his omnibus ad bene de omni Republ. ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti. Intellectum eſt enim mihi quidem in multis, & maximè in me ipſo, ſed paulò antè omnibus, cùm M. Marcellum ſenatui, populóque Romano

Metaphora.

Similitudo ex more militari.

mano

di exercitatione certabat, à me disjunctus & diſtractus eſt. Metaphora curriculi eſt à ludis Circenſibus, ad conſueta Oratoris officia, in quibus ipſe ſe exercebat, ſicut currus agitantur & exercentur in Circo.

Imitatore ſtudiorum: Eloquentiâ adeò excelluit M. Marcellus, ut ei nullã virtutem oratoris defuiſſe ipſe Cicero noſter in Bruto ſcribat.

Socio à me: Amici, & ſocii, alter alterius felicitatem, aut calamitatem, ſuam putant.

Ergo &: Concluſio ſuperioris propoſitionis in M. Marcello, Ciceronem ipſum ſibi reſtitutum eſſe.

Interclusam: Sicut viæ objectis obicibus clauduntur, ſic mea mihi vitæ ratio.

His omnibus: Univerſo ſenatui ſpem feciſti, Rempublicam totam demuò fore in optimo ſtatu, quia dixiſti te dignitatem Reipublicæ anteferre tuis *vel doloribus vel ſuſpicionibus.*

Quaſi ſignum: Cum pugnam commiſſuri imperatores eſſent, vexillum proponebant, quod cùm videbant milites, ſtatim intelligebant, quid ſibi faciendum. *Ut Belli ſignum Laurenti Turnus ab arce extulit &c.* Virg.

Intellectum: Paſſivum pro activo ſæpè eſt elegantius.

Paulò antè omnibus: Adverti ego quidem tum in aliis multis, tum in meipſo, te dignitatem reip. anteferre

tuis

nium modum, tam denique incredibilem ſapientiam, ac pæne divinam, tacitus nullo modo præterire poſſum. M. enim Marcello vobis, Patres Conſcripti, reique publicæ reddito, non ſolum illius, ſed meam etiam vocem & auctoritatem & vobis & reipublicæ conſervatam ac reſtitutam puto. Dolebam enim, Patres Conſcripti, & vehementer angebar, cùm viderem, virum talem, qui in eadem cauſſa eſſet, in qua ego fuiſſem, non in eadem eſſe fortuna: nec mihi perſuadere poteram, nec fas eſſe ducebam, verſari me in noſtro veteri curriculo, illo æmulo,

Polyſyndeton. *Simil. cad.* *Traductio.* *Metaphora.*

Modum : Modus hîc eſt moderatio, & alio nomine modeſtia, aut etiam regimen: multum eſt, ſi mens in poteſtate ſumma regere ſe poſſit, *Et ſervare modum rebus ſublata ſecundis.*

M. enim Marcello: Videns Marcellum, vobis, ſenatores, expetentibus, & patriæ repoſcenti redditum, & ab exilio revocatum, non poſſum non in gratiarum actiones erumpere.

Meam vocem : Mea vox cum Marcello quoddammodo exulavit, Marcello reſtituto etiam ipſa reſtituta eſt.

Virum talem: Tantæ virtutis & excellentiæ:

In eadem cauſſa : Qui, ut ego, in bello civili contra Cæſarem arma tuliſſet, *non in eadem eſſe fortuna*, adhuc exulet, cùm ego jam ſim patriæ reſtitutus.

Veteri curriculo : Nec in animum inducere poteram, aut omnino fieri poſſe arbitrabar, ut meo priſtino more verſarer in Republica & ſenatu, & foro, agendis cauſis, dicenda ſententia &c. poſtquam Marcellus, qui iiſdem atque ego ſtudiis deditus erat, & mecum dicendi

lo, atque imitatore ſtudiorum, ac laborum meorum, quaſi quodam ſocio, à me, & comite diſtracto. Ergo & mihi meæ priſtinæ vitæ conſuetudinem, C. Cæſar, interclusam aperuiſti, & his omnibus ad bene de omni Republ. ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti. Intellectum eſt enim mihi quidem in multis, & maximè in me ipſo, ſed paulò antè omnibus, cùm M. Marcellum ſenatui, populóque Romano

Metaphora.

Similitudo ex more militari.

di exercitatione certabat, à me disjunctus & diſtractus eſt. Metaphora curriculi eſt à ludis Circenſibus, ad conſueta Oratoris officia, in quibus ipſe ſe exercebat, ſicut currus agitantur & exercentur in Circo.

Imitatore ſtudiorum: Eloquentiâ adeò excelluit M. Marcellus, ut ei nullã virtutem oratoris defuiſſe ipſe Cicero noſter in Bruto ſcribat.

Socio à me: Amici, & ſocii, alter alterius felicitatem, aut calamitatem, ſuam putant.

Ergo &c: Concluſio ſuperioris propoſitionis in M. Marcello, Ciceronem ipſum ſibi reſtitutum eſſe.

Interclusam: Sicut viæ objectis obicibus clauduntur, ſic mea mihi vitæ ratio.

His omnibus: Univerſo ſenatui ſpem feciſti, Rempublicam totam denuò fore in optimo ſtatu, quia dixiſti te dignitatem Reipublicæ anteferre tuis *vel doloribus vel ſuſpicionibus.*

Quaſi ſignum: Cum pugnam commiſſuri imperatores eſſent, vexillum proponebant, quod cùm videbant milites, ſtatim intelligebant, quid ſibi faciendum. *Ut Belli ſignum Laurenti Turnus ab arce extulit &c.* Virg.

Intellectum: Paſſivum pro activo ſæpè eſt elegantius.

Paulò antè omnibus: Adverti ego quidem tum in aliis multis, tum in meipſo, te dignitatem reip. anteferre tuis

cutus es. Soleo ſæpè ante oculos ponere, idque libenter crebris uſurpare ſermonibus, omnes noſtrorum imperatorum, omnes exterarum gentium, potentiſſimorúmq; populorum, omnes clariſſimorum regum, res geſtas cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi,

Comparatio. Diſtributio. Simil cad. Inciſa & articuli.

pliciter talis eſt: Clementiæ laus, quam in Marcello reſtituendo conſecutus es, omnibus tuis bellicis laudibus longè anteſtat.

Soleo ſæpè. Bellicas Cæſaris laudes per præmunitionem exaggerat, ut deinde laudem clementiæ tantò altiùs extollat: Frequenter de tuis laudibus cogito, ô Cæſar, & libenter de iis habeo ſermonem.

Noſtrorum Imperatorum. Quales fuêre Scipiones, Papirii, Pauli, Marii, Pompeii.

Exterarum gentium. Ut Lacedæmoniorum, Athenienſium, Carthaginenſium, qui præ cæteris gentibus tum belli gloriâ floruerunt.

Regum. Ut Cyri, Alexandri, Pyrrhi, Mithridatis.

Nec contentionum magnitudine. Nemo, qui cum tam acribus adverſariis, bellis adeò magnis ac difficilibus certârit, ſicut tu cum Gallis, Germanis &c. ipſo etiam Pompeio omnium ante ſe Imperatorum fortiſſimo.

Numero præliorum. Cæſar ſignis collatis quinquagies dimicavit. Plin. Hiſt. 7. c. 25.

Varietate regionum. Qui tam varias orbis regiones armis luſtraverit, ut Cæſar, qui Galliam, Germaniæ partem, Britanniam, Luſitaniam, Hiſpaniam, Italiam, Macedoniam, Ægyptum, Pontum, Africam, victoriis ſuis illuſtravit.

Celeritate. Novem annis Galliam domuit, tribus annis bella civilia & Alexandrinum confecit. Notum illud Cæſaris de Pharnace: *Veni, vidi, vici.*

Diffi-

ficiendi, nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri; nec verò disjunctiſſimas terras citiùs cujusquã paſſibus potuiſſe peragrari, quàm tuis non dicam curſibus, ſed victoriis luſtratæ ſunt. Quæ quidem ego niſi tam magna eſſe fatear, ut ea vix cujusquam mens aut cogitatio capere poſſit, amens ſim: ſed tamen ſunt alia majora. Nam bellicas laudes ſolent quidã extenuare verbis, eáque detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ ſint imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus multùm juvant. Maximam verò partem

Alia Hyperbolica comparatio.

Clementia cum rebus bellicis comparatio ex cauſis efficientibus.

Inciſa. Simil. cad.

Diſſimilitudine. Alia enim bella civilia, alia externa fuere, alia mari & claſſe, alia terra gerebantur; quædam inferebantur, quædam depellebantur.

Non dicam curſibus: Significat; aliis non ita in promptu atque aperto fuiſſe; tam brevi tempore tot, tamque disjunctas terras percurrere ſaltem, nedum tranſire cum exercitu inſeſſas ab hoſtibus, eáſq; victoriis luſtrare.

Quæ quidem ego. Concludit, quod ſuprà poſuit, nullius flumen ingenii tantum

eſſe &c.

Nam bellicas: Aggreditur bellicas laudes extenuare dicendo, ſed in aliorum perſona loquitur. Dicunt enim nulli bellicas laudes nõ eſſe ſolorum ducum proprias; ſed magnam earum partem militibus eſſe tribuendam,

Et certè. Fidentiùs nunc ſuum etiam ſenſum exprimit. Et reverà, ut proſperi bellorum exitus conſequantur, requiritur, ut dux habeat milites generoſos, ut locus ſit ad bellum opportunus, ut præter legio-

tem quaſi ſuo jure fortuna ſibi vendicat, & quidquid eſt proſperè geſtum, id pænè omne ducit ſuum. At verò hujus gloriæ, C. Cæſar, quam es paullò ante adeptus, ſocium habes neminem. Totum hoc, quantumcunq; eſt, quod certè maximum eſt, totum eſt, inquam, tuum. Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quin etiam illa ipſa rerum humanarũ domina fortuna, in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert, tibi cedit, tuam ſe eſſe totam, & propriam fatetur. Nunquam enim temeritas cum ſapientia com-

Diſſimilitudo. *Repetitio.* *Enumeratio.* *Adjunctio.* *Inciſa.* *Definitio.* *Synonymia.*

rios milites habeat etiam auxilia ſociorum, ut claſſes habeat ad comportandum frumentum &c.

Fortuna. Hoc eſt, quod Livius dicit, nuſquam minùs eventus, quàm in bellis reſpondere. Illi enim à fortuna potiſſimùm pendent.

At verò. Factum clementiæ uni eſt adſcribendum Cæſari, non aliis.

Paullò antè. Ignoſcendo Marcello.

Nihil ſibi. Expoſitio oratoria, quâ per partes explicatur, quod priùs dixerat *ſocium habes neminem.*

Decerpit. Metaphoricè, ab iis translatum, qui flores ex alterius corona vellunt & detrahunt, ut flores, quos inde decerpſerint, capiti ſuo imponant.

Domina fortuna. Res humanas non Numinis providentiâ, ſed forte ſive fortunâ regi multi antiqui crediderunt. Sic paſtor Virgilianus: *Sors omnia verſat.*

Nunquam temeritas. Nota hîc ſynonyma: caſus, fortuna, temeritas communo atque prudentiæ opponuntur. Id igitur quod certo conſilio, ſapienter ac prudenter fit,

commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. Domuiſti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes: ea tamen viciſti, quæ & naturam & conditionem, ut vinci poſſent, habebant. Nulla eſt enim tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari, frangíque poſſit. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adverſarium

Antitheſis. *Simil. cad.* *Adjuncta.* 3. *Sententia.* *Simil. cad.* *Adjuncta.*

fit, non patitur ſe commiſceri, & adſcribi iis, quæ temerè, & contra rationem caſu fiunt.

Domuiſti. Alterum argumentum, majorem eſſe clementiæ, quàm rerum bellicarum laudem à difficultate; quò difficilius enim aliquid eſt, eò & majus & excellentius eſt. Difficilius eſt animum quàm hoſtem vincere. Major in Syllogiſmo, & Theſis non exprimitur. Minorem autem hîc ponit, & ornatiſſimè probat.

Immanitate &c. Adjuncta hîc enumerantur, quæ quidem difficiliorem reddunt victoriam, ut immanitas gentis, multitudo, apparatus &c. Alius dixiſſet adjectivè *gentes immanes & barbaras, plurimas, valdè diſtantes, omnibus rebus inſtructas &c.*

Multitudine &c. Adeò ut in ſolis Galliis quadringentos populos domuerit, & undecies centena & nonaginta duo millia hominum occiderit, præter belli civilis ſtrages.

Locis infinitas. Ut non ſolùm Europam, Aſiam, Africam domuerit, aut Rhenum tranſgreſſus fuerit, ſed etiam in Oceano Britanniam hactenus Romanis incognitam & penè inauditam, & quaſi novum terrarum orbem invenerit.

Animum vincere. Nimirum: *Fortior eſt qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit mœnia.* Animus enim & affectus nō

Antitheſis. *Metaphora.* rum nobilitate, ingenio, virtute præſtantem, non modò extollere jacentem, ſed etiam amplificare ejus priſtinam dignitatem; hæc, qui facit; non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico. *Conceſſio.* *Comparatio.* Itaque C. Cæſar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non ſolùm noſtris, ſed pænè omnium gentium literis atque linguis: nec ulla unquam ætas de tuis laudibus conticeſcet. Sed tamen ejuſmodi res, neſcio quomodo, etiam cùm leguntur, obſtrepi clamore militum videntur & tubarū ſono. *Allegoria.* At verò cùm aliquid clementer, manſuetè, juſtè, moderatè, ſapienter factum, in iracundia præſertim, quæ *Inciſa.* *Sententia.*

ſicut corpora vi & ferro, ſed ratione & conſilio ſubigi debent, quibus affectus noſtri vehementer reſiſtunt.

Nobilitate, ingenio. Quò potentior, quò nobilior, quò etiam ingenioſior eſt adverſarius, tantò magis eſt metuendus; aggravant igitur hæc adjuncta.

Hæc qui facit. Eſt hæc locutio magnis interdum viris uſitata. Videtur dicere debuiſſe, ut meliùs cohæreat periodus: *Animum vincere &c. divina quadam res eſt*: Sed dicit: *animum vincere &c. hæc qui facit: &c.*

Bellicæ laudes. Gloria militaris, quam adeptus es, celebrabitur non ſolùm ab oratoribus, hiſtoricis, & Poëtis Latinis, ſed etiam Græcis & barbaris &c.

Sed tamen. Laus tamen illa dum audietur aut legetur, non perfectè & integrè intelligetur; nam militum clamor, & tubarum clangor obſtrepet, id eſt, hæc quoq; partem laudis ſibi vindicabunt, tibi adiment.

quæ eſt inimica conſilio, & in victoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus: quo ſtudio incendimur, non modò in geſtis rebus, ſed etiam in fictis, ut eos ſæpè, quos nunquam vidimus, diligamus? Te verò, quem præſentem intuemur, cujus mentem, ſensúsque eos cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquum reipublicæ fecerit, id

A minore ad majus.

Inimica conſilio. Ira rationem turbat, eiq; reſiſtit, eam pænè opprimit, cùm hominem quodammodo in furorem agit; unde Horatius dixit, iram furorem brevem eſſe.

Victoria naturâ inſolens. Felicitas & rerum ſucceſſus in bellis, ferociam & arrogantiam inducit.

Quo ſtudio incendimur? Ex auditione vel lectione rerum talium clementer geſtarum ſive in fabulis ſive in hiſtoriis quomodo non afficimur erga eos, qui talia fecerunt?

In fictis. A minoribus amplificat rem: Bonitas & clementia in fabulis etiam, ac fictis exemplis delectat, quò magis in veris? facit ut abſentes amemus, quantò magis ut præſentes, & quos intuemur? Nam magis movent, quæ cernimus, quàm de quibus fando tantùm accepimus.

Senſúſque eos. Ita legendum, non *& os*, ne Cicero idem, & inordinatè dicat; jam dixit enim: *quem præſentem intuemur*: Intelligit autem, cujus mentem, & *eos* mentis *ſenſus*, quibus ſalvum eſſe vis id omne, quod à bello ſupereſt, quodammodo corporeis oculis cernimus, ſicut in paneg. Conſtantini dixit orator. *Nos tamen, qui mitiſſimos ſenſus tuos intuemur; nihil enim eſt tam perſpicuum, quàm in pectore tuo bonitas &c.*

Fortuna reliquum. Quicunque à clade illa ſuperſunt cives, eos reſtitutos cupis.

id eſſe ſalvum velis, quibus laudibus *Synonyma.* efferemus, quibus ſtudiis proſequemur, qua benevolentia complectemur? *Proſopopœja.* Parietes Mediusfidius, ut mihi videtur, hujus curiæ tibi gratias agere geſtiunt, quòd brevi tempore futura ſit illa auctoritas in his majorum ſuorum, & ſuis ſedibus. 4. Equidem cùm C. Marcelli, viri optimi, & commemorabili pietate præditi lacrymas modò vobiſcum viderem, omnium Marcello-

Notetur elegans dictio, *quidquid fortuna reliquum fecerat &c.*

Parietes. Proſopopœja ipſius Curiæ gratias agere geſtientis: Parietes hujus curiæ tibi gratias agere geſtiunt, quòd Marcellus ille vir ſummæ auctoritatis (*auctoritas* dicit per Metonymiam pro viris in auctoritate) brevi tempore futurus ſit in his ſedibus majorum ſuorum, & ſuis, id eſt, in ſenatu, ubi olim tum Marcellus, tum ipſius Majores toties fuêre.

Mediusfidius. Vide Indicem.

Ut mihi videtur. Non dicit abſolutè, *geſtiunt*, ſed ut mollior ſit figura, addit, *ut mihi videtur.*

C. Marcelli. De quo diximus in argumento, quòd in ſenatu ad Cæſaris pedes ſupplex acceſſerit.

Omnium Marcellorum. Celebriores Marcelli ante hunc fuêre ſex alii. I. Conſul fuit A. 422. & poſteà Dictator. II. Cos. A. 466. III. inſignis vir, qui primus poſt Cannenſem pugnam Hannibalem vicit & quinquies Conſul fuit. IV. Marcellus Cos. fuit A. 557. triumphum egit de Comenſibus &c. V. Conſul anno 570. VI. Vir itidem inſignis ter Conſul fuit & ter triumphalis. Iſte eſt, qui cùm ad ædem Honoris & Virtutis ſuam, & patris & avi ſtatuam poſuiſſet, ſubſcripſiſſe dicitur: TRES MARCELLI NO-

cellorum meum pectus memoria effo- *Metaphori-*
dit. Quibus tu etiam mortuis, M. Mar- *cè.*
cello conſervato, dignitatem ſuam
reddidiſti, nobiliſſimámque familiam
jam ad paucos redactam, pæne ab in-
teritu vindicâſti. Hunc tu igitur
diem tuis maximis & iñumerabilibus *Complexio.*
gratulationibus jure antepones. Hæc
enim res unius eſt propria C. Cæſaris:
cæteræ duce te geſtæ, magnæ illæ quidem,
ſed tamen multo magnóque co- *Polyſynde-*
mitatu. Hujus autẽ rei tu idem & dux *ton.*
es & comes: quæ quidem tanta eſt,
ut trophæis monumentiſq; tuis allatu- *Sententia.*
ra finem ſit ætas; (nihil eſt enim ope-
re aut manufactum, quod non ali-
quãdo conficiat & conſumat vetuſtas)
at hæc tua juſtitia & lenitas animi flo-
reſcet *Metaphora.*

NOVIES COSS. Septimus denique noſter Marcellus, pro quo hæc oratio.

Memoria effodit. Perculſit mihi animum adeò, ut clariſſimorum virorum memoria, qui tam bene meriti ſunt de republica, magnopere me commoverit, & pectus quaſi telo doloris confoſſum ad miſericordiam excitârit.

Gratulationibus: Supplicationibus. Quæ gratulationes Cæſari decretæ ſunt frequenter. De ſupplicationibus, quæ & triumphi, dictum eſt alibi.

Cætera duce te. Cætera, inquit, ductu tuo geſſiſti, at comitatu aliorum, hujus autem rei tu idem es dux & comes.

Trophæis, monumentíſque. Statuæ tuæ, trophæa, monumenta aliquando conſumentur vetuſtate temporum, manebit autem laus clementiæ tuæ.

Juſtitia. Quâ ſervas tenorem, & medium virtutis, nec

reſcet quotidie magis, ita ut, quantum
Antitheſis. operibus tuis diuturnitas detrahet, tantùm
afferat laudibus. Et cæteros quidem
omnes victores bellorum civiliũ
jam antè æquitate & miſericordiâ viceras,
hodierno verò die teipſum vicisti.
Præmunitio. Vereor, ut hoc, quod dicam,
perinde intelligi auditu poſſit, atque
Conjugata ipſe cogitans ſentio. Ipſam victoriam
& Traductio. viciſſe videris, cùm ea, quæ illa erat
ad

nec excedis ſeveritate nimis.

Quantum operibus. Quò plura current ſæcula, & hæc antiquitate ſua erectas tibi ſtatuas, & trophæa conſument: tantò major erit apud poſteros laus iſta tua, ob clementiam in parcendo, & ignoſcendo relata.

Æquitate. Ne idem redeat verbum, *juſtitia* loco dicit *Æquitate*, *lenitatis* locò, *miſericordiâ*.

Te ipſum viciſti. Animum viciſti, & odium, quo contra adverſarios tuos exarſiſti.

Vereor ut. Fortè non omnes penetrabunt verba mea, eorúmque ſenſum, quẽ ego intendo. Diſcrimen eſt inter *vereor ut*, & *vereor ne*; nam *vereor, ut hoc intelligi poſſit*, habet hunc ſenſum; *vereor, hoc non poſſe intelligi.* At, *vereor, ne hoc poſſit intelligi*, ſenſum habet oppoſitum, ſcil: *Vereor hoc poſſe intelligi.* Item *vereor ut valeas*, id eſt timeo te non valere. Sed *vereor, ne moriaris*, id eſt, timeo, te moriturum.

Atque ipſe. Quàm ego in conceptu mearum cogitationum ſentio & intelligo. Dico igitur, *victoriam ipſam viciſſe videris.* Locus eſt à conjugatis, & oſtendit non communem eſſe victoriam, ſed victoriam victoriæ, & victoriam quacunque aliâ majorem. Cùm enim ea victis remiſiſti. quæ tibi victoria attulit, ipſam viciſti victoriam.

Nam

adepta, victis remiſiſti. Nam cùm ipſius victoriæ conditione, jure omnes victi occidiſſemus, clementiæ tuæ judicio conſervati ſumus. Rectè igitur unus invictus es, à quo etiam ipſius victoriæ conditio, visque devicta eſt. Atque hoc C. Cæſaris judicium, Patres Conſcripti, quàm latè pateat, attendite: omnes enim, qui ad illa arma, fato ſumus neſcio quo, reipublicæ miſero funeſtóque compulſi, etſi aliquâ culpâ tenemur erroris humani, à ſcelere certè liberati ſumus. Nam cùm M. Mar- 5.

Excuſat Pompejanos.

Nam cùm. Explicat ſe magis; *Conditione victoriæ*, ita ferente victoria; *jure*, hoc eſt, meritò; victoriæ enim hæc eſt conditio, ut ſi victor velit, jure ſuo poſſit omnes victos occidere.

Occidiſſemus. Perditi fuiſſemus.

Atque hoc &c. quàm latè. Quòd Cæſar Marcello judicaverit ignoſcendum, videte, quàm res hæc latè pateat, & ad multos ab hoſtilitatis infamia vindicandos redundet.

Ad illa arma. Contra Cæſarem pro Pompeio ferenda.

Fato. Vel voluntate vel vindictâ deorum pœnas à nobis exigentium, vel impellentibus furiis, vel rerum à diis decretarum neceſſitate ſic exigente; hæc enim omnia intelligebant ethnici per *fatum.*

Erroris humani. Decepti nempe, quòd putaremus Cæſarem aliquid contra rempublicam moliri, cùm tamen ſpectaret aliud nihil, quàm ut ſuam reique publicæ dignitatem contra adverſariorum conatus defenderet.

Nam cùm. Dixit ſupra: Clementia hæc Cæſaris pertinet ad multos; alios quoque commiſſi ſceleris, & hoſtilitatis infamiâ liberat; nunc hoc primum in ſeipſo oſten-

Marcellum, deprecantibus vobis, reipublicæ conſervavit Cæſar; memet mihi, & iterum reipublicæ, nullo deprecante: reliquos ampliſſimos viros & ſibiipſos, & patriæ reddidit, quorum & frequentiam & dignitatem hoc ipſo in conſeſſu videtis: non ille hoſtes induxit in curiam, ſed judicavit, à plerisque ignoratione potiùs, & falſo atque inani metu, quàm cupiditate, aut crudelitate bellum eſſe ſuſceptum. Quo quidem in bello ſemper de pace audiendum putavi, ſempérque dolui, non

Adjunctio.

Excuſat ſeipſum.

oſtendit, deinde in aliis; dũ ignovit Cæſar, judicavit ideò ignoſcendum, quia nos non judicavit eſſe ſceleratos, ſed lapſos errore; tantò autem major redundat in Cæſarem gloria, quia ipſe ſuis adverſariis hunc ſuum honorem volens ac ſponte ita tribuit.

Memet mihi & iterum. Dum me in gratiam recepit, nullo deprecante, ac memet mihi, meæque priſtinæ dignitati reſtituit, & *iterum*, hoc eſt, ſecunda vice reddidit reipublicæ, qui ſemel jam, ab exilio revocatus, reipublicæ ſum reſtitutus. Ad *memet mihi*, adde iterum & ſubintellige *cùm*; eſt enim prima adhuc periodi pars.

Non ille hoſtes. Cæſar non reſtituit eos & patriæ & ſenatoriæ dignitati, quos judicabat eſſe hoſtes, ſive ſuos privatim, ſive reipublicæ &c. Incipit hîc 2.da pars hujus periodi.

Judicavit. Cæſar ſuo hoc judicio omnes eos abſolvit à crimine hoſtilitatis, cupiditatis, crudelitatis, quos reſtituit; ergo latè patet hoc ejus judicium.

Quo quidem. Data occaſione purgat ſe Cicero, quòd ſecutus fuerit Pompejum.

De pace audiendum. In bello civili Pompeiano ſemper agendum eſſe putavi de pace

non modò pacem, ſed orationem etiã civium, pacem flagitantium, repudiari. Neque enim ego illa, nec ulla unquam ſecutus ſum arma civilia, ſemperque mea conſilia, pacis & togæ ſocia, non belli, armorúmque fuerunt. Hominẽ ſum ſecutus privato officio, non publico: tantúmq; apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla non modò cupiditate, ſed ne ſpe quidem, prudens & ſciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium. Quod quidem meum conſilium minime ob-

Synecdoche. *Antitheſis.*

ſcurum

pace, miſſis ultrò ad Cæſarem legatis, & audiendos benignè legatos, qui de pacé nobiſcum acturi à Cæſare mitterentur.

Civium. Videtur ipſum Cæſarem intelligere, qui ut ipſe teſtatur, ſæpè legatos ad Pompejum miſit, ut pacem ſuo nomine flagitarent: qui tamen re infecta dimiſſi ſunt.

Hominem. Pompeium ſum ſecutus propter beneficia, quibus me devinxerat, non quòd cauſſæ ipſius faverem, ſed quòd perſonam ipſam diligerem propter ſingulare beneficium, quo me Clodii factionibus ejectum revocavit in patriam. *Privatum* officiũ appellat memoriam beneficiorum, quibus ipſe privatim obſtrictus erat Pompejo: *Publicum*, ipſam cauſſam, & belli ſuſceptionem de publica ſenatûs ſententia.

Cupiditate. Ambitione, avaritia, deſiderio opprimẽdæ reipublicæ &c.

Ne ſpe quidem. Vel victoriæ, vel dignitatis conſequendæ.

Prudens & ſciens. Sciebam, prævidebam futuras clades, ſed privato officio inductus me tamen præcipitavi in interitum.

In

ſcurum fuit. Nam & in hoc ordine, integra re, multa de pace dixi, & in ipſo bello eadē etiam cum capitis mei periculo ſenſi. Ex quo jam nemo erit tam injuſtus rerum æſtimator, qui dubitet, quæ Cæſaris voluntas de bello fuerit, cùm pacis auctores conſervandos ſtatim cenſuerit, cæteris fuerit iratior. Atque id minùs mirum fortaſſe tum, cùm eſſet incertus exitus, & anceps fortuna belli. Qui verò victor

A conſequentibus.

par

In hoc ordine. In hoc ſenatu.

Integra re. Cùm Cæſar necdum arma ſua ſtrinxiſſet, cùm liberum adhuc eſſet ſenatui his conditionibus acquieſcere, quas ille poſtulabat.

In ipſo bello. Sive cùm adhuc eſſem in Italia, Cæſare Pompejum obſidente Brundiſii, ſive cùm ad Pompejũ, qui Dyrrhachium ſe receperat, tranſiſſem, ſive poſt pugnam Pharſalicam, ſemper de pace agendum eſſe cenſui, licèt inde viderem, me Pompeii offenſionem incurrere, & ipſe filius Pompeii me ab armis, victo Pompejo cedentem, pænè occiderit.

Capitis periculo. Quando poſt pugnam Pharſalicam, Catone ſuum exercitum mihi offerente, imperium rejiciens, & omnino renuens cùm cæteris militare, parùm abfuit, quin occiderer, Pompeij filiis, & amicis me appellantibus proditorem, & gladios educentibus, niſi Cato obſiſtens me eripuiſſet, & è caſtris tranſtuliſſet. Ex Plutarcho.

Ex quo. Eoquòd Cæſar ſtudioſos pacis in ſuam ſtatim clementiam & gratiam recepit, ſignum eſt, quòd ipſe Cæſar pacis cupidus fuerit, & à bellis civilibus abhorruerit.

Atque id. Nec id pacis ſtudium in Cæſare inde profectum eſt, quòd ſibi metueret malum eventum belli, ſed cùm jam victor eſſet, pacis

pacis

paciſ auctores diligit, is profectò declarat, ſe maluiſſe non dimicare, quàm vincere. Atque hujus quidem rei M. Marcello ſum teſtis. Noſtri enim ſenſus, ut in pace ſemper, ſic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum, & quanto cum dolore vidi, cùm inſolentiam certorum hominum, tum etiam ipſius victoriæ ferocitatem extimeſcentem? quò gratior tua liberalitas, C. Cæſar, nobis, qui illa vidimus, debet eſſe. Non enim cauſæ ſunt inter ſe, ſed victoriæ comparandæ. Vidimus tuam victoriam præliorum

Synacioſis.

6. *Marcellus quoque pacis ſtudioſus.*

Comparatio cum adverſa parte.

Metonymia.

rum

pacis auctores dilexit, ergo ſignum eſt, quòd etiam anteà pacem amârit.

Non dimicare. Chariorem ſibi pacem fuiſſe, ut nimirum civibus parceretur, quàm ipſam victoriam.

Atque hujus rei. Oſtendit etiam Marcellum de pace ſemper agendum putâſſe.

Quoties ego eum. Quoties mihi dixit Marcellus, ſe pacem expetere, quòd victoriam Pompeii vereretur, videretque Cn. Domitium, Lentulum, Scipionem, & alios hujuſmodi minari Cæſarianis, & jam quaſi partâ victoriâ de honoribus contendere.

Victoria ferocitatem. Ergo victores fore feroces.

Tua liberalitas. In largienda ſalute, danda veniâ.

Qui illa vidimus. Qui illam certorum hominum inſolentiam vidimus, & minas Pompeianorum audivimus.

Non enim cauſſæ. Jam quærendum non eſt, Cæſarne, an Pompejus cauſſam habuerit juſtiorem, ſed uter moderatiùs uſurus fuerit victoriâ.

Vidimus. Tua victoria ſtatim cum belli & præliorum fine, & ipſa finem accepit.

non

Conduplicatio. rum exitu terminatam, gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus. *Enallage.* quos amiſimus cives, eos Martis vis *Synecdoche.* perculit, non ira victoriæ: ut dubi- *Metonymia.* tare debeat nemo, quin multos, ſi fieri poſſet, C. Cæſar ab inferis excita- *Enthymema ex conſequentibus.* ret, quoniam ex eadam acie conſervat, quos poteſt: alterius verò partis (nihil ampliùs dicam, quàm id, quod omnes verebamur) nimis iracundam fu- *Ab antecedentibus.* turã fuiſſe victoriam. Quidam enim *Antithesis.* non modò armatis, ſed interdum etiã *Simil. deſ.* otioſis minabantur: nec quid quisque ſenſiſſet, ſed ubi fuiſſet, cogitandum eſſe

non enim poteſtate tua, quam per victoriam es adeptus, ad oppreſſionem reipublicæ, pœnas ac ſupplicia inimicorum uſus es.

Vaginâ vacuum. Evaginatũ ad necem civibus, qui contra te pro Pompejo ſteterant, inferendam. Eſt Enallage, non enim propriè gladius vaginâ, ſed vagina gladio vacuatur.

Martis vis. Non tam Cæſar, quàm ſors & vis belli eos cives proſtravit. Mars Metonymicè pro bello, ut 6. Æneidos: *Martémque accendere cantu.*

Ira victoriæ. Nomen rei potiùs quàm perſonæ. Sic mox: *Nimis iracundam victoriam.*

Iracundam victoriam. Quod perſonæ eſt, rei tribuit.

Otioſis. Ab armis remotis, nec huic, aut illi factioni addictis, & omnino exitum præliorum in otio expectantibus.

Sed ubi fuiſſet. Dicebant non habendam eſſe rationem, quo animo quisque fuerit, quid ſenſerit pro Pompeio vel contra Pompeium, ſed locum, in quo eſſet, conſiderandum, ut videlicet hoſtium locô duceretur, quisquis

eſſe dicebant: ut mihi quidem videantur Dii immortales, etiam ſi pœnas à populo Romano ob aliquod delictum experiverunt, qui civile bellum tantum, & tam luctuoſum excitaverunt, vel placati jam, vel ſatiati aliquando omnem ſpem ſalutis ad clementiam victoris & ſapientiam contuliſſe. Quare gaude tuo iſto tam excellenti bono, & fruere cùm fortunâ, & gloriâ, tum etiam naturâ & moribus tuis: ex quo quidem maximus, eſt fructus jucunditáſque *Polyſynd.* *Concluſio & gratulatio.* *Sententia.*

quis remanſiſſet in urbe, & à Pompeii caſtris abſuiſſet.

Videantur Dii immortales. Videntur Dii jam eſſe nobis placati, quia ſuâ providentiâ Cæſari tam ſapienti & clementi, non Pompeio, qui rempublicam ulteriùs vexâſſet, victoriam dedêre. particula *ut* notanda, quæ tranſitioni & connexioni longioris periodi eleganter ſervit.

Delictum. Agnoſcere videtur Cicero, ob delict a hominum permitti à Deo bella, quibus vexentur & puniantur regiones.

Civile bellum. Imò *plusquam civile*, inter Cæſarem ſocerum, & generum Pompeium, ita Lucanus appellat; Florus l. 4. c. 2. *Cæſaris furor atque Pompeii Urbem, Italiam, gentes, nationes, totum denique, quà patebat imperium, quodam quaſi diluvio &c. corripuit, adeò ut non rectè tantùm civile dicatur &c. Sed plusquàm bellum &c.* Antequam collatis ſignis in Pharſalia dimicarent Cæſar & Pompeius, utrumque fleviſſe tradit Appianus.

Quare gaude. Concludit id, quod ſuprà inſtituerat dicere, laudem hodie relatam eſſe maximam, nec fortunæ, ſed virtuti Cæſaris tribuendam. Quia igitur tua virtute à ſuperis præviſa victoriam hanc meritus es, ideò gaude quidem de tua

 fortu-

táſque ſapienti. Cætera cùm tua recordabere, etſi perſæpè virtuti; tamen plerumque felicitati tuæ gratulabere. De nobis, quos in republica tecum ſimul ſalvos eſſe voluiſti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de ſingulari ſapientia tua cogitabis: quæ non modò ſumma bona; ſed nimirũ audebo vel ſola dicere. Tantus eſt enim ſplendor in laude vera, tanta in

Adjunctio.

Repetitio.
Simil. cad.
Notanda epitheta.

fortuna & belli gloria à ſuperis tibi conceſſa, ſed longè magis ob tuam tibi propriam virtutem.

Cætera. Tuas victorias plerúmque fortunæ tuæ tibi ſingulariter addictæ tribues, de nobis autem, de me, Marcello, Bruto &c. quoties tibi in mentem venerit, toties tibi de ſingularibus beneficiis tuis in mentem veniet, in quibus fructus maximus eſt ſapienti.

Felicitati. Ad Cæſaris fortunam referendum, quòd cùm bis & quinquagies collatis ſignis conflixerit, ipſe, ut ait Suetonius c. 36. *proſperrimâ ſemper, ac ne ancipiti quidem unquam fortunâ præter bis dimicârit.* quantam hinc in ſua fortuna ſive felicitate fiduciam habuerit, illud etiam teſtatur, quòd Dyrrhacchio Brundiſium petiturus, ignotus ſe naviculæ crediderit, nautis metu naufragii jam exanimatis, unde Lucanus l. 5. *Vix famulis audenda parat, cunctíſque relictis ſola placet fortuna comes.*

Audebo vel ſola. Quoniam hoc quidem Stoicorum erat paradoxum, felicitatẽ, divitias, gloriam, victorias, & cætera fortunæ munera verè bona non eſſe, ſed ἀδιάφορα, quippe quibus bene vel malè quis uti poſſit, ſolam virtutem verè eſſe bonam: quia tamen id præter vulgi opinionem erat, ideò inquit, *audebo* dicere.

Re-

in magnitudine animi & conſilii dignitas, ut hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata eſſe videantur. Noli igitur in conſervandis bonis viris defatigari, non cupiditate præſertim, aut pravitate aliqua lapſis, ſed opinione officii, ſtultâ fortaſſe, certè non improba, & ſpecie quadam reipublicæ. Non enim tua ulla culpa eſt, ſi te aliqui timuerunt: contráque ſumma laus, quòd plerique minimè timendum fuiſſe ſen-

Antitheſis. Epilogus prima partis per hortationem.

Contraria.

Donata. Quæ donantur, ea tanquam propria poſſidemus, *commodata* repeti poſſunt & ſolent, nec noſtra ſunt.

Commodata. Quid ſit *commodare*, explicant Iſidorus, Beda, Agretius: *Commodamus, quæ redduntur eadem, ut equum, ſervum, veſtem; mutuo damus, quæ non redduntur eadem, ut numus, triticum, vinum, & ſimilia.* Paulus D. de rebus creditis: *Mutuum damus recepturi non eandem ſpeciem, quam dedimus, alioqui commodatum erit, aut depoſitum.*

Noli igitur. Cùm igitur tantam laudem ob hanc virtutem tuam reportes, perge in tua benignitate & clementia, præſertim erga eos, qui non odio tui, aut quadam malitia & improbitate bellum illud contra te ſuſcepêre, ſed partim opinione officii, quòd obligari ſe putarent ad ſequendum Pompejum, cui multis beneficiis erant obligati, partim ſpecie quadam reipublicæ; cùm putarent bellum à Pompejo pro defendenda libertate, & tuendis patriæ legibus eſſe ſuſceptum.

Non enim tua culpa. Excuſat Cæſarem: multi adhæſerunt Pompejo ſpecie reipublicæ, teque tanquam adverſarium, & invaſorem imperii timuerunt, ſed id ſine tua culpa, cùm enim nonum jam annum abeſſes à ſenatu, neſciebant, quid de republica ſentires, ac proinde

7\. ALTERA PARS ORATIONIS. *Refutatio ſive purgatio ſuſpicionis.*

ſenſerunt. Nunc verò venio ad graviſſimam querelam, & atrociſſimam ſuſpicionem tuam, quæ non tibiipſi magìs, quàm cùm omnibus civibus, tum maximè nobis, qui à te conſervati ſumus, providenda eſt. Quam etſi ſpero eſſe falſam, nunquam tamen verbis extenuabo. Tua enim cautio noſtra cautio eſt: ut, ſi in alterutro peccandum ſit, malim videri nimis timidus, quàm parùm prudens. Sed quiſnam eſt iſte tam demens? de tuiſne?

Antitheſis.

malum de te ex ignorantia metuebant. Id autem pertinet ad ſummam tuam laudem, quòd quamvis, abſentem, plerique te æſtimârint & non timendum, ſed ſequendum cenſuerint.

Venio ad. &c. Altera pars eſt orationis, quâ ſuſpiciones inſidiarum, de quibus Cæſar dixerat, confutat, & primò quidem ita ſe inſinuat, Cæſariſque ſuſpicioni blanditur, ut eam magis exaggeret. Eſt per modum conceſſionis.

Graviſſimam querelam. Maximi momenti, & minimè negligendam.

Providenda eſt. Inſidiæ, quas tibi parari ſuſpicaris, non tibi ipſi magis, quàm mihi & reliquis cavendæ ſunt.

Quam etſi. Quam ſuſpicionem, etſi credo nullam verã cauſam ſubeſſe, nunquam tamen verbis elevabo, nec efficiam, ut inſidiarum ſecurus, minùs vitæ tuæ caveas. *Spero*, id eſt *credo*; ſic ſæpè aliàs *ſperandi* verbo Cicero utitur.

Tua cautio. Optandum eſt, ut cautè tibi proſpicias, ſic enim & nobis proſpectum eſt.

Nimis timidus. In augenda ſuſpicione. *parùm prudens*, in minuenda. *Nimis, parùm* antitheta. Huc pertinet illud: *omnia tuta timere.*

De tuiſne. Neque Cæſarianí

ne? tametſi qui magis ſunt tui, quàm quibus tu ſalutem inſperantibus reddidiſti? an ex eo numero, qui unà tecum fuerunt? non eſt credibilis tantus in ullo furor, ut quo duce omnia ſumma ſit adeptus, hujus vitam non anteponat ſuæ. An ſi tui nihil cogitant ſceleris, cavendum eſt, ne quid inimici? Qui? omnes enim, qui fuerunt, aut ſuâ pertinaciâ vitam amiſerunt, aut tuâ miſericordiâ retinuerunt, ut aut nulli ſuperſint de inimicis, aut qui ſuperfuerunt, ſint amiciſſimi. Sed tamen

Diſtributio in duas partes. *Correctio.* *Subjectio.* *Occupatio.* *Simil. deſ.* *Antitheſ.* *Hyperbole.* *Occupatio.*

riani, neque Pompeiani inſidias tibi comparabunt, non illi, qui tuis auſpiciis tuóque ductu bellum geſſerunt contra Pompejũ &c. *Tuis* appellat, & per correctionem jam etiã dicit *magis tuos*, omnes illos, qui à Cæſaris clementia ſervati ſunt.

Unà tecum. Ut tamen diſtinguam, *tuos* qui nunc ſunt, & *tuos* qui tecum ex eadem parte ſteterunt, de his ultimis dicam primò.

Summa omnia. Cæſar confecto bello ſuos ad magiſtratus & ſplendorem provexit.

Nulli ſuperſint. Superfuerunt quidem adhuc aliqui, ut am Sextus Pompejus junior, qui victus à Cæſare in inſulas ſe abſtruſerat, & junior Labienus, qui ad Parthos confugerat, poſtmodum bellum magna mole renovârunt. Sextus ab Auguſto devictus, trucidatus ab Antonio, Labienus à Ventidio ſuperatus. Sed cùm laterent iſti, nulla adhuc ad Cæſarem & Romanos eorum tum fama manaverat, ut jure dicere potuerit Cicero, omnes inimicos Cæſaris, aut ejus beneficio vivere, aut ſuâ ipſorum pertinaciâ cecidiſſe.

Sed tamen. Dici potuit; eſſe adhuc inimicos Cæſaris, quanquam non apertos, cùm homines aliud ſe-

men, cùm in animis hominum tantæ latebræ ſint, & tanti receſſus, augeamus ſanè ſuſpicionem tuam, ſimul enim augebimus diligentiam. Nam quis eſt omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil unquam nec de ſua, nec de communi ſalute cogitans, qui non intelligat, tua ſalute contineri ſuam, & ex unius tua vita pendere omnium? Equidem de te, dies noctéſque, ut debeo, cogitans, caſus duntaxat humanos, & incertos eventus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimeſco, doleóque,

Relata,

Locus communis de humana fragilitate.

pè in latebris animi foveant, aliud exteriùs præferant.

Tanta latebra. Hoc ipſum Cicero epiſtolâ ad Q. Fratrem: Multis enim ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibusdam obtenditur uniuscujúsque natura. Frons, oculi, vultus perſæpè mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimè; & ideò Momus apud Lucianum feneſtras in hominis pectore deſideravit, ut per eas conſtaret, quid quisque in animo ſentiret.

Diligentiam. Cautionem in vitandis inſidiis. Quandoquidem ergo multa latent, tantò tibi magis caveas velim. Nam ex tua vita omnium noſtrûm vita, & ſalus pendet; & hæc eſt connexio *nam quis eſt omnium &c.*

Equidem de te. Ego ſanè, non vereor quidem inſidias hominum, ſed duntaxat caſus humanos, fragilitatémq; naturæ, & cùm intelligo vitam tuam tanti eſſe momenti, doleo te non eſſe immortalem. Oportet igitur augere omnem diligentiam in cavendo, ſi præter hæc pericula, etiam ſunt pericula ab inimicis, *ſi verò &c.*

Duntaxat. Vel ſolos iſtos caſus ego timeo propter te, quid

que, cùm reſpublica immortalis eſſe debeat, eam in unius mortalis anima conſiſtere. Si verò ad humanos caſus, incertóſque eventus valetudinis, ſceleris etiam accedat, inſidiarúmque cõ- *Auxeſis.* ſenſio, quem deum, ſi cupiat, opitulari poſſe reipublicæ credamus? Omnia 8. nia ſunt excitanda tibi, C. Cæſar, uni, quæ jacere ſentis, belli ipſius impetu, quod neceſſe fuit, perculſa, *Allegoria* atque proſtrata: conſtituenda judicia, *à ruinis ædificiorum.* revocanda fides, comprimendæ libidines.

quid ſi præterea accedat ſcelus inimicorum?

Sceleris &c. conſenſio. Duplicatum & abſtractum ſubſtantivum: ſi etiam ſimul ſcelerati homines moveant inſidias, eorúmque inſidiæ cùm aliis caſibus conſentiant, & ſcelera cum caſibus humanis in hominem conjurent &c.

Quem Deum. Non hoc impiè dictum eſt, ſed ex cõſuetudine, quâ volebant oſtendere rem deſperatam; in quem modum apud Virg. 5. Æn. *Non ſi mihi Jupiter auctor ſpondeat, hoc ſperem Italiam contingere cælo.*

Omnia ſunt excit. &c. Oſtendit, quantum reipublicæ conferat, & interſit, Cæſarem diu vivere. Tu ſolus potes Reipublicæ novum quaſi ædificium à ruinis excitare.

Belli impetu. Ruinas reipublicæ non adſcribit Cæſari, ſed conditioni ac naturæ belli.

Conſtituenda judicia. Judicia nullum in civitate locum obtinebant, cùm ſilerent leges inter arma, quæſtiones igitur & judicia reſtitui debent.

Revocanda fides. Conciderat multorum mercatorum, argentariorum &c. fides; agendum jam, ut cōmercia denuò floreant, præſtetur ſolutio debitorum &c.

Comprimendæ libidines. Omnes paſſim in libidinem

Enumeratio. dines, propaganda ſoboles: omnia
Tranſlatio. quæ dilapſa defluxerunt, ſeveris legibus vincienda ſunt. Non fuit recuſandum in tanto civili bello, tantoq; animorum ardore & armorum, quin quaſſata reſpublica, quicunque belli
Simil. cad. eventus fuiſſet, multa perderet & ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ: multáque uterque dux
Antitheta. faceret armatus, quæ idem togatus fieri prohibuiſſet. Quæ quidem tibi
Allegoria alia. nunc omnia belli vulnera ſananda ſunt, quibus præter te mederi nemo poteſt. Itaque illam tuam præclariſ-
Cæſaris dictum artificioſè refellit. ſimam, & ſapientiſſimam vocem invitus audivi: ſatis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ. Satis, ſi ita vis, natu-

effuſi alienis nuptiis inſidiabantur; coërcendi nunc ſunt homines &c.

Propaganda ſoboles. Vix ulli legitimum matrimonium contrahebant, aut liberos tollebant, ſed vel partus abigebant, vel in lucem editos exponebant; agendum nunc eſt, ut per veras legitimáſque nuptias, & propagationem ſobolis, liberorúmque educationem cives, & generatio Romana propagentur.

Omnia. Eleganti tranſlatione utitur, leges enim ſunt vincula, quibus mores & diſciplina continentur.

Dilapſa. Sicut Salluſtius dixit: *Diſcordiâ res maximæ dilabuntur.* & idem, *per ſocordiam vires, tempus &c. defluxère.*

Non fuit. Iterum clades bello & naturæ belli adſcribit.

Illam tuam præclar. Cæſar oratione habita in ſenatu, quâ & Marcellum reſtituit, & de inſidiis conqueſtus eſt, dixerat ſatis diu ſe vel naturæ vixiſſe, vel gloriæ.

Satis

naturæ fortaſsè, addo etiam, ſi placet, gloriæ: at, quod maximum eſt, patriæ certè parùm. Quare, omitte quæſo, iſtam doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam: noli noſtro periculo ſapiens eſſe. Sæpè enim venit ad aures meas, te idē iſtud nimis crebrò dicere, ſatis te tibi vixiſſe. Credo: ſed tum id audirem, ſi tibi ſoli viveres, aut ſi tibi etiam ſoli natus eſſes; nunc, cùm omnium ſalutem civium, cunctámque rempublicam res tuæ geſtæ complexæ ſint, tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris.

Conceſſio. *Hortatio.* *Syllogiſmus.* *Allegoria.* *Complexio per interrog.*

Satis naturæ fortaſſe. Ad quartum & quinquageſimum annum ætatis Cæſar tum pervenerat.

At, quod maximum. Conceſſit, quod volebat Cæſar, & tamen idipſum nova ratione evertit, oſtendítque Cæſarem nondum vixiſſe ſatis, quia nondum ſtabilivit & ordinavit rempublicam.

Quare. Concludit per hortationem, ne ſequatur eorum Philoſophiam, qui de contemnenda morte libros ediderunt.

Noli. Noli philoſophari, & contemnere mortem cum damno reipublicæ, quæ in maximas calamitates & pericula deveniet, niſi tu tuæ vitæ conſulueris, inſidiáſque vitâris.

Id audirem. Concederem, verbis tuis acquieſcerem.

Complexa ſint. Cùm tua ſalute ſalus reipublicæ contineatur, & tuæ res omnes pertineant ad ſalutem reipublicæ, quemadmodum ipſe intendis, & dicis.

Tantum abes. Adeò non perfeciſti ædificium hoc reipublicæ, ut vix fundamenta eorum, quæ animo deſtináſti, jeceris.

Adiunctio. ceris. Hîc tu modum tuæ vitæ, non
Correctio. ſalute reipublicæ, ſed æquitate animi definies? Quid, ſi iſtud ne gloriæ quidem tuæ ſatìs eſt? cujus te eſſe avidiſſimum, quamvis ſis ſapiens, non
Occupatio. negabis. Parùmne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus? imò
Antitheta. verò aliis, quamvis multis, ſatìs: tibi uni parùm. Quidquid enim eſt,
Locus communis, & theſis. quamvis amplum ſit, id certè parùm eſt

Hîc tu. In eóne tu articulo temporis, terminum vitæ, æquitate potiùs animi tui quàm reipublicæ neceſſitate ſtatues? vivere deſines; & modum tempúſque vitæ finies, quando ſalus reipublicæ te porrò expoſcit?

Æquitate animi. Æquitas animi videtur eſſe tranquillitas quædam, & tenor animi ad omnem fortunæ eventum ita comparati, ut neque adverſis ſe demittat, neque ſecundis efferatur.

Ne gloriæ quidem. Redit ad id, quod conceſſiſſe jam videretur, videlicet, cùm oſtendiſſet breviter, patriæ eum non ſatìs vixiſſe, nunc oſtendit, ne gloriæ quidem ſatis.

Quamvis ſis ſapiens. Quamvis illam philoſophicam ſapientiam teneas, de qua priùs.

Parùmne. Sic conjunge: parúmne magnam gloriam &c. occurrit tacitæ objectioni, ne, cùm Cæſarem gloriæ parùm vixiſſe, & ſatisfeciſſe dicit, res ab eo geſtas extenuare videatur, & mirâ prudentiâ ex eo ipſo, quòd non ſatìs magnam gloriam Cæſar adhuc conſecutus fuerit, ejus dignitatem & excellentiam valde exaggerat. Adverte præclaram antitheſin: *Aliis, tibi: multis, uni. Satis, parùm.*

Quidquid enim. Ea gloria ſatìs eſſet aliis, quia nemo præter te majorem eâ, quam adeptus es, gloriam ſibi poteſt comparare. Tibi verò ſatìs non eſt, cujus eſt tanta virtus, tam generoſa indoles, ma-

eſt tum, cùm eſt aliquid amplius. Quòd ſi rerum tuarum immortalium, C. Cæſar, hic exitus futurus fuit, ut, devictis adverſariis, Rempublicam in eo ſtatu relinqueres, in quo nunc eſt; vide, quæſo, ne tua divina virtus admirationis plus ſit habitura, quàm gloriæ; ſiquidem gloria eſt illuſtris ac pervagata multorum & magnorũ vel in ſuos, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc igitur tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt, ut rempublicam conſtituas, eáque tu inprimis cum ſumma tranquillitate, & ocio

Definitio gloriæ.
Syllogismus.
Polyſyndeta.
9.
Synonymia.

tanta felicitas, ut ad longè majorem gloriam poſſis pervenire. Ita quidem dicere potuiſſet, ſed longè preſſius ſententiam concluſit.

Quòd ſi rerum. Si bello hoc ſuſcepto nil aliud ſpectabas, quàm ut adverſarios ſuperares; ſi nolebas tuâ victoriâ rempublicam avaritiâ, ambitione, cæteriſque vitiis peſſundatam conſtituere, & ordinare, omnibus quidem eris admirationi, tanquam bonus imperator, ſed bene de republica meriti famam ac ſolidam gloriam non habebis.

Siquidem gloria. Gloria eſt fama pervulgata meritorum multorum & magnorum vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum. At tibi reſtant etiam multa & magna conficienda quoad tuos cives & patriam, Ergo tua virtus, ſi his, in quibus nunc eſt, terminis conſiſtat, non ſatìs gloriæ habitura eſſe videbitur.

Reſtat actus. Translatio à rebus comiciis: ſupereſt hic actus, hæc pars adhuc agenda.

Eáque tu inprimis. Cæteri quia

Polyſynd. otio perfruâre: tum te, ſi voles, cùm & patriæ, quod debes, ſolveris: & naturam ipſam expleveris ſatietate vivendi, ſatis diu vixiſſe dicito. *Diu nihil eſt, quod finem habet.* Quid eſt enim hoc ipſum diu, in quo eſt aliquod extremum, quod cùm venit, omnis voluptas præterita pro nihilo eſt, quia poſteà nulla futura eſt? *Correctio.* quanquam iſte tuus animus nunquam his anguſtiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, ſemper immortalitatis amore flagravit. Nec verò hæc tua vita ducenda eſt, quæ *Geminatio.* corpore & ſpiritu continetur. Illa, inquam,

quidem omnes cives Romani, ſed tu Cæſar, præ cæteris cum ſumma tranquillitate & otio perfruâre eâ, ſcilicet republica, quam conſtituiſti.

Tum. Poſteà, cùm ea, quæ reſtant, abſolveris, cùm rempublicam conſtitueris, cùm diu in republica quieta vixeris, & ut conviva ſatur, naturam vivendo expleveris, licebit tibi dicere, te ſatis diu vixiſſe.

Quid eſt enim. Poſtquam oſtendit Cæſarem neque patriæ, neque gloriæ ſatis diu vixiſſe, nunc & illud, quod ſuprà tranſmiſerat, refutat, eum nec naturæ vixiſſe ſatis, idque probat tum ab ipſa vitæ brevitate, tum ab æternitatis comparatione, qua æternitate vitam dicit eſſe metiendam. Particula *enim* non hîc cauſalis eſt, nec reddit ſuperiùs dictorum rationem, ſed tranſitioni duntaxat, & refutationi inſervit.

Quanquam. Quamvis quid opus eſt, ut tibi brevitatem vitæ præſentis oſtendam, cùm tu ipſe nihil aliud ſemper ſpectaveris, quàm æternitatem, cui te nondum ſatis vixiſſe judico.

Sent-

Inquam, illa vita eſt tua, quæ vigebit memoriâ ſæculorum omnium: quam poſteritas alet, quam ipſa æternitas ſemper tuebitur. Huic tu inſervias, huic te oſtentes oportet: quæ quidem, quæ miretur jam pridem multa habet: nunc etiam, quæ laudet, exſpectat. Obſtupeſcent poſteri certè imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibi-

Vita definitio. *Synonymia.* *Repetitio.* *Enumeratio.* *Diſſoluta.* *Simil. cad.* *epitheta.*

Semper tuebitur: Quam æternitas in perpetuum ſemper conſervabit.

Huic tu inſervias: Hanc nominis im̃ortalitatem ſtudeas acquirere; huic tanto ſtudio, tanto mentis ardore ſervias oportet, ut ſervos illos, qui ſuum obſequium dominis oſtentant, & ab iis videri volunt, imiteris. Sic dicitur: *ſervire laudi, ſervire judiciis hominum &c.*

Quæ laudet: Tanquam vera laude digna, virtutes nempe in reipublicæ bono procurando. Miramur magna & inuſitata, laudamus honeſta.

Imperia: Magiſtratus, quos geſſit. Fuit Ædilis, Prætor, ter Conſul, Dictator perpetuus. Fuit Proprætor, pro-Conſul in provinciis.

Provincias: Luſitaniam, ſive ulteriorem Hiſpaniam, utramque Galliam cum Illyrico, Hiſpaniam, Græciam, Macedoniam, Ægyptum, Pontum, Africam, quas provincias partim jam Romanas adminiſtravit, partim Romano imperio additas victoriis luſtravit.

Rhenum. Quem primus omnium Romanorum & ponte commiſit, & cum exercitu tranſivit.

Oceanum. Occidentalem, in quem primus omnium cum claſſe mille navium ad Britanniam navigavit.

Nilum. In quo Ptolomæum Regem ſuperavit.

Pugnas innumerabiles. Quinquaginta, quibus collatis ſignis dimicavit, plerumque victor.

Mem-

biles victorias, monumenta innumera, triumphos audientes & legentes tuos. Sed, niſi hæc urbs ſtabilita tuis conſiliis & inſtitutis erit, vagabitur modò nomen tuum longè, atque latè, ſedem ſtabilem & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam, qui naſcentur, ſicut inter nos fuit magna diſſenſio, cùm alii laudibus ad cælum res tuas geſtas efferent: alii fortaſſe aliquid requirent, ídque vel maximum, niſi belli civilis incendium ſalute patriæ reſtinxeris: ut illud fati fuiſſe

Antitheſis.

Allegoria.

Monumenta. Conſtratas vias, arcus triumphales, aras, templa Cæſaris virtuti conſecrata ad memoriam ſempiternam, trophæa &c.

Triumphos. Quinque. Gallicum, Ponticum, Alexandrinum, Africum, Hiſpanienſem.

Erit inter eos. Non omnes poſteri tuæ gloriæ velificabuntur, ſed alii aliter de rebus à te bello geſtis ſentient, cùm alii te ſummópere laudabunt, & juſtam bellorũ civilium cauſſam habuiſſe contendent: alii non item, ſed aient, te non ſervandæ reipublicæ, ſed ambitionis cauſsâ bellum Pompeio intuliſſe, niſi reipſa ſtabilieris rempublicam & hanc ſuſpicionem ſalute patriæ abſterſeris. Lenioribus tamen verbis hunc animi ſui ſenſum involvit, cavens Cæſarem offendere: non enim ait, *Te vituperabunt*, ſed *aliquid requirent*, addit *fortaſſe*.

Ut illud fati. Magnam gloriam conſequéris, ſi ſtabilieris rempublicam. Poſteri enim cauſam bellorum civilium (vel etiam victorias tuas) fato tribuent fortaſſis & fortunæ: at reipublicæ ſalutem tribuent tuo conſilio & prudentiæ.

fuiſſe videatur, hoc conſilii. Servi igitur iis etiam judicibus, qui multis pòſt ſæculis de te judicabunt: & quidem haud ſcio, an incorruptiùs, quàm nos. Nam & ſine amore, & ſine cupiditate & rurſus ſine odio, & ſine invidia judicabunt. Id autem etiam ſi tunc ad te, ut quidam falsò putant, non pertinebit, nunc certè pertinet, eſſe te talem, ut tuas laudes obſcuratura nulla unquam ſit oblivio. Diverſæ voluntates civium fuerunt, diſtractæq; ſententiæ. Non enim conſiliis ſolùm & ſtudiis, ſed armis etiam & caſtris diſſi-

Enumeratio partium. *Polyſyndeta.* *Occupatio.*

10.

Servi igitur. Ergo etiam, & quidem potiùs incumbe gloriæ ad poſteros propagandæ: fac ea, quæ judiciis poſterorum magis, quàm viventium duntaxat inſerviant, quia poſteri incorruptiùs judicabunt.

Sine amore. Sine affectu, & ſtudio partium, vulgò ſine paſſione; per partes proponit.

Id autem. Cæſar animam putabat eſſe mortalem, ut videre eſt apud Salluſtium. Cicero tacitæ objectioni occurrit: etiamſi ſenſus omnis morte extinguatur, nec quicquam ad nos poſt mortem pertineat, ſaltem nunc, dum vivimus, ad nos pertinet, tales nos gerere, ut propter virtutes æternâ gloriâ digni ſimus.

Diverſæ: Exponit ſtatum belli civilis: alii Cæſari favebant, alii Pompeio: *diſtractaq́, ſententiæ*, cùm alii cauſſam Cæſaris, alii Pompeij cenſerent eſſe juſtiorē.

Non enim: Et adeò quidem diverſæ, ſive adverſæ fuerunt voluntates, ut non ſolùm ſtudiis, & affectibus animi (vulgò & barbarè *partialitatibus*) diſſiderent, ſed ar-

diſſidebamus. Erat autem obſcuritas quædam, erat certamen inter clariſſimos duces: multi dubitabant, quid optimum eſſet, multi, quid ſibi expediret, multi, quid deceret, nonnulli etiam quid liceret. Perfuncta Respublica eſt hoc miſero fataliq; bello: vicit is, qui non fortunâ inflammaret odium ſuum, ſed bonitate leniret: nec qui omnes, quibus iratus eſſet, eosdem etiam exilio aut morte dignos judicaret. Arma ab aliis poſita, aliis erepta ſunt. Ingratus eſt injuſtúsque civis,

Expolitio per Synonymiam & partium enumerationem.
Repetitio.
Sim. cad.
Metaphora.
Antitheſis.
Antitheta.

et diſſenſiones in apertum etiam bellum erumperent.

Erat obſcuritas: Dubium erat, & obſcurum, quid factu optimum; quænam pars Cæſaris, an Pompeii præeligenda.

Dubitabant: Idipſum quod dixerat, *erat obſcuritas* &c. explicat & expolit. 1. Ab optimo & perfectiſſimo. Dubitabant, quænam pars majorem tribueret perfectionem & dignitatem reipublicæ. 2. Ab utili: quid ſibi, ſuis, aut etiam reipublicæ expediret. 3. A decoro: quid deceret. 4. A licito: ne fraudem, ne crimen committerent, offendendo vel Cæſarem, vel Pompejum, vel Rempublicam.

Perfuncta: Liberata eſt reſpublica bello civili, quod non tam hominum ſcelere, & pravitate, quàm fatorum ipſorum neceſſitate exarſerat.

Vicit: Vicit Julius Cæſar vir mitiſſimus & clementiſſimus, qui felicitate victoriæ non ad ulciſcendas injurias; non ad expromendum in ſuos hoſtes odium; ſed ad exercendam in victos clementiam uteretur.

Ab aliis poſita. Sponte; alii coacti; quibus *erepta ſunt*.

Ingratus. Concludit jam, bello finito, ſublata omni

civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum, ut etiam ille ſit melior, qui in acie cecidit, qui in cauſſa animam profudit. Quæ enim pertinacia eſt quibusdam, eadem aliis conſtantia videri poteſt. Sed quia jam omnis fracta diſſenſio eſt armis, & exſtincta æquitate victoris: reſtat, ut omnes unum velint, qui modò habent aliquid non ſolùm ſapientiæ, ſed etiam ſanitatis. Niſi te, C. Cæſar, ſalvo, & in iſta ſententia, quâ cùm anteà, tum hodiè vel maximè uſus

Conjugata. *Non eſt hîc addenda particula quàm.* *Metonymia.* *Adjunctio.*

animorum diſſenſione, Cæſari ab inſidiis non eſſe metuendum. Nā *ingratus foret &c.* vide argumentum à cōjugatis, *armorum, armatum.*

Ut ille ſit melior. Ingratus, injuſtus eſt, qui etiamnum perſeverat in hoſtilitate adverſùm te, & hic longè minùs eſt ferendus, quàm illi, qui in acie adverſùm te ſtetêre, atque ibi cecidêre, & longè minùs, quàm illi qui poſt amiſſam victoriam, ex acie tamen evadentes, pro, vel *in cauſſa*. pro parte ſemel ſuſcepta, ut conſtantiam ſuam demonſtrarent, mortem ſibi ipſis conſcivcrunt, *animam profuderunt*, ut fuit Scipio & Cato Uticenſis; quamvis enim hæc in illis *pertinacia* fuerit, viſa tamen aliis eſt eſſe *conſtantia*. Ergo nonnullis viſi ſunt bene agere, dum ſe illi occiderunt. At nunc cùm tam æquum & clementem videmus victorem, injuſtus & ingratus eſt, qui armatum retinet animum, & tibi adverſantem. Obſervanda denuò particula *ut*.

Sed etiam ſanitatis. Qui non ſunt prorſus inſani, ac mente capti, conſpirent neceſſe eſt univerſi ad ſalutem Cæſaris ſervandam.

Hodie. Cùm tali clementiâ erga Marcellum uſus es, & dixiſti te rempublicam tuis doloribus anteferre.

uſus es, manente, ſalvi eſſe non poſſumus. Quare omnes te, qui hæc ſalva eſſe volumus, & hortamur, & obſecramus, ut vitæ, ut ſaluti tuæ conſulas: omnéſque tibi (ut pro aliis etiam loquar, quod de me ipſe ſentio) quoniam ſubeſſe aliquid putas, quod cavendum ſit, non modò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorũ oppoſitus & corporum pollicemur. Sed ut unde eſt orſa, in eodem terminetur oratio. Maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæſar, majores etiam habemus. Nam omnes idem ſen-

Repetitio.
Synonymia.

Et hortatur ad cautionẽ, & ſecurum eſſet jubet propter cuſtodias.

11. PERORATIO.

Hæc ſalva. Se, ſuam vitam hanc, curiam iſtam & urbẽ.

Subeſſe. Quoniam latere aliquid periculi, & inſidias occultas parari contra ſalutem tuam exiſtimas.

Excubias: Noctu, *cuſtodias* interdiu.

Oppoſitus. Oppoſitiones: pollicemur, nos tuum corpus ita ſtipaturos, ut ſi quisquam tibi manus inferre voluerit, noſtrum latus & pectus priùs petere debeat, quàm in te poſſit irruere.

Sed ut unde. Redit ad propoſitum & primam orationis partem, gratias agens de Marcello reſtituto.

Majores habemus. Animo & voluntate, quàm dictis & verbis explicare poſſimus. Diſcrimen eſt inter *gratias agere, gratias habere, & gratias referre. Agere gratias*, eſt verbis oſtendere, nobis aliquid gratum fuiſſe. *Habere grates*, eſt animo & voluntate ſe gratum teſtari, id eſt, animum habere accepti beneficii memorem cum voluntate viciſſim gratificandi. *Referre gratias ſeu gratiam*, eſt facto acceptum beneficium remetiri.

Nam omnes: Reddit rationem, cur cæteris tacentibus ipſe potiſſimùm omnium nomine ad dicendum ſurrexerit.

Omnium

ſentiunt: quod ex omnium precibus & lacrymis ſentire potuiſti. Sed quia nō eſt ſtantibus omnibus neceſſe dicere; à me certè dici volunt: cui neceſſe eſt quodammodo, & quòd volunt, & quòd decet, & quòd M. Marcello à te huic ordini, populoq; Romano & reipublicæ reddito, præcipuè id à me fieri debere intelligo; nam lætari omnes, non ut de unius ſolùm, ſed ut de communi omnium ſalute ſentio; quod autem ſummæ benevolentiæ eſt, quæ mea erga illum omnibus ſemper nota fuit, ut vix C. Marcello optimo & amantiſſimo fratri, præter eum quidem

Repetitio, Rationes, cur ipſe peroret.

Omnium precibus &c. Cunctus enim Senatus ſurrexit facta mentione de Marcello, & ad te ſupplex acceſſit.

Stantibus omnibus. Non eſt neceſſe, ut omnes ſenatores ſtantes idem dicant, quod ego. Satis enim dicunt, cùm lacrymis effuſis gratiam tibi habent.

Cui neceſſe. Aliis quidem neceſſe non eſt orationem habere: mihi tamen dicendi neceſſitas incumbit, quòd ita volunt ſenatores: *quòd*, quia hæc voluntas eſt ſenatorum, qui mihi ſuas vices legârunt, & quia decet, ut aliquis loquatur, agâtque gratias, & quia ego præcipuè id facere debeo ob meum, in Marcellum à te reſtitutum, peculiarem amorem.

Nam lætari. Alii ut de communi ſalute lætantur: ego verò peculiarem habeo lætandi rationem, quippe qui non ſolùm bonum & utilem reipublicæ civem, ſed etiam ſingularem amicum videam mihi tuâ benevolentiâ reſtitutum.

Quod autem. Id quod ſumma benevolentia erga Marcellum à me exigit, eſt, ut qui ſemper Marcello fui

Diſſoluta. *Synonyma.* dem cederem nemini, cùm id ſolicitudine, cura, labore tamdiu præſtiterim, quamdiu eſt de illius ſalute dubitatum: certè hoc tempore, magnis curis, moleſtiis, doloribus liberatus, *Diſſoluta.* præſtare debeo. Itaque C. Cæſar, ſic tibi gratias ago, ut me omnibus rebus à te non conſervato ſolùm, ſed etiam ornato, tamen ad tua in me unũ innumerabilia merita, quod fieri jam poſſe non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit.

addictiſſimus, nunc magno dolore liberatus, debitum ei amicitiæ officium hac ratione præſtem. Hæc conjungenda: *Quod ſumma benevolentia eſt, certè hoc tempore præſtare debeo,* cùm id etiam hactenus egerim, *cùm id ſolicitudine &c.*

Præſtare debeo, Ut ejus loco gratias agam, & id *certe hoc tempore*: Nam ſi dubia Marcelli ſalute, omnem ſolicitudinem, curam, laborem ſuſtinui, nunc eo conſervato, & reipublicæ reddito, ſtatuo mearum eſſe partium, ut tibi gratias agam.

Me omnibus &c. Poſtquã me non ſolùm conſervâſti, ſed etiam honoribus ornâſti. Quæ ornamenta à Cæſare acceperit, oſtendit his verbis in ea pro Ligario: *Qui ad me ex Ægypto litteras miſit, ut eſſem idem, qui fuiſſem, qui cùm ipſe imperator in toto imperio populi Rom. unus eſſet, eſſe me alterum paſſus eſt &c.*

Hoc facto. Gratiâ hac Marcello factâ.

EVENTUS.

M. Marcellus, cùm jam rediret ad urbem, Athenis à quodam, P. Magio Chilone dicto,

dicto, familiari ſuo, percuſſus eſt pugione, & duo vulnera accepit, è quibus diem ſuum obiit, & Magius quoque ſupplicii metu ſeipſum interemit. Non caruit ſuſpicione oppreſſi M. Marcelli Cæſar; quem excuſat Cicero ad Atticum libro decimo tertio, epiſt. decimâ. Miſit enim Brutus ad me per litteras, purgat Cæſarem de interitu Marcelli: in quem, ne ſi inſidiis quidem ille interfectus eſſet, caderet ulla ſuſpicio. Nunc verò, cùm de Magio conſtet, nónne furor ejus omnem cauſam ſuſtinet? *Cicero ad priſtinum dicendi morem rediit, qui in perpetuum ſilere decreverat. Habita hæc Oratio Anno U. C. 707. ante Chriſtum 43. quo anno Cæſar faſtos correxit, annúmque ad ſolis curſum accommodavit, ut 365. dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato, qui nimiam mutationem induceret, unus dies quarto quolibet anno intercalaretur. Utque temporum ratio impoſterum congrueret aptiùs, inter Novembrem & Decembrem hujus anni 707. duos alios menſes interpoſuit. Emendavit Calendarium hoc Julianum à Caio Julio Cæſare dictum Gregor. XIII. Pontif. Max. Anno Chriſti 1582.*

Axiomata, & Sententiæ Ethicæ ac Politicæ.

Modum in ſumma rerum poteſtate tenere, laudabile eſt.

Qui in eadem cauſſa fuerunt, par eſt, eos in eadem eſſe fortuna.

Debemus reipublicæ, ac communis boni, dignitatem, utilitatémque privatis doloribus, vel ſuſpicionibus anteferre.

Si magna in accepto beneficio laus eſt, quantò major in dato.

Humanarum rerum domina fortuna.

Nunquam temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec in conſilium caſus admittitur.

Iracundia eſt inimica conſilio.

Victoria naturâ inſolens eſt & ſuperba.

Nihil eſt opere aut manufactum, quod non aliquando conſumat vetuſtas.

Valere debet apud nos grati animi fidelis memoria.

Incertus eſt exitus, & anceps fortuna belli.

Ex moribus & virtutibus maximus eſt fructus, jucunditásque ſapienti.

Tantus eſt ſplendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & conſilii dignitas, ut hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata eſſe videantur.

Principis cautio, ſubditorum cautio eſt.

Præſtat videri nimis timidum, quàm nimis prudentem.

In animis hominum magnæ latebræ ſunt, & magni receſſus.

Principis unius vitâ totius ſæpè reipublicæ ſalus continetur.

In bello multa facit dux armatus, quæ togatus facere prohiberet.

alio-

Aliorum periculo ſapientes fieri debemus.

Non nobis ſolis vivimus.

Quidquid eſt, quamvis amplum ſit, id certè parùm eſt, cùm eſt aliquid amplius.

Gloria eſt illuſtris & pervagata multorum & magnorum vel in ſuos, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum.

Nihil eſt diu, in quo eſt aliquid extremum &c.

Non eſt vita dicenda, quæ corpore & ſpiritu continetur &c. Sed quæ pertinet ad immortalitatem.

Serviendum iis etiam hominibus, qui multis pòſt ſæculis de nobis judicabunt.

Poſteri de nobis, & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, & ſine invidia judicabunt.

Etſi poſterorum judicium ad nos nihil pertineret: nunc certè pertinet nos eſſe tales, ut noſtras laudes nulla unquam obſcurare poſſit oblivio.

Bonitate leniri odium poteſt.

Ingratus eſt, injuſtúsqve civis, qui periculo liberatus, animum tamen retinet armatum & hoſtilem erga eum, à quo eſt liberatus.

ORATIO PRO Q. LIGARIO AD CÆSAREM.

ARGUMENTUM.

HAnc orationem, ſicut illam pro M. Marcello, habuit Cicero ad Cæſarem, eodem anno V. C. 707. poſt bellum civile, in qua defendit Q. Ligarium ejusdem ferè criminis reum, cujus erat Marcellus. Nam Q. Ligarius accuſabatur apud Cæſarem à Q. Tuberone, quòd Pompeij partes amplexus repulerit ex Africa Q. Tuberonem, qui profitebatur in eam ſe venire, ut eandem Cæſari traderet. Oderat autem Cæſar vel maximè eos,

qui

qui in Africa, cæteris provinciis ſeſe dedentibus, in armis perſeverâſſent, ſibíque diutiùs reſtitiſſent. Odium inflammavit Q. Tubero, cauſam Africæ in pertinacia diutiùs perſiſtentis referens in Ligarium, ut qui eam provinciam contra voluntatem ſenatûs retinuerit, quò Cæſari bellum inferre poſſet, & ſe cum imperio venientem inde crudeliter ejecerit, quíque dudum Cæſari fuerit infenſiſſimus. Lubrica erat ac difficilis cauſa, Cùm Cæſar ipſe Ligario iratus de injuria ſibi facta judex eſſet, & facinus de excluſo ab Africa Tuberone negari non poſſet; ſed id Cicero ita defendit, ut neceſſitatis, non voluntatis fuiſſe contenderet, atque omne perfidiæ crimen in Tuberonem amoliretur. Quæ tanta orationis vi, tantáque animorum incitatione tractâſſe fertur, ut Cæſari neque unus in vultu color, neque in animo ſolita conſtantia perſtiterit; ſed tanquam vim paſſus toto corpore contremuerit, denique victus Ligario veniam criminis fecerit.

Habita eſt oratio in foro apud Cæſarem, eo anno, quo Cæſar, ut diximus in fine Orat. pro M. Marcello, faſtos correxit pridie Calendas intercalares priores, qui fuit ultimus dies prioris menſis illorum duorum, quos Cæ-

ſar inter Novembrem ac Decembrem interiecit, poſtquam fratres & propinqui Ligarii pro reo ſupplices ad pedes Cæſaris fruſtra accidiſſent.

Quæſtio eſt in Genere Judiciali, an criminoſum ſit Q. Ligario, fuiſſe in Africa in partibus Pompeij?

Diviſio Orationis.

EXORDIUM. Ironiâ & Conceſſione Cicero elevat culpam Ligarii & hanc transfert ad miſericordiam Cæſaris.

PROPOSITIO. Non eſt criminoſum Q. Ligario fuiſſe in Africa in partibus Pompeii.

NARRATIO. Venit Q. Ligarius in Africam, cùm adhuc nulla eſſet belli ſuſpicio, adeóque non ut contra Cæſarem ageret. In ea provincia ſe geſſit moderatè. Exorto etiam bello civili ibi remanſit non voluntate, ſed neceſſitate, expetitus à provincialibus, nihilque ibi iniquè fecit.

CONFIRMATIO. Accuſabatur à Tuberone Ligarius 1. Quòd repulſus injuſtè fuerit ab Africa per Ligarium. 2. Quòd Ligarius Pompeii partes fuerit ſecutus. 3. Quòd infenſus fuerit Cæſari. Cicero defendit, nihil contra Cæſarem molitum eſſe Ligarium; retorquet crimen in ipſum Tuberonem, qui potiore jure dicendus eſt infenſus fuiſſe Cæſari, quàm Ligarius, cùm ille & in acie Pharſalica contra Cæſarem pugnaverit, & excluſus Africâ ſuas querelas ad Pompejum detulerit. Ejus crudelitatem multis verbis exagitat, & à Cæſaris clementia amplificat. Eludit etiam illud, quòd Ligarius Pompeii partes ſecutus ſit.

PERORATIO. Implorat Cæſaris Clementiam, & adducit illuſtriſſimos viros pro Ligario deprecantes.

ORA-

ORATIO.

NOvum crimen, C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te, Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuiſſe: idque C. Panſa, præſtanti vir inge- 1. *Ironia.* *Adjuncta.*

Novum crimen: Incipit à propoſitione criminis, idq; per ironiam; putant nonnulli hæc verba ex ipſa Tuberonis adverſarii oratione eſſe deprompta, & ex fiducia cauſæ à Cicerone falsè deriſa. Credat lector Ciceronem eo geſtu corporis, ea pronuntiatione hoc expoſuiſſe, ut & Cæſarem non offenderit, & adverſarium pupugerit.

Cæſar: Cæſarem vel ab elephanto, qui linguâ Maurorum Cæſar dicitur, in prælio cæſo, doctiſſimi viri & eruditiſſimi putant dictũ; vel quia mortua matre, ventre cæſo ſit natus, vel quòd cum magnis crinibus ſit utero parentis effuſus, vel quòd oculis cæſiis fuerit. Ita Spartianus.

Q. Tubero: Hic Quintus Ælius Tubero accuſator Ligarii, filius erat Lucii Tuberonis. Uterque, pater & filius profecti ſunt in Africam; nam pater Romæ eam provinciam ſortitus erat; cùm autem eò appellere vellent, invenerunt provinciam ab Actio Varo occupatam, qui Varus imperium ejus provinciæ non mediocri cupiditate arripuerat, Ligario quidem etiam tum in Africa perſiſtente. Credibile eſt Lucium Tuberonem Quinti Patrem, conjugem è gente Tullia duxiſſe, unde *propinquitas*.

C. Panſa: Hic eſt C. Vibius Panſa, qui poſteà cum Hirtio

Dubitatio. *Ironia.* *Polyſyndet.*

ingenio, fretus fortaſſe ea, familiaritate, quæ eſt ei tecum, auſus eſt confiteri. Itaque, quò me vertam, neſcio; paratus enim veneram, cùm tu id neque per te ſcires, neque audire aliunde potuiſſes, ut ignoratione tua ad hominis miſeri ſalutẽ abuterer: ſed quoniam diligentiâ inimici inveſtigatũ eſt id, quod latebat; confitendum eſt, ut opinor (præſertim cùm meus neceſſarius, C. Panſa fecerit, ut id jam integrum non eſſet) omiſſáque controverſiâ, omnis oratio ad miſericordiam tuam conferenda eſt, quâ plurimi ſunt conſervati: cùm à te non liberationem culpæ,

Hirtio Conſul fuit, quem & ingenio, & eloquentiæ ſtudio floruiſſe vel ex eo conſtat, quòd eo ipſo tempore apud Ciceronem declamitabant, quos ipſe proinde *diſcipulos & prætextatos grandes* appellat. Valuit magnâ gratiâ apud Cæſarem.

Paratus &c. Putabam, ſi tu Cæſar neſcires, Ligarium in Africa fuiſſe, re hac à me diſſimulata facilè te poſſe flecti ad ignoſcendum Ligario, homini miſero, reo. Quoniam autem Tubero accuſator tam fuit ſagax, ut omnibus veſtigiis odoratus fuerit crimen occultum, idque in lucem protraxerit, fatendum eſt. Adhuc ironicè.

Integrum non eſſet: Negari ampliùs non poſſet, non liberum, non in poteſtate eſſet

Omiſſâ controverſiâ: Omiſſâ quæſtione, fueritne in Africa Ligarius, an non fuerit, implorabo Cæſaris miſericordiam. Status quæſtionit explicatur ad docilitatem faciendam.

Non liberationem. Multis gratiam feciſti, non quòd ſe purgaverint, & liberaverint à culpa; ſed quia tu cle-

culpæ, ſed errati veniam impetraviſſent. Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum, confitentem reum: ſed tamen hoc confitētem, ſe in ea parte fuiſſe, quâ te, Tubero, quâ virum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque priùs de veſtro delicto confiteamini neceſſe eſt, quàm Ligarii ullam culpam reprehendatis. *Synæcioſis.* *Apoſtrophe ad adverſarios.* *Finis Exordii.* *Retorquet in adverſarios.*

NARRATIO.

Q. igitur Ligarius, cùm eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio, Legatus in Africam cum C. Conſidio profectus eſt: qua in lega- *Polyſyndeton.*

clementer dediſti veniam errantibus.

Qua te, Tubero. Se fuiſſe in Africa, hoc eſt, in factione Pompeianorum, *qua te*, ſupple: *Fuiſſe conſtat.* Atque hoc eſt potentiſſimum in hac defenſione telum, vibratum in adverſarium per retorſionem.

Priùs de veſtro delicto. Vos Tuberones in eadem fuiſtis factione Pompeii, in qua Ligarium fuiſſe accuſatis. Fateamini de veſtro delicto, priusquàm levem etiam culpam Ligario affingatis.

Q. Ligarius. Narrat, quemadmodum Ligarius iverit in Africam, præfuerit provinciæ, venienti Accio Varo ceſſerit, nihilque ſuſceperit contra Cæſaris dignitatem. Narrat breviter, perſpicuè, probabiliter.

Adhuc. Ad illud tempus.

Legatus. De his legatis alibi; erat legatus tanquam vicarius imperatoris, Pro-Conſulis, Prætoris.

In Africam. Carthagine à Scipione Africano Æmiliano deletâ A. V. C. 607. pars illa Africæ, quam Carthaginenſes poſſederant, in provinciam Romanorum redacta fuit, tributum annuum impoſitum, miſſus Româ Prætor vel Pro-Conſul, qui populum legibus Romanis regeret.

Cum C. Conſidio. Rem narrat Aſconius: *Q. Ligarius Legatus cum Conſidio* pro-

legatione & civibus & ſociis ita ſe probavit, ut decedens Conſidius provinciâ ſatisfacere hominibus non poſſet, ſi quemquã alium provinciæ præfeciſſet. Itaque Q. Ligarius, cùm diu recuſans nihil profeciſſet, provinciam accipit invitus: cui ſic præfuit in pace, ut & civibus & ſociis gratiſſima eſſet ejus integritas & fides. Bellum ſubitò exarſit; quod, qui erant in Africa, antè audiêrunt geri, quàm parari. Quo audito, partim cupiditate inconſiderata, partim cæco quodam timore, primò

Polyſyndeton.

Metaphora.

Synacioſis.

profectus, Africam ita adminiſtravit, ut cùm Conſidius ad conſulatûs petitionem vellet venire Romam, pro ſe Ligarium faceret &c.

Ita ſe probavit. In eo ſe munere ita geſſit, ita ſuam virtutem probavit tum *civibus* Romanis, qui in Africa negotii gerendi causâ verſabantur, tum *ſociis*, ipſis nempe Africanis, Romanorum ſociis, ut non fuiſſent contenti, ſi alius eis præfectus in abitu Conſidii datus fuiſſet. Ergo non eo conſilio fuit in Africa, ut inde bellum moveret Cæſari, cùm eò profectus ſit, quando nondum belli ſuſpicio erat: & ibi manſerit coactus à populo. Facit hîc narrationem probabilem, quòd nulla cupiditate inductus, ſed potiùs invitus ſuſceperit provinciam.

Bellum ſubitò. Inter Cæſarem & Pompejum, ſicut incendium priùs erupit, quàm potuerit prævideri, *ſubitò exarſit*; Metaphoricè.

Quo audito. Afri, cùm bellum civile conflatum audiiſſent, *partim cupiditate*, & ſtudio partium Pompeianarum, *partim cæco timore*, falſo, inani, & imprudente metu, qui non permittebat iis videre, nihil eſſe à Cæſaris clementia metuendum, primò quærebant ducem, cujus auſpiciis *ſalutem* ſuam tue-

primò ſalutis, pòſt etiam ſtudii ſui quærebant aliquem ducem: cùm Ligarius domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens, nullo ſe implicari negotio paſſus eſt. Interim P. Actius Varus, qui Prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum ſtatim concurſum eſt, atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium; ſi illud imperium eſſe potuit, quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico conſilio deferebatur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cupe- *Correctio.*

tuerentur, pòſt etiam *ducem* quæſierunt ad ſuam factionem Pompejanam defendendam, & bellum Cæſari inferendum.

Domum ſpectans. Malebat redire Romam, & hoc negotio ac bello implicari nolebat.

P. Actius Varus. Qui amiſſis ad Auximum cohortibus, fugiens in Africam pervenerat, ut ſcribit Cæſar 1. de bello civili, qui poſtmodum *Prætor Africam obtinuerat*, Prætorium ſibi imperium in Africa vendicaverat, ipſe potiùs illud arripiens, quàm ex ſenatusconſulto miſſus.

Uticam. Urbs erat Africæ, proximam Carthagini obtinens dignitatem, eáque excisâ Africæ totius caput, in qua Cato Uticenſis victo jam Scipione, necem ſibi conſcivit, unde & Cato Uticenſis dictus eſt.

Imperium. Dicebatur Romanis talis Magiſtratus, qui erat cum poteſtate habendi exercitum, atque adminiſtrandi rem militarem.

Si illud imperium. Non fuit legitimum hoc imperium, quia debuiſſet conferri vel lege Curiata, vel ſenatusconſulto. Correctio eſt oratoria, ut comparatione cupiditatis Vari, Ligarii moderatio magis eluceat.

Car-

peret effugere, paullùm adventu Vari conquievit. Adhuc, C. Cæſar, Q. Ligarius omni culpâ vacat: domo eſt egreſſus non modò nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli: Legatus in pace profectus, in provincia pacatiſſima ita ſe geſſit, ut ei pacem eſſe expediret. Profectio certè animum tuum non debet offendere; num igitur remanſio? multò minùs. nam profectio voluntatem habuit non turpem, remanſio etiam neceſſitatem hone-

Anacephalæoſis. *Apoſtrophe.* *Traductio.* *Conjugata.* *Subjectio.* *Prolepſis.* *Simil cad.* *Antitheſis.*

Conquievit. Non ampliùs ſolicitatus ad ſuſcipiendam curam provinciæ.

Adhuc. Pro, ad hoc tempus, quo dico, de quo narro.

Domo eſt egreſſus. Rem narratam colligit in argumentationem, & oſtendit nihil hactenus in his vitio verti poſſe Ligario. *Domò*: Româ profectus eſt Legatus in Africam.

Expediret. Ligarius in provincia pacata, pacis artibus, id eſt, virtutibus in pace exercitis magnum ſibi favorem populi conciliavit, ad conſervandum igitur hunc favorem expediebat ei & utile fuit, pacem eſſe, non bellum. Qui bella volunt, in bello tanquam in turbido piſcari cupiunt; iſtud non erat è re Ligarii.

Profectio certè. Non eſt igitur quæſtio de profectione, aut remanſione illa, quando Ligarius ante bellum civile à Conſidio Africæ datus eſt præfectus: ſolus eſt ſtatus quæſtionis, utrùm Ligarius reus ſit, quòd poſt Vari adventum remanſerit in Africa.

Non turpem. Voluit tanquam Legatus in Africam ire, & ivit ex cauſa honeſta, non turpi; non enim turpe eſt, velle legatum in provinciam proficiſci, quò mittitur à republica.

Remanſio. Remanſit Ligarius Conſidio decedente invitus, cùm recuſans nihil

honeſtam. Ergo hæc duo tempora carent crimine: unum, cùm eſt legatus profectus: alterum, cùm efflagitatus à provincia, præpoſitus Africæ eſt. Tertium eſt tempus, quo poſt adventum Vari in Africa reſtitit. Quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis. An ille, ſi potuiſſet illinc ullo modo evadere, Uticæ potiùs, quàm Romæ: cum P. Accio, quàm cum concordiſſimis fratribus: cum alienis eſſe, quàm cum ſuis maluiſſet? Cùm ipſa legatio plena deſiderii ac ſolicitudinis fuiſſet, propter incredibilem quendam fratrum amorem, hic æquo animo eſſe potuit belli diſcidio diſtractus à fratribus? Nullum igitur habes, Cæſar, adhuc in Q. Ligario ſignum alienæ à te voluntatis, cujus ego cauſam, animadverte, quæſo, qua fide defendam, cùm prodo meàm

PROPOSITIO.

Antithesis. Simil. cad.

Repugnantia.

Antitheta.

Adjunctio.

A minore.

CONFIRMATIO.

hil profeciſſet; honeſtum tamen erat parere Conſidio, & provinciæ, à qua efflagitabatur.

Reſtitit: Id eſt, remanſit, vel ſubſtitit; nec enim *reſiſtere* ſemper accipiendum pro *repugnare*, ſed etiam & propriè, pro *gradum ſiſtere*.

Neceſſitatis crimen: Quia ſic bello depreſ. eſt, ut non potuerit à partibus diſcedere.

Concordiſſimis fratribus? Duos fratres habuit, ut in peroratione videbitur.

Cùm ipſa Legatio: Potuítne æquo animo manere Ligarius in bello, ſejunctus à ſuis fratribus, qui etiam in pacatiſſima legatione ſua, fratrũ deſiderio conficiebatur?

Qua fide defendam. Vides quanta fidelitate & veritate loquar in defendendo Ligario

Exclamatio ex admiratione. meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentíſque decorandã! M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuiſſe, in qua ſeipſum confitetur fuiſſe; nec tuas tacitas cogitationes extimeſcit: nec quid tibi de alio audienti, de ſeipſo occurrat, re-

3. formidat. Vide, quàm non reformidem: vide quanta lux liberalitatis & *Licentia. Metaphora.* ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Quantum potero, voce conten-

rio, cùm ego meipsũ prodo, cùm ego, qui Ligarium excuſo, meã ipſe culpam fateri & prodere non erubeſco.

O Clementiam. Præmittit exclamationem & admirationem rei, quã dicturus eſt.

Laude, prædicatione &c. Videtur hæc eſſe diverſitas inter laudem, & prædicationem &c. quòd *laus* judicio bonorum virorum, *laudatio* ſive prædicatio ſermonibus, *litterarũ* hiſtoriis & annalibus, *monumentis* lapidum & cæterorum hujusmodi inſcriptionibus contineatur.

M. Cicero. Antequam Ligarii culpã excuſet, Cicero ſeipſum in graviore culpa fuiſſe confitetur, tũ ut Cæſari blandiatur, tum ut majorem oſtendat cauſæ fiduciam.

In ea voluntate. Non fuiſſe Ligarium alienæ voluntatis à te, cùm tamen de ſe hoc fateatur defendens. Argumentatio in hoc conſiſtit: Ego longè magìs reus fuiſſem, quàm Ligarius, & tamen obtinui facilè gratiam à clementiſſimo Cæſare, ergò faciliùs obtinebit Ligarius.

De ſeipſo. Cicerone. Cicero non metuit, ne dum hæc dicit de alio, ſiniſtram ſibiipſi pariat opinionem apud Cæſarem.

Lux liberalitatis. Quàm me liberalis tuus, & clemens ac ſapiens animus illuſtret, ut hæc talia auſim loqui apud te.

idam, ut populus hoc Romanus ex-
diat. Suſcepto bello, Cæſar, geſto
ā ex magna parte, nulla vi coactus,
licio meo ac voluntate ad ea arma
ofectus ſum, quæ erant ſumpta con-
te. Apud quem igitur hoc dico?
mpe apud eum, qui cùm hoc ſciret,
nen me, antequam vidit, reipubli-
reddidit: qui ad me ex Ægypto lit-
ras miſit, ut eſſem idem, qui fuiſ-
n: qui cùm ipſe imperator in toto
perio populi Romani unus eſſet,
e me alterum paſſus eſt: à quo,
hoc

Circumſtantiis ſuum factū exaggerat, & ſimul clementiam Cæſaris.

Interrogatio Reſponſio.

Suſcepto bello. Hæ omnes cumſtantiæ ut aggravant lum Ciceronis, ita ex- nuant factum Ligarii; ſin- lorum verborum pondus amina, & adverte, quo- odo hinc lenitas Cæſaris idetur.

Geſto ex magna parte. Cùm n Cæſar totam Italiam tineret, exercitus Hiſpa- nſes redegiſſet in poteſta- m, Pompeiū Brundiſio ex- liſſet, manſit tamen Cicero partibus Pompeianis.

Nulla vi coactus. Contrà garius remanſit invitus in is partibus.

Apud quem? Eſt hoc ex- nplū in Rhetorica Cypria- poſitū, de quo Quint. *ſunt em interrogandi & reſpon-* *dendi non ingratæ vices.*

Reipublicæ reddidit. Per- miſit me redire in patriam, datis etiam litteris me in- vitans, ut ad Italiam venirē, eſſem idem, qui fuiſſem &c. Scribitur, cùm ab expedi- tione Aſiatica Tarentum Cæ- ſar appuliſſet, Ciceronem ei Brundiſium obviàm pro- ceſſiſſe; quem Cæſar, ut etiamnum procul ante alios conſpexit, ex equo deſcen- dens ſalutavit, cúmque illo ſolo per multa ſtadia fami- liare colloquium produxit.

Me alterum paſſus eſt. Ci- cero ante hoc bellum civile Ciliciæ pro-Conſul fuit, ibi- que cum inſigni fortitudi- ni

hoc ipſo C. Panſa mihi nuntiū perferente, conceſſos faſces laureatos tenui, quoad tenendos putavi: qui mihi tum denique ſe ſalutem putavit dare, ſi eam nullis ſpoliatam ornamentis dediſſet. Vide, quæſo Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cùm

Ironia & Apoſtrophe ad adverſarium.

nis laude verſatus, Parthos Cappadociæ tum iminentes acie inſtructa, collatis ereptiſque ſignis, ac caſtris occupatis profligavit. Imperator poſteà ab exercitu proclamatus, ut qui gladio non minùs polleret, quàm eloquentiâ. Etſi dein triumphus fuiſſet dilatus, nomen tamen Imperatoris, & laureatos faſces retinuit.

Hoc ipſo C. Panſa. Qui propè me ſedet inter Ligarii Patronos.

Faſces Laureatos. Qui Imperatores appellati erant, insignia laureæ in faſcibus præferebant.

Quoad tenendos. Imperatores retinere poterant imperiū, quoad Romam reverterentur; portam autem Romanam ingreſſi deponebant imperium; Cicero igitur cum imperio manſit annis ferè 4. donec illud depoſuit hoc anno in urbē regreſſus.

Si eam nullis. Non putavit, Cæſar, ſe ſalutem mihi dare, niſi ſimul relinqueret omnia ornamenta honoris & dignitatis.

Vide quæſo ut &c. Ut pro *quàm*, quemadmodum: Sic conjunge: vide, quàm non audeam de Ligarii facto confiteri, qui de meo facto non dubitem dicere. Intelligis contrarium per ironiam.

Atque hæc propterea. Tranſit à ſuo exemplo ad alterum argumentum, de Tuberone accuſatore: ipſe Tubero, quem tamen Cæſar culpâ liberavit, dedit majus ſignum alienæ à Cæſare voluntatis, quàm Ligarius, ergo &c.

cùm de ſe eadem dicerem, ignoſceret. Cujus ego induſtriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationẽ, vel quòd ejus ingenio ſtudiíſque delector, vel quòd laudem adoleſcentis propinqui exiſtimo etiam ad meũ aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putet eſſe crimen, fuiſſe in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipſe in eadem Africa eſſe voluit, & prohibitum ſe à Ligario queritur, & certè contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus. Quid enim, Tubero, diſtrictus ille tuus in acie Pharſalica gladius

Diſtributio cauſarum.

A perſona adverſarii. Subjectio.

Interrogatio non ſciſcitandi gratiâ ſed

De ſe: Tuberone.

Cujus induſtriæ. Addictus ſum, & benevolus Tuberoni induſtrio, & glorioſo homini.

Studiíſque delector. Verſabatur Tubero in ſtudio eloquentiæ, causâſque agebat, poſt hanc autem cauſam perditam ſe penitus ad jus civile tranſtulit.

Propinqui. De hac re ſuprà.

Eſſe voluit. In Africam cùm vellet Tubero exſcendere, repulſus eſt; verum autem non erat, quòd Africam voluerit Cæſari tradere, ut patebit.

Quid enim Tubero. Dictiones elegantes per metaphoras & metonymias: *Quid tuus ille gladius &c.* Pro quid, tu, qui gladium tum ſtrinxeras, intendebas, cujus latus tu mucrone tuo cõfodere cupiebas? Quid tu armatus tum ſentiebas? Quæ metonymiæ ſunt, res poſſeſſa pro poſſeſſore &c. & quia rebus ſenſu carentibus actum quemdam & animos dat, ſublimes ſunt metaphoræ. Hoc exemplum pro variis adducitur in Rhet. Cypriani.

In acie Pharſalica Pharſalus Theſſaliæ oppidum eſt.

inſtandi. dius agebat? cujus latus iſte mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo: commoveri videtur adoleſcens: ad me revertar. Iisdem in armis fui. Quid autem aliud egimus, Tubero, niſi, ut, quod hic poteſt, nos poſſemus? Quorum igitur impunitas, Cæſar, tuæ clementiæ laus

Apoſtrophe.
Congeries ſynonymorum.

4.
Enthymema ex pugnantibus & Epiphonema.

unde adiacentes campi, in quibus prælium, Pharſalici, & pugna Pharſalica dicta eſt. De pugna Pharſalica Lucanus 7. & Florus l. 4. c. 2 *Philippicis campis, urbis, imperii, generis humani fata commiſſa ſunt. Nunquam ullo loco tantum virium populus Romanus, tantum dignitatis fortuna vidit. Trecenta amplius millia hinc & illinc, præter auxilia regum &c.*

Nimis urgeo. Revocat ſe ab impetu dicendi, eſtque præcisa velut ante legitimum finem oratio. Figura ſimilis Reticentiæ.

Commoveri. Tubero ſcilicet. Imò etiam commotus eſt Cæſar ad hanc dictionis vehementiam, & mentionem de pugna Pharſalica, teſte Plutarcho, ita ut cùm priùs dicis tantùm causâ audire Ciceronem pro Ligario dicentem voluerit, & ipſum Ligarium pro condemnato jam habuerit: ad hæc verba commotus, ſchedas, quas tum fortè habebat, abjecerit, & denique reum, contrà quàm ſtatuerat, abſolverit.

Iisdem in armis. Contra Cæſarem; etſi Cicero ipſi prælio Pharſalico propter infirmitatem corporis non interfuiſſe dicatur.

Quod hic poteſt. Quod Cæſar, qui rerum jam potitur; *nos poſſemus*, ut & nos rerum potiremur.

Quorum impunitas. Quid igitur hoc eſt, O Cæſar, an illi ipſi (inter quos Tubero) qui cum magna clementiæ laude impunes à te ſer-

laus eſt, eorum ipſorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac cauſa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, ſed multò magìs patris tui prudentiā deſidero: quòd homo cùm ingenio, tum etiam doctrinâ excellens genus hoc cauſæ, quod eſſet, non viderit. Nam, ſi vidiſſet, quovis profectò, quàm iſto modo à te agi maluiſſet. Arguis fatentem. Non eſt ſatìs. Accuſas eum, qui cauſam habet, aut, ut ego dico, meliorem quàm tu: aut ut tu vis, parem. Hæc non modò mirabilia ſunt, ſed prodigii ſimile eſt, quod dicam. Non habet eam vim iſta accuſatio,

Membratim
Synæcioſis.

ſervati ſunt, ſua oratione te exſtimulent & acuant ad crudelitatem erga alios in pari ſecum cauſa conſtitutos? Enthymema.

Atque in hac cauſa.. Tuberonum imprudentiam oſtendit, quòd cùm ipſi Cæſaris clementiâ conſervati fuiſſent, eundem nihilominus ad crudelitatem acuant.

Multò magìs patris. Bene prudentiam in patre ſeniore magìs, quàm in filio adoleſcente deſiderat, quia prudentia in adoleſcentiam vix cadit, ut Cicero in Cœliana; *Non loquor de ſapientia, quæ non cadit in hanc ætatem.*

Quod eſſet. Quale eſſet: non hoc modo & hanc cauſam voluiſſet produci in forum, agi.

Prodigii ſimile. Non tantùm mirabile eſt, & παράδοξον, quod dixi, ſed longè magìs & prodigii ſimile eſt, quòd homo Romanus, more externorum populorum, levium Græcorum, immanium barbarorum ex odio inſito ſanguinem & necem civis Romani expetat, id quod à moribus noſtris & legibus alieniſſimum; ve-

Simil. deſ. ſatio, ut Q. Ligarius condemnetur; *Membratim* ſed ut necetur. Hoc egit civis Romanus ante te nemo. Externi iſti ſunt mores. *Simil. deſ. Compar.* Uſque ad ſanguinem incitari ſolet odium aut levium Græcorum, aut immanium barbarorum. *Synonyma per enumerationem partium.* Nam quid aliud agis? ut Romæ ne ſit? ut domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho, avunculo ſuo *Interrogationes oratoriæ.* ne cum ejus filio, conſobrino ſuo, ne nobiſcum vivat? ne ſit in patria? Num eſt? num poteſt magis carere his omnibus, quàm caret? Italiâ prohibetur, exu-

tant enim id leges Porciæ, atque Semproniæ.

Condemnetur. Condemnatio enim civis Romani non erat ad mortem, ſed ad exilium: tu vis, ut necetur; nam in exilio nunc jam eſt, quia caret patriâ; quid ergo ultrà vis?

Uſque ad ſanguinem. Necem; cædem.

Levium Græcorum. Græci paſſim leves, & longè diverſi à Romanorum gravitate dicebantur; erant etiam in eo leves; quòd homines optimè meritos, ut Socratem, & Phocionem, levi de cauſa necârint.

Nam quid aliud. Eſt Minor & aſſumptio hujus ſyllogiſmi: *Barbari & immanis eſt ſanguinem petere: Tubero Ligarii ſanguinem petit: ergo barbarus & immanis eſt.*

T. Broccho. Qui cum fratribus Ligarii privatim apud Cæſarem interpoſuit partes ſuas, & preces.

Avunculo. Matris ſuæ fratre.

Ejus filio. Brocchi filio, *Conſobrino*, Conſobrinum vocat, qui ex matris ejus fratre natus erat, quem nos amitinum dicimus; nam Conſobrinus propriè eſt filius ex ſorore; accipitur tamen interdum in priore etiam ſenſu.

Italiâ prohibetur. Ligarius hactenus extra Italiam, &

exulat. Non tu ergo hunc patriâ privare, quâ caret, ſed vitâ vis. At iſtud ne apud eum quidem Dictatorē, qui omnes, quos oderat, morte multabat, quiſquam egit iſto modo. Ipſe jubebat occidi, nullo poſtulante: præmiis etiam invitabat. Quæ tamen crudelitas ab hoc eódem aliquot annis pòſt, quem nunc crudelem eſſe vis, vindicata eſt. Ego verò iſtud non poſtulo, inquies. Ita me Hercle exiſtimo,

Ab exemplo majore.

Conjugata & Traductio.

5. Prolepſis & Conceſſio, ex

& quodammodo in exilio manebat, donec ipſi à Cæſare conceſſa vita fuit.

At iſtud ne. At ne Syllam quidem illum crudeliſſimum Dictatorem quiſquam ad hanc crudelitatem acuit, hortatúsque eſt, ut ſuos inimicos occideret; ipſe ſuâ ſponte, nullius impetu, proſcriptos jubebat occidi. Sullæ crudelitas, qui victis Marianis partibus Dictaturam invaſit, multósque proſcripſit, & duorum talentorum præmio invitavit, qui proſcriptos occiderent, à Lucano l. 2. Floro l. 3. & aliis deſcribitur.

Ipſe jubebat occidi. Reſpondet quaſi tacitè objectioni. Nónne multi à Sulla occiſi ſunt? Occiſi, inquit, ſed nemine accuſante.

Nullo poſtulante: Accuſante, in necem impellente.

Præmiis invitabat: Proponebat iis præmia, qui quemquam è proſcriptis è medio ſuſtuliſſent.

Ab hoc eodem. A Cæſare hoc ipſo, quem tu crudelem eſſe vis, crudelitas vindicata eſt, damnatis iis omnibus, qui præmiis invitati ad Sullā proſcriptorū capita detuliſſent.

Aliquot annis poſt. Octodecim annis poſt infamem illam Syllæ proſcriptionem.

Ego verò. Commodè Tuberonem reſpondentem inducit. Ego verò, inquit Tubero, non peto à Cæſare, ut ſit crudelis, & Q. Ligarium occidat. Tranſmittit hoc Cicero, ſed ait, per im-

 pru-

attributis perſonarum. mo, Tubero, novi enim te, novi patrem, novi domum, nomenque veſtrum: ſtudia denique generis ac familiæ veſtræ, virtutis, humanitatis, *Diſſoluta.* doctrinæ plurimarum artium atque optimarum; nota ſunt mihi omnia. Itaque certò ſcio, vos non petere ſanguinem: ſed parùm attenditis. Res enim eò ſpectat, ut eâ pœnâ, in qua adhuc Q. Ligarius ſit, non videamini eſſe contenti: quæ eſt igitur alia, præter mortem? ſi enim in exilio eſt, ſicuti eſt, quid ampliùs poſtulatis? an, *Argumentum 1. à majori.* ne ignoſcat? hoc verò multò acerbiùs, multóque eſt duriùs. Quod nos domi pe-

prudentiam tuam, hoc ipſum, non aliud petis.

Domum, nomenque. Familiam, & nomen Tuberonum. Variis autem virtutibus apud Romanos inclaruêre Tuberones, ut ille, de quo pro Muræna.

Generis ac Familiæ. Genus & *Gens* ad *nomen*, *familia* ad *cognomen* refertur. Tuberones erant generis ſive gentis Æliæ; itaque & iſte Tubero habuit nomen *Q. Ælii Tuberonis.* Tubero cognomentum erat familiæ, nam Ælia gens habuit etiam alias familias aliis cognomentis, ut Ligurum, Lamiarum, Catorum &c.

Res eò ſpectat. Pertinet, tendit. Dicitis, vos non petere mortem Ligarii; res, quam agitis ſpectat mortē: eſt enim hoc argumentum, *Qui exilii pœnâ contentus non eſt, mortem petit; vos exilii pœnâ contenti non eſtis, ergo mortem petitis.*

Multò acerbius. Eſt longè major inhumanitas velle Cæsarē impedire, ne, dū velit, ignoſcat ſupplici. Probat hoc argumento triplice à majori. Primum eſt: Si Tubero domi ſupplicantibus obſta-

petimus, precibus, lacrymis, ſtrati *Inciſa.* ad pedes, non tam noſtræ cauſæ fidentes, *Diſſoluta.* quàm hujus humanitati, id ne impetremus, pugnabis, & in noſtrum fletum irrumpes? & nos jacentes ad pedes ſupplicum voce prohibebis? Si cùm hoc domi faceremus, quod & fecimus, & ut ſpero, non fruſtrà fecimus, *A minore.* tu derepente irrupiſſes, & clamare *Hypothypoſis.* cœpiſſes, Cæſar, cave ignoſcas, cave te fratrum pro fratris ſalute obſecrantium *Proſopopæja.* *Antitheta.* miſereatur: nónne omnem humanitatem exuiſſes? quàntò hoc durius, quod nos domi petimus, id à te in foro oppugnari? & in tali miſeria multorum perfugiũ miſericordiæ tollere?

obſtaret, ne Cæſar Ligario ignoſceret, durè faceret; quantò jam duriùs, in foro agere contra eosdem ſupplicantes.

Strati ad pedes. Cæſaris.

Fletum irrumpes? Nobis cum fletu Ligarii ſalutem à Cæſare poſtulantibus importunè te ingeres, & obtrudes?

Prohibebis? Non permittes ad pedes jacere, ſupplicare?

Et, ut ſpero, non fruſtrà: Non fruſtrà ad domum Cæſaris acceſſimus, & pro ſalute Ligarii ſupplicavimus, eum enim ſic placatum eſſe confido, ut brevi veniam daturus eſſe videatur.

Derepente. Vetus adverbium eſt, pro *repente.*

Miſereatur. Precantium miſereatur, pro miſereat. Legitur & citatur à Priſciano l. 9. ubi docet: miſeret & miſeretur imperſonalia eſſe.

Miſeriâ multorum. Iſta duo verba ſunt conjungenda; quàm durum eſt, quòd tu in miſeria multorum (Pompeianorum, qui ſpem in Cæſaris miſericordia poſue-

Licentia. lere? Dicam planè, C. Cæſar, quod
Argumentum 2. à comparatione maioris. ſentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non eſſet, quantam tu per te, per te inquam, obtines (intelligo,
Geminatio. quid loquar,) acerbiſſimo luctu redun-
Emphaſis. daret iſta victoria. Quàm multi enim
Apoſiopeſis. eſſent de victoribus, qui te crudelem
Metaphora. eſſe vellent, cùm etiam de victis repe-
Periphraſis. riantur? quàm multi, qui cùm à te
Coniugata.
Antitheta. nemini ignoſci vellent, impedirent clementiam tuam, cùm etiam ii, qui-
3. Argumẽtum à com- bus ipſe ignoviſti, nolint te in alios eſſe miſericordem? Quòd ſi probare Cæſari poſſemus, in Africa Ligarium om-

fuerunt) iſtam ſpem, atque perfugium ad Cæſaris miſericordiam tollas?

Dicam planè. 2. Argumentum à Minore: Si Tubero victus, & Pompeianus Cæſarem jam eſſe crudelem vult, quàm multi id vellent de victoribus, & Cæſareanis, ut in hoſtes ſuos ſæviat, ergo quàm crudelis Cæſar foret, niſi ſua lenitate his conſiliis obſiſteret.

Intelligo quid. Scio enim à multis te ad ſævitiam & ferocitatem inſtigari. Eſt *Emphaſis*, plus intelligitur, quàm dicitur, & *Apoſiopeſis*, tacuit enim, quod volebat apertè dicere, multos eſſe, qui crudelitatem ſuadeant.

Acerbiſſimo luctu. Periphraſis, pro, victoria eſſet luctuoſiſſima.

De victis. Nempe Tuberones, qui in Pompeianis partibus erant, & victi, gratiam apud Cæſarem invenerunt.

Quòd ſi probare. 3. Argumentum inhumanitatis, & crudelitatis in Tuberone; ſi Cicero Patronus Ligarii negaret Ligarium in Africa fuiſſe, & hoc per mendaciũ ſuaderet Cæſari ut crederet, Tubero inhumanus foret, ſi mendaciũ hoc coargueret, &

omnino non fuiſſe: ſi honeſtô & miſericordi mendaciô ſaluti civi calamitoſo eſſe vellemus: tamen hominis non eſſet, in tanto diſcrimine & periculo civis refellere & coarguere noſtrum mendacium: & ſi eſſet alicujus, ejus certè non eſſet, qui in eadem cauſa & fortuna fuiſſet. Sed tamen aliud eſt errare Cæſarem nolle, aliud nolle miſereri. Tu diceres: cave, Cæſar, credas: fuit in Africa Ligarius; tulit arma contra te. Nunc quid dicis? cave,

paratione minoris ad majus.

Concluſio Enthymematis.

Membratim. Proſopopœia Tuberonis.

& hunc errorem opinionis in Cæſare nollet pati: ergo longè magis inhumanus eſt, quòd nolit pati, Cæſarem miſereri: cùm ipſe Tubero in eadem cauſa & fortuna fuerit.

Honeſto & miſericordi mendacio. Putârunt nonnulli, honeſtum aliquando & licitum eſſe mendacium; ſed D. Auguſtinus & Scholaſtici Theologi cum D. Thoma omne mendacium quocunque fine prolatum ſemper dixerunt eſſe contra naturam, atque peccatum; quia cùm indita ſit homini locutio, quaſi quædam imago cogitationis internæ, contra naturam eſt, ſicubi imago ab archetypo diſſentiat.

Saluti civi. Si vellem liberare à periculo honeſtum civem per mendacium &c.

In eadem cauſa. Is non deberet hoc facere, qui etiam Pompeianus fuit.

Sed tamen. Eſt aliud & diverſum, nolle, quòd Cæſar erret credendo aliquid, quod non ita ſe habet; & aliud, nolle quòd Cæſar miſereatur; illud prius, etſi inhumanum (nam crudele eſt, inquit Cicero non velle pati, ut honeſto & miſericordi mendacio calamitoſus liberetur) eſt tamen minus; hoc alterum majus & crudelius. Explicat hoc in ſequentibus: minus eſt dicere, *cave Cæſar, credas*; majus eſt, *cave, ignoſcas.*

Traductio. ve, ignoſcas. Hæc nec hominis, nec ad hominem vox eſt: quâ, qui apud *Antitheta.* te, C. Cæſar, utetur, ſuam citiùs abjiciet humanitatem, quàm extorquebit tuam.
6. Ac primus aditus & poſtulatio Tuberonis hæc, ut opinor, fuit, velle ſe de Q. Ligarii ſcelere dicere. Non dubito, quin admiratus ſis, vel *Nominis quæſtio definitione Rhetorica explicatur.* quòd de nullo alio quiſquam, vel quòd is, qui in eadem cauſa fuiſſet; vel quidnam novi ſceleris afferret. Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? iſto *Interrogatio ad inſtandũ.* enim nomine illa adhuc cauſa caruit. *Diſtributio.* Alii errorem appellant, alii ti-

Nec ad hominem. Sed ad immanem aliquem Cyclopem, qui his verbis moveretur; tu verò Cæſar, qui tantæ clementiæ es, non moveris; ergo potiùs ille qui talia dicit ad te, ille homo non eſt, & humanitatem abjicit, quàm ut humanitatem tibi tuam adimat. *Extorquebit* enim hic eſt, *auferet*, *eripiet*.

Ac primus aditus. In ipſo orationis exordio, cùm ingreſſum faceret orationis ſuæ Tubero, dixit ſe velle de Q. Ligarii ſcelere dicere. Quòd Tubero Ligarii factum vocârit *ſcelus*, hoc vituperat jam Cicero.

Poſtulatio. Cùm peteret Tubero, ut Ligarii deferendi & accuſandi poteſtas ſibi daretur; hoc enim dicebatur aliquem *poſtulare*, *accuſare*.

Vel quod. 3. Cauſæ adducuntur, quòd malè dixerit *ſcelus* Ligarii. 1. Quia nullum alium Pompeianum quiſquam dixit *ſceleratum*. 2. Quia hoc dixit Tubero qui & ipſe Pompeianus. 3. Quia debuiſſet in Ligario novum ſcelus demonſtrare.

Illa cauſſa. Pars & factio Pompeii.

Errorem: Quòd errore lapſi ſint, quòd multi ſpecie quadam reipublicæ, juſtitiæq; decepti Pompeii cauſſam

timorem: qui duriùs, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui graviſſimè, temeritatem: ſcelus præter te adhuc nemo. Ac mihi quidem, ſi proprium & verum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidiſſe videtur, & improvidas hominum mentes occupaviſſe: ut nemo mirari debeat, humana conſilia divina neceſſitate eſſe ſuperata. Liceat eſſe miſeros, quanquam hoc victore eſſe non *Conceſſio.* *Correctio.*

ſam putaverint cauſſâ Cæſaris eſſe meliorem.

Timorem. Quòd timuerint, ne Cæſar ageret aliquid cōtra rempublicam, ne ejus potentia rempublicam opprimeret.

Qui duriùs. Qui aſperiùs contra Pompeianos loquuntur, *Spem* appellârunt, quòd honores & magiſtratus ſperaverint, *cupiditatem*, inordinatum ſtudium erga Pompeium, contra Cæſarem: *Odium* Cæſaris ob ſimultates, *pertinaciam*, obſtinationem animi in cauſa ſuſcepta: *temeritatem*, inconſultam belli gerendi voluntatem.

Ac mihi quidem. Ego hujus mali cauſàm ad fatalem neçeſſitatem transfero.

Noſtri mali. Quòd contra Cæſarem arma ſumpſimus.

Fatalis calamitas. Mihi videtur bellum civile tantum, támque luctuoſum non hominum conſiliis, ſed fatali cuidam neceſſitati, & Deorum voluntati, quæ potentior eſt humanis conſiliis, eſſe tribuendum.

Divina neceſſitate. Fato, per periphraſin, cui humana ingenia cedere eſt neceſſe. Præcipuam hujus belli civilis cauſam quoque Lucanus fuiſſe ſcribit fatum quoddam: *Invidia fatorum ſeries, ſummisque negatum Stare diu, nimioque graves ſub pondere lapſus.*

Liceat eſſe miſeros. Fuerimus, & ſimus ita miſeri, ut in hanc belli calamitatem fato

Repetitio. *Conceſſio.* *Confirmat teſtimonio Cæſaris.* *A repugnantibus.*

non poſſumus. Sed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces; ſceleris verò crimine, furoris, parricidii, liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat multis aliis carere. Quando hoc quisquam ex te, Cæſar, audivit, aut tua quid aliud arma voluerunt, niſi à te contumeliam propulſare? quid egit tuus ille invictus exercitus, niſi ut ſuum jus tueretur, & dignitatem tuam? Quid? tu, cùm pacem eſſe cupiebas, idne agebas, ut tibi cum ſceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret? Mihi verò Cæſar, tua

fato quodam incideremus, ſaltem ſcelerati non ſumus. Etſi jam miſeri quoque non ſimus ob clementiam Cæſaris, nos ſaltem, qui ſumus ſuperſtites; illi quidem ſunt miſeri, *qui occiderunt*, qui mortui ſunt, quique Cæſaris clementiâ frui non poſſunt.

Fuerint cupidi. Liceat eos, mortuos, appellare cupidos, iratos, pertinaces &c. nomē ſcelerati excipio, non fero.

Quando hoc. Tu ipſe, Cæſar, nunquam vocâſti ſceleratos, bellum geſſiſti non tanquam contra ſceleratos, ſed ut jus tuum tuereris, & contumeliam, quæ tibi inferebatur, imminuendo tuum jus, à te propulſares; cauſſâ hujus belli potiſſima fuit, quòd Cæſar nollet deponere imperium in provincia Gallia ante expletum quinquennium, ſibi prorogatum à Conſulibus prioribus, cùm tamen ſuccedentes Conſules id eum vellent deponere.

Conveniret: Pax & concordia eſſet; nolebat autem pacem cum ſceleratis, ſed cum civibus errore lapſis.

Mihi verò. Argumentum à re-

tua in me maxima merita tanta certè non viderentur, ſi me ut ſceleratum à te conſervatum putarem. Quomodo autem tu de republica bene meritus eſſes, ſi tot ſceleratos incolumi dignitate eſſe voluiſſes? Seceſſionem tu illam exiſtimaviſti, Cæſar, initio, non bellum: non hoſtile odium, ſed civile diſſidium, utriſque cupientibus rempublicam ſalvam, ſed partim conſiliis, partim ſtudiis à communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pæne par: non par fortaſſe eorum qui

Argumentum ex conjugatis: ſcelus, ſceleratum &c.

Conduplicatio.

à repugnantibus, quòd conſervatio non eſſet beneficium, ſi qui conſervati ſunt, ſcelerati fuiſſent judicati; maneret enim hæc labes & ſceleris infamia.

Quomodo autem. Neque tu beneficium exhibuiſſes reipublicæ ſceleratos homines conſervando.

Seceſſionem. Non veniebas cùm copiis tuis eo animo, ut bellum Pompeio inferres, & cùm Pompeium & conſules urbe profectos audiſti, non perſuadebas tibi Cæſarem ad bellum eſſe venturam, ſed putabas eſſe ſeceſſionem, qualis olim facta eſt, cùm plebs in ſacrum montem ſeceſſit propter Patriciorum injurias.

Utriſque cupientibus. Utriuſque partis civibus, Pompeianis, & Cæſarianis.

Partim ſtudiis. Affectibus.

Aberrantibus. Deviantibus à pace, quæ omnium maximè ad communem utilitatem pertinebat, nam *nulla ſalus bello.*

Principum dignitas. Cæſaris & Pompeii. Aliquid hic tribuit aſſentationi; nam Pompeii dignitas eo tempore major erat, quàm Cæſaris, qui nondum id egerat, nec iis functus erat honoribus, quibus Pompeius. Et hic majorem etiam virtutis opi-

qui ſequebantur: cauſſa tum dubia, quòd erat aliquid in utraque parte, quod probari poſſet: nunc melior certè ea judicanda eſt, quam etiam Dii adiuverunt. Cognitâ verò clementiâ tuâ, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, niſi armatus?

7. *Antitheta. Simil. deſ. Prolepſis.*

Sed ut omittam communem cauſam, veniamus ad noſtram: utrum tandem exiſtimas facilius fuiſſe, Tubero, Ligario ex Africa exire, an vobis in Africam

opinionem habuit. Cæſaris verò nota erat impudicitia, libidines, luxus, quorum flagitiorum vix ullum in Pompeio veſtigium.

Qui ſequebantur. Qui factiones duorum ſequebantur: non par; nam cum Pompeio plures erant magiſtratus, aut ii qui fuerant olim in magiſtratu. Dicit autem *fortaſſe*, ne offendat Cæſarem, neque etiam clarè dicit, quinam aliis dignitate potiores fuerint.

Cauſſa dubia. Hinc Lucanus: *Quis juſtiùs induit arma, ſcire nefas. Magno ſe judice quisque tuetur. Victrix cauſſa Diis placuit, ſed victa Catoni.* Cato enim erat ex parte Pompeii. Cauſſa Cæſaris *nunc melior*, quia auctoritate divinâ approbata, utpote *Victrix cauſſa Diis placuit*.

Nemo niſi armatus. Omnes ſervati ſunt, exceptis iis, qui in acie ceciderunt.

Quis non eam. Dubia erat cauſſa, & Dii ipſi tuam juſtiorem eſſe tum judicaverunt, cùm tibi victoriam conceſſerunt: nunc etiam homines ipſi omnes & cauſſam tuam & victoriam approbant, cognitâ tuâ clementiâ.

Sed ut omittam. Ut omiſsâ communi omnium Pompeianorum cauſâ, veniamus ad cauſſam Ligarii, quæ eſt propria hujus quæſtionis.

Ex Africa exire. Faciliùs potuit Tubero non ire in Africam, quàm Ligarius reverti

cam non venire? Poteramúſne, inquis, cùm ſenatus cenſuiſſet? ſi me conſulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium ſenatus idem legaverat. Atque ille eo tempore paruit, cùm parere ſenatui neceſſe erat: vos tum paruiſtis, cùm paruit nemo, qui nòluit. Reprehendo igitur? minimè verò; neque enim licuit aliter veſtro generi, nomini, familiæ, diſciplinæ. Sed hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. Tuberonis ſors conjecta eſt ex ſenatusconſulto, cùm ipſe non adeſſet, morbo

Subjectio. *Diſparitas.* *Occupatio.* *Diſſolutio.* *Repugnantia.*

verti ex Africa. Facilius erat, ut tu non ires (nam liberum erat arbitriũ) quàm illum exire è provincia, à qua non dimittebatur à populo.

Poteramúſne. Objicit Tubero: ſenatus me miſit; non potui non obſequi ſenatui. Sed & Cicero dicit: Ligarium ſenatus miſerat, & miſerat in pace. Tu iviſti in bello, ubi propter factiones tanta auctoritas ſenatûs non erat. vide ſeq.

Legaverat. Ligarium juſſit eſſe Legatum Conſidii.

Atque ille. Ligarius paruit ſenatui in pace, quo tempore tantam auctoritatem ſenatus obtinuit, ut ei parere neceſſe eſſet: vos tempore belli profecti eſtis quo multum auctoritatis ſenatus amiſerat, & ſiquis parere ſenatui noluit, potuit ad Cæſarem confugere.

Quibus rebus gloriemini. Non eſt reprehendendus à Tuberone Ligarius in eo, quod à ſe factum ipſe Tubero gloriatur; ſed gloriatur Tubero, ſe & patrem ſuum ſenatui paruiſſe, ergo in eo, quòd ſenatui paruerit, non eſt reprehendendus Ligarius.

Sors conjecta. Eorum, qui provincias & munera ſortiebantur, nomina in urnam conjiciebantur, eáque concuſſâ miſcebantur, inde ad vir

morbo etiam impediretur: ſtatuerat excuſare. Hæc ego novi propter omnes neceſſitudines, quæ mihi ſunt cum L. Tuberone. Domi unà eruditi, militiæ contubernales, poſt affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quòd iiſdem ſtudiis ſemper uſi ſumus. Scio igitur Tuberonẽ domi manere voluiſſe. Sed ita quidem ajebat, ita reipublicæ ſanctiſſimum nomen opponebat, ut, etiam ſi aliter ſentiret, verborum tamen ipſo-

Probat ab adjunctis.

vitandam omnem fallaciam manu pueri extrahebantur.

Statuerat excuſare. Nimirum, *morbum*, ob quem præſens etiam non erat ſortilegio. Meliùs dicimus excuſare rem, quàm excuſare ſe propter rem.

Unà eruditi. Subintellige: *fuimus.*

Contubernales: Qui in eodem contubernio, eadem taberna. Decem enim militibus ſub uno papilione degentibus præerat unus decurio, qui caput contubernii dicebatur. Contubernium autem, id eſt, decem milites, manipulus vocabatur. Hinc in alicujus contubernio militare quis dicitur, qui militiæ eſt cum aliquo, & in ejus tabernaculo ac comitatu degit. Cicero in bello Marſico in exercitu Cn. Pompeii Strabonis tyro fuit, ut ipſe refert Philip. 12.

Poſt affines. Quia ſororem Ciceronis L. Tubero duxit; hinc procreatus Q. Tubero, Ciceronis propinquus fuit; ut ſuprà.

Verborum pondus &c. Tubero excuſare ſtatuerat morbum, ne in Africam ire deberet; oſtendit ſe libentiùs manere domi. Ita dixit quidem, & quòd iret, dicebat ſe facere ideò, quòd reſpublica, quòd ſenatus-conſultum juberet, *hujus ſanctiſſimum nomen opponebat*, non poſſe ſe ſuſtinere auctorita-

tem

ipſorum pondus ſuſtinere non poſſet. Ceſſit auctoritati ampliſſimi viri, vel potiùs paruit. Unà eſt profectus cum iis, quorum erat una cauſſa; tardiùs iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potiùs. Nam ſi crimen eſt ullum, voluiſſe; non minùs magnum eſt, vos Africam, omnium provinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc urbem gerendum, ob-

Correctio.

Correctio.

Paritas Criminis in Tuberone & Ligario ex hypotheſi.

tatem tantam, & magnum illud in verbis pondus; *reſpublica jubet*: Itaque *ceſſit authoritati* Pompeii, *vel potius paruit*: Cedit, cui vis quædam adhibetur, *paret*, qui vel ultrò ſequitur, vel obedit majori.

Unà eſt profectus. Eodem tempore, quo reliqui Prætores ad obtinendas reliquas imperii Romani provincias, juſſu Pompeii & ſenatûs exibant, ipſe etiam Tubero Romà profectus eſt, ſed tardiùs iter fecit, & primùm in Africam appulit, cùm jam Varus illud imperium occupavit.

Hinc in Ligarium. Quòd excluſi fuerint Africâ Tuberones, hinc eſt, cur excanduerint in Ligarium, nec tamen hæc causa juſta eſt iræ, nec Ligarius eos excluſit.

Nam ſi crimen. Si crimen eſt, *voluiſſe*, ſi voluntas pro facto reputatur, ſi non modò exitus rerum, ſed etiam hominum conſilia crimini dantur, non minùs magnum crimen eſt vos Africam contra Cæſarem obtinere & occupare voluiſſe (nam quòd voluerint Cæſari tradere, falſum eſt) quàm quòd aliquis alius maluerit ſe eandem provinciam obtinere, & vobis dare noluerit. Is tamen *aliquis* non fuit Ligarius, ſed Varus, qui Tuberones excluſit Africâ.

Arcem. Metaphoræ ab editis & munitionibus in civitate locis, quæ arces dicuntur.

Natam ... bellum. Nam

 bella

obtinere voluiſſe, quàm aliquem ſe maluiſſe. Atque is tamen aliquis Ligarius non fuit. Varus imperium ſe habere dicebat, faſces certè habebat. Sed quoquo modo ſe illud habeat, hæc querela veſtra, Tubero, quid valet? recepti in provinciam non ſumus. *A conſequentibus.* Quid ſi eſſetis? Cæſarine eam tradituri *Licentia.* fuiſſetis, an contra Cæſarem retenturi? Vide quid licentiæ, Cæſar, nobis 8. *Correctio.* tua liberalitas det, vel potiùs audaciæ. Si reſponderit Tubero, Africam, quò ſenatus eum ſórsque miſerat, tibi patrem ſuum traditurum fuiſſe: non dubitabo

bella Punica contra Romanos erant atrociſſima.

Faſces habebat. Etſi Varus non habebat legitimum imperium, ut ſuprà, tamen faſces habebat, & lictores, quæ ſunt inſignia legitimæ poteſtatis.

Sed quoquo modo. Sed ſive Varus, ſive *Ligarius* excluſerit, quid intereſt? Quando Tuberones provinciam non tradituri fuerint Cæſari, quod à conſequentibus oſtenditur.

Hæc querela. Nimirum, *recepti non ſumus.*

Quid ſi eſſetis? Recepti in Africam?

Audacia. Quid audaciæ nobis det tua liberalitas, tua clementia.

Si reſponderit. Si dicat Tubero (quod dicere non poteſt) ſe tibi Cæſari traditurum fuiſſe Africam, eam provinciam, quæ à ſenatu & ſorte, à Pompeianis ſibi demandata fuerit, ſcio, ô Cæſar, quòd non ſis approbaturus proditionem hanc, & perfidiam tradentis provinciam ſibi demandatam alteri & parti adverſæ; etſi utile tibi fuiſſet habere eam provinciam, *cujus interfuit*, & ſic *res grata*; non *tamen probata*, tanquam bene & rectè

bitabo apud ipſum te, cujus id eum facere interfuit, graviſſimis verbis ejus *Traductio.* conſilium reprehendere; non enim ſi *Simil. cad.* tibi ea res grata fuiſſet, eſſet etiam probata. Sed iam hoc totum omitto, non tam ut ne offendã tuas patientiſſimas aures, quàm ne Tubero, quod nunquam cogitavit, facturus fuiſſe videatur. Veniebatis igitur in Africam *Adjuncta.* provinciam, unam ex omnibus huic victoriæ maximè infeſtam: in qua erat rex potentiſſimus, inimicus huic cauſæ, aliena voluntas, conventus firmi atque magni. Quæro quid facturi *Conjugata.* fuiſtis? quanquam quid facturi fueritis *Correctio.* non dubitem, cùm videam, quid feceritis. *A conſequentibus.*

rectè facta. Adeóque ſi id diceret Tubero: auderẽ hoc apud te ipſum reprehendere, ſed non videtur hoc poſſe, vel velle dicere. Aliud eſt *amare*, ſive *gratum habire*, aliud *probare*. Ovid. 1. Triſt. *Sæpè fidem adverſis etiam laudavit in armis, Inq; ſuis amat hanc Cæſar, in hoſte probat.*

Ejus conſilium. Tradendæ Cæſari provinciæ, quam à ſenatu contra Cæſarem acceperat.

Hoc totum omitto. Omitto reprehenſionẽ perfidiæ Tuberonis, quia revera perfidus non fuit Pompeio, & ne putet aliquis eum Cæſari Africam traditurum fuiſſe, quod nunquam cogitavit.

Veniebatis igitur. Tu cum L. Tuberone patre tuo; veniebatis in Africam, quæ præ cæteris omnibus provinciis poterat victoriam Cæſaris impedire: ubi erat Juba Rex Numidiæ, inimicus partibus Cæſaris & favens Cn. Pompeio.

Aliena voluntas. Africæ & omnium, qui Africam incolebant.

Conventus firmi. Conventus dicebantur urbes, in qui-

ceritis. Prohibiti eſtis in provincia veſtra pedem ponere, & prohibiti, ut perhibetis, ſumma cum injuria. Quomodo id tuliſtis? acceptæ injuriæ querelam ad quem detuliſtis? nempe ad eum, cujus auctoritatem ſecuti in ſocietatem belli veneratis. Quòd ſi Cæſaris cauſâ in provinciam veniebatis, ad eum profectò excluſi provinciâ veniſſetis. Veniſtis ad Pompejum. Quæ eſt hæc ergo apud Cæſarem querela, cùm eum accuſatis, à quo queramini vos prohibitos contra Cæſarem bellū gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendacio, ſi vultis, glorieminì per-

Geminatio.

Syllogiſmus.

Conceſſio.

me-

bus conveniebant ad jus dicendum, vel accipiendū; hæ urbes, & populi, qui in urbibus conveniebant, firmi erant & plurimi maximique contra Cæſarem.

Summa cum injuria: Cæſar ipſe 1. de bello civili: *Tubero cùm in Africam veniſſet, invenit in provincia cum imperio Accium Varum, qui &c. in Africam pervenerat, atque eam ſua ſponte vacuam occupaverat &c. Is venientem Vticam cum navibus Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium*

exponere in terram patitur, ſed ſublatis ancheris eo loco excedere cogit.

Tuliſtis? Sequitur argumentatio. *Cæſaris cauſa non veniebat in Africam, qui excluſus Africa querelam detulit ad Pompeium: ſed Tubero excluſus Africa querelam detulit ad Pompeium &c.*

Ad eum. Ad Pompeium, à Pompeio & ſenatu miſſi in Africam, cujus belli ſocietatem & partem ſecuti eſtis.

Eum accuſatis. Ligarium.

Atque in hoc &c. Per me licet, glorieminì, vos ita in

Cæſaris

me licet, vos provinciam fuiſſe Cæſari tradituros, etiam ſi à Varo, & à quibusdam aliis prohibiti eſſetis. Ego autem confitebor culpam eſſe Ligarii, qui vos tantæ laudis occaſione privaverit. *Ironicè.* Sed vide, quæſo, C. Cæſar, 9. conſtantiam ornatiſſimi viri L. Tuberonis: quam ego, quamvis ipſe probarim, ut probo, tamen non commemorarem, niſi à te cognoviſſem inprimis eam virtutem ſolere laudari. *Conſtantia Tuberonis in cauſſa Pompejana.* Quæ fuit igitur unquã in ullo homine tanta conſtantia? conſtantiam dico? neſcio, an melius patientiam poſſem dicere. *Correctio.*

Cæſaris cauſſam incubituros fuiſſe, ut ſi pedem in ea provincia poſuiſſetis, eam provinciam Cæſari tradituri fuiſſetis, invito etiam Accio Varo, qui eam provinciam occupaverat; & ego dein fatebor, Ligarium erráſſe, quòd non permiſerit vos in Africam venire. Tanta eſt fiducia Ciceronis in eo, quòd hoc dicere non poſſint Tuberones, ut ſi poſſent dicere, ipſe etiam cum mendacio fateri velit, Ligarium culpam contraxiſſe.

Sed vide quæſo. Laudat & exaggerat conſtantiam Tuberonis in cauſa Pompeiana, inde verò demonſtrat, malè nunc eum apud Cæſarem conqueri de Ligario Pompeianis partibus addicto, in quibus ipſe accuſator tam conſtans fuit. Adverte oratoris prudentiam, & quàm bellè eum laudet, & demereatur, quem refellit.

Probárim. Laudaverim, commendârim.

Conſtantiam dico. Repetitio cum verbi retractatione, ut pulcherrima, ita Ciceroni frequentiſſima.

Patientiam. Ut liquidiùs appareat, cur verbum correxerit, videndum quæ ſit

cere. Quoties enim iſtud quisque feciſſet, ut à quibus partibus in diſſenſione civili non eſſet receptus, eſſetque etiam cum crudelitate rejectus, ad eas ipſas rediret? Magni cujusdam animi, atque ejus viri eſt, quem de ſuſcepta cauſa propoſitâq; ſententia nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum poſſet depellere. Ut enim cætera paria Tuberoni cum Varo fuiſſent, honos, nobilitas, ſplendor, ingenium, quæ nequaquam fuerunt: hoc certè

Theſis. *Traductio.* *Ab adjunctis perſona.* *Enumeratio.* *Diſſoluta.*

inter patientiam & conſtantivam ſive perſeverantiam diſtinctio. Auct. ad Heren. l. 2. *Patientia eſt honeſtatis aut utilitatis causâ rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Perſeverantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio.*

Quotus enim quisque. Quàm pauci de multis rediiſſent ad Pompeium, ita læſi à Pompeianis!

Cum crudelitate: Pompeianorum, qui Tuberonem ægrotantem in terram exſcendere, & aquam haurire prohibuerunt.

Ut enim cætera. Eſto enim Varus fuiſſet tam nobilis &c. ut eſt Tubero, quod tamen non ita eſt. Exaggerat injuriam, quam Tuberones ſibi factam dicebant, ab adiunctis perſonæ læſæ & lædentis. Nobiliſſima autem fuit Tuberonum gens, utpote *Ælia*, quæ ab ipſis Læſtrygonum regibus trahebat originem. Gens autem Vari *Accia* diu fuit obſcura, donec per Auguſtum Cæſarem, qui ex Accia M. Acci Balbi filia natus erat, ad claritatem emerſit. Vide hîc nobilis oratoris artificium ſingulare. Querebantur Tuberones illatam ſibi injuriam, & verbis etiam exaggerabant. Orator ex ipſa injuriæ magnitudine querelam eorum oſtendit nulli-

præcipuum Tuberonis fuit, quòd juſto cum imperio ex Senatus-Conſulto in provinciam ſuã venerat. Hinc prohibitus non ad Cæſarem, ne iratus; non domum, ne iners; non aliquam in regionem, ne condemnare cauſam illam, quam ſecutus eſſet, videretur; in Macedoniam ad Cn. Pompeii caſtra venit; in eam ipſam cauſam, à qua erat rejectus cum injuria. Quid? cùm iſta res nihil comovilſſet ejus animum, ad quem veneratis: languidiore, credo,

Subjectarũ cauſarum Diſtributio. Repetitio. Adjunctio.

us apud Cæſarem eſſe momenti.

Præcipuum. In hoc longè excelluit Tubero, quòd ipſe miſſus juſto cum imperio per ſenatusconſultum: alter legitimum imperium non habuerit, ut ſuprà.

Non ad Cæſarem. Exaggerat, quòd prohibitus provinciâ à Pompeianis, tamen non detulerit illam tum querelam ad Cæſarem, ne videatur fuiſſe *iratus* in Pompeianos, adeóque illis infeſtus, eos deſerens.

Non domum. Non dereliquit prorſus partes bellicas & domum non conceſſit, ne ignavus haberetur.

Non aliquam in regionem. Pacificam, bello vacuam, ubi nec Pompeio, nec Cæſari adhæreret, ne videretur deſeruiſſe Pompeium, & ſic cauſam Pompeii tanquam injuſtam condemnâſſe.

In eam ipſam cauſam. Ad eam ipſam partem & factionem, quæ eum cum injuria rejecerat; magna conſtantia, magna patientia; quot verba, tot vulnera in Tuberonem. Laudat quodammodo hanc conſtantiam, ſed ironicè, nam inde Tuberonem potiùs à Cæſare alienat;

Quid? Adhuc magis exaggerat patientiam. Quid? Cùm vos veſtram ad Pompejum querelam detuliſſetis.

Ironicè. do, ſtudio in cauſa fuiſtis. Tantummodò in præſidiis eratis, animi verò à cauſa abhorrebant. An, ut fit in civilibus bellis (nec in vobis magis, quàm in reliquis) omnes vincendi ſtudio tenebamur? Pacis equidem ſemper auctor fui; ſed tum ſerò. Erat enim amentis, cùm aciem videres, pacem *Geminatio.* cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus; tu certè præcipuè, qui in eum locum veniſſes, ubi tibi eſſet pe*Correctio.* reundum, niſi viciſſes: quanquam, *Sententia.* ut nunc ſe res habet, non dubito, quin hanc

tis, vóſque per ſummam injuriam depulſos fuiſſe ex Africa diceretis, ille verò veſtris querelis non moveretur, num languidiore propterea ſtudio in ipſum fuiſtis, num iſtud vos deterruit à cauſſa Pompeii? ardorem animi reſtinxit?

Tantummodò in præſidiis. Ironicè, ſicut illa formula, *credo*, plerumque ſignificat: ſcilicet in præſidia vos tantùm contuliſtis, ſediſtis domi, noluiſtis exire in aciem, ut pro Pompeio confligeretis, animo languido fuiſtis, abhorruiſtis à cauſa Pompeii? Nihil minùs.

An ut ſit in civilibus. Vel potiùs, & ego, qui partes in Pompeianis partibus) & vos deſiderium ingens habuimus obtinendæ victoriæ?

Nec in vobis. Subaudi, *hoc fit*. In bellis civilibus omnes volunt vincere, nec hoc magis deſiderium in vobis eſt, quàm in reliquis; & hoc eſt, quod ſtatim infrà repetit; *omnes vincere volebamus*, ego etiam; quamvis anteà pacis auctor & ſuaſor fuerim; cùm res jam ad manus, ad aciem veniſſet, ſerò fuit pacem ſuadere porrò; itaque & ego tum volebam vincere.

Tu præcipuè. Vincere volebas utique, quia niſi vinceres, videbas tibi pereundum; inexpectata enim hæc eſt

hanc ſalutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerem, Tubero, ſi aut vos conſtantiæ veſtræ, aut Cæſarem beneficii ſui pœniteret. Nunc quæro, utrùm veſtras injurias, an reipublicæ perſequamini? Si reipublicæ, quid de veſtra in ea cauſa perſeverantia reſpondebitis? ſi veſtras: videte, ne erretis, qui Cæſarem veſtris inimicis iratum fore putetis, cùm ignoverit ſuis. Itaque num tibi videor, Cæſar, in cauſa Ligarii occupatus eſſe? num de

10. Complexio. Dilemma. A minore. Antitheta. Concluſio Confirmationis.

eſt, & tum neutiquam ſperata Cæſaris clementia. At cùm eam nunc experimur, utique melius eſt nobis, fuiſſe victos à Cæſare, & habere ab ipſo ſalutem, quàm ſi victoriam nos Pompeiani obtinuiſſemus.

Hæc ego. Non id objicerem vobis, *ſi aut vos conſtantia veſtra*, quâ adhæſiſtis Pompeio, *aut Cæſarem beneficii ſui*, quo vobis ignovit, *pœniteret*.

Nunc quæro. Urget acri dilemmate, demonſtrátque, Tuberonem neque de privatis neque publicis injuriis debuiſſe conqueri.

Si reipublicæ: Si titulo reipublicæ accuſatis Ligarium, vos ipſos accuſatis, qui in eadem parte Pompeiana, quâ Ligarius, perſeverâſtis.

Si veſtras. Si eas injurias, quas dicitis vos eſſe paſſos, vindicare vultis, ne ſperetis Cæſarem fore iratum veſtris inimicis, qui ſuis inimicis non eſt iratus. Sed his ignovit, quantò minùs ergo pœnas ſumet de alienis inimicis, qui non ſumpſit de ſuis? Et ſic tranſit ad concluſionem Confirmationis.

Itaque num &c. Vides ò Cæſar, omnem orationis meæ vim & rationem, non tam in Ligario & in ejus facto occupari, quàm in prædicatione clementiæ & humanitatis tuæ: nam ego me fundo & occupo potius in tua miſericordia ſicuti ab initio

Correctio Sententiæ. apud te ſit locus etiam pro altero deprecandi? Quanquam neque in hac oratione ſpes eſt poſita cauſæ, nec in eorum ſtudiis, qui à te pro Ligario petunt, tui neceſſarii.

11. *A perſona amicorum Cæſaris, & cauſis deprecandi. Captat benevolentiam Cæſaris.* Vidi enim, & cognovi, quid maximè ſpectares, cùm pro alicujus ſalute multi laborarent: cauſas apud te rogantium gratioſiores eſſe, quàm vultus: neque te ſpectare, quàm tuus eſſet neceſſarius is, qui te oraret; ſed quàm illius, pro quo labora-

tero. Difficilius eſt, permittere Cæſarem, ut Cicero Pompeianus pro alio Pompeiano deprecetur, quàm ut ipſe Ligarius à Cæſare veniam ſperet; illud tamen eſt; ergo & hoc. *Locus*: id eſt, facultas, poteſtas.

Quanquam. Quamvis ego ſpem huius cauſſæ non ponam nec in mea deprecatione, nec in deprecatione amicorum, ſed in tua æquitate.

Tui neceſſarii. Qui pro Ligario deprecantur, ſunt quoque neceſſarii & amici Cæſaris.

Vidi enim. Expertus ſum, quòd ubi pro aliquo multi laborant, ejus cauſam apud te ſuſcipiunt, tu Cæſar non attendas, an illi deprecatores vel patroni, tui ſint amici, vel non, ſed quas cauſas habeant pro aliquo laborandi vel deprecandi; adeóque plus gratiæ apud te obtinent, gratioſiores ſunt cauſæ, quàm vultus, hoc eſt, perſonæ: ex vultu cognoſcitur perſona; tu Cæſar non aſpicis vultum, non vis perſonam cognoſcere, ſed cauſam orantis; at amici illi tui, qui pro Ligario rogant, juſtas habent ſupplicandi cauſas.

Gratioſiores. Gratioſi ſunt, qui multum poſſunt apud illos, à quibus amantur. Sic & gratioſæ preces, quæ plurimùm valent, & blanda vi expugnant illum, cui fiunt.

Quàm illius. Subaudi: *Sit neceſſarius*, quibus neceſſitudinibus, quibus cauſis conjun-

raret. Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, ut mihi beatiores illi eſſe videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quàm tu ipſe, qui illis tam multa concedis. Sed video tamē apud te cauſas, ut dixi, rogantium valere plùs, quàm preces: ab iiſque te moveri maximè, quorum juſtiſſimum dolorem videas in petendo. In Q. Ligario conſervando multis tu quidem gratum facies neceſſariis tuis: ſed hoc, quæſo, conſidera, quod ſoles. Poſſum fortiſſimos viros Sabinos, tibi probatiſſimos, totúmq; agrum Sabinum, florem Italiæ, ac robur reipublicæ proponere. Nôſti optimè homines, animadverte horum omnium mœſtitiam & dolo-

Major. *Minor.* *A perſona Sabinorum, qui juſtiſſimè dolent ob Ligarium.*

junctus ſit deprecator illi, pro quo deprecatur, non ſibi, apud quem deprecatur.

Tribuis. Concedis gratias.

Beatiores: Imò *Beatius eſt magis dare, quàm accipere*, ut Chriſtus Dominus crebris ſolebat uſurpare ſermonibus.

Tua liberalitate. Tuâ clementiâ, tuis gratiis tam liberaliter conceſſis.

Cauſas rogantium. Reſpicis nempe potiùs, quibus de cauſis inducantur ad ſupplicandum, an juſto dolore, gravi damno; tum *moveris maximè, ſi juſtiſſimum dolorem videas* in petentibus.

Conſidera quod ſoles. Cauſas nempe rogantium; quibus de cauſis doleant, & idcirco ſupplicent pro Ligario, non ipſas perſonas rogantium. Interim tamen laudat Sabinos, ut aliquid non ſolùm cauſſæ, ſed etiam perſonis ipſis tribuatur.

Sabinos. Populi ſunt in Italia non procul Româ. Aut in Sabinis natus erat

A perſona Broccborum. dolorem. Hujus T. Brocchi, de quo non dubito, quid exiſtimes, lacrymas, ſqualorémque ipſius & filii vides. *A fratrum Ligarii pietate & meritis in rempublicam.* Quid de fratribus dicam? noli, Cæſar, putare de unius capite nos agere. Aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate ſunt, aut tres ex civitate exterminandi. *Crebra Repetitio.* Quodvis exilium his eſt optatius, quàm patria, quàm domus, quàm dii penates uno illo exulante. Si fraternè, ſi piè, ſi cum dolore faciunt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas: valeat tua vox illa, quæ vicit; te enim dicere audiebamus, nos omnes adverſarios putare, niſi qui nobiſcum eſſent: te *Antitheta.* omnes, qui contra te non eſſent, tuos. *A perſona populi uni-* Vidéſne igitur hunc ſplendorem, omnem

Ligarius, aut è Sabinis originem ducebat.

Hujus T. Brocchi. Qui adeſt judicio, Ligarii advocatus in veſte ſqualida & ſordida.

Quodvis exilium. Malunt illi in exilium ire quodvis, quàm fratre ſuo abſente hîc manere; ergo niſi reſtituas Ligarium, etiam fratres abire debebunt. Adverte crebram repetitionem motui accommodatam, *quàm, quàm, quàm, ſi, ſi, ſi, moveat, moveat, moveat.*

Germanitas. Fraternus amor, ſive conjunctio inter germanos.

Valeat tua vox. Locum hîc habeat tua illa vox, clementiæ maximæ index, quæ tibi peperit victoriam.

Nos. Pompeianos habere omnes pro adverſariis, niſi qui ſtarent ex parte noſtra.

Hunc ſplendorem. Tanto ſplendore, tam inſignes, tam ſplendidos Equites, deprecatores pro Ligario, & quibus

nem hanc Brocchorum domum, hunc *verſi.* L. Marcium, C. Cæſerium, L. Corſidium, hóſce omnes Equites Romanos, qui adſunt, veſte mutata, non ſolùm notos tibi, verùm etiam probatos viros, tecum fuiſſe? atque his iraſcebamur; hos requirebamus, & his nonnulli etiam minabamur. Conſerva igitur tuis ſuos, ut quemadmodum cætera, quæ dicta ſunt à te, ſic hoc veriſſimum reperiatur. Quòd ſi penitùs perſpicere poſſes concordiam Ligario-

Traductio.

12.

A Ligarii animo non a-

bus omnibus Ligarii ſalus erit grata.

L. Marcium. Enumerat aliquos ex præcipuis Equitibus, qui præſentes. Non arbitror hunc eſſe L. Marcium Philippum Catonis ſocerum, Auguſti vitricum, ille enim & ſenator erat, & conſularis. Hic qui Ligario fuit advocatus inter Equites Romanos videtur à Cicerone numerari. Duplex autem fuit gens Marciorum, altera patritia, altera plebeja.

Veſte mutata. Sordidati: Erat enim uſitatum, ut reorum amici & neceſſarii ſordidati cum ipſis reis in judicio adeſſent. De nomine *ſordidatus* alibi.

Tecum fuiſſe? Tuarum partium, in tuis caſtris

His iraſcebamur. Iſti ipſi ſunt, quibus nos Pompeiani maximè iraſcebamur, quòd Cæſarē ſequerentur, & hos deſiderabamus, querentes eos abeſſe, & nonnulli etiam ipſis minabamur. At illi ſemper tui, nunc pro Ligario deprecantur.

Conſerva igitur. Conſerva illis, qui tecum fuerunt, Ligarium neceſſarium ſuum, ut reperiatur verum, quod dixiſti, *te omnes, qui contra te non eſſent, tuos putare.* Ligarius enim animo & voluntate contra te non fuit, ſed coactus eſt in Africa remanere. Quod probat hoc Syllogiſmo: Si Ligari-

A perſona Brocchorum. dolorem. Hujus T. Brocchi, de quo non dubito, quid exiſtimes, lacrymas, ſqualorémque ipſius & filii vides. *A fratrum Ligarii pietate & meritis in rempublicam.* Quid de fratribus dicam? noli, Cæſar, putare de unius capite nos agere. Aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate ſunt, aut tres ex civitate exterminandi. *Crebra Repetitio.* Quodvis exilium his eſt optatius, quàm patria, quàm domus, quàm dii penates uno illo exulante. Si fraternè, ſi piè, ſi cum dolore faciunt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas: valeat tua vox illa, quæ vicit; te enim dicere audiebamus, *Antitheta.* nos omnes adverſarios putare, niſi qui nobiſcum eſſent: te omnes, qui contra te non eſſent, tuos. *A perſona populi uni-* Vidésne igitur hunc ſplendorem, omnem

Ligarius, aut è Sabinis originem ducebat.

Hujus T. Brocchi. Qui adeſt judicio, Ligarii advocatus in veſte ſqualida & ſordida.

Quodvis exilium. Malunt illi in exilium ire quodvis, quàm fratre ſuo abſente hîc manere; ergo niſi reſtituas Ligarium, etiam fratres abire debebunt. Adverte crebram repetitionem motui accommodatam, *quàm, quàm, quàm, ſi, ſi, ſi, moveat, moveat, moveat.*

Germanitas. Fraternus amor, ſive conjunctio inter germanos.

Valeat tua vox. Locum hîc habeat tua illa vox, clementiæ maximæ index, quæ tibi peperit victoriam.

Nos. Pompeianos habere omnes pro adverſariis, niſi qui ſtarent ex parte noſtra.

Hunc ſplendorem. Tanto ſplendore, tam inſignes, tam ſplendidos Equites, deprecatores pro Ligario, & quibus

rant tui. Equidem cùm tuis omnibus negotiis intereſſem, memoriâ teneo, qualis T. Ligarius quæſtor urbanus fuerit erga te & dignitatem tuam. Sed parùm eſt me hoc meminiſſe: ſpero etiam te (qui oblivіſci nihil ſoles, niſi injurias, quoniam hoc eſt animi, quoniam etiam ingenii tui) te aliquid de hujus illo quæſtorio officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæſtoribus reminiſcentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud (neque enim hæc divinabat) niſi ut

A meritis T. Ligarii quæſtoris. Correctio.

rum precibus, qui tui ſemper fuerunt.

Equidem cùm. Ignoſcendum Q. Ligario, recordatione Quæſturæ, quam olim Titus Ligarius ejus frater totam contulerat ad C. Cæſaris dignitatem.

L. Ligarius quæſtor. T. Ligarius frater Quintii, Quæſtor urbanus cùm eſſet, & ærario præeſſet, cauſſam Cæſaris ratione ſtipendiorum militarium ſummo ſtudio complexus eſt, cùm alii Quæſtores repugnarent, ut innui videtur his verbis, *etiam de aliis quibusdam quæſtoribus reminiſcentem recordari*, ut videlicet horum comparatione T. Ligarii beneficium magis eluceſcat.

Urbanus Urbani quæſtores dicti ſunt, quibus inter plurimos alios quæſtores ſors obvenerat, ut in urbe manerent & curam haberent ærarii.

Eſt animi. Hoc animo tu es, ut nihil velis oblivіſci, niſi injurias: hoc etiam tibi à natura inſitum eſt. Diſtinguitur ſæpè *animus* ab *ingenio*. Animus eſt ferè hìc idem, ac natura; ingenium eſt inſuper qualitas quædam hujus naturæ ſapienter id fieri intelligentis, quod fit.

Tum nihil egit aliud. Nihil ſpectavit tum aliud, niſi ut virtutem & benevolentiam ſuam tibi probaret; neque

ut tu eum tui ſtudioſum & bonum virum judicares, nunc à te ſupplex fratris ſalutem petit, quam hujus admonitus officio cùm utriſque his dederis, tres fratres optimos & integerrimos, non ſolùm ſibiipſos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis neceſſariis ſuis, ſed etiam reipublicæ condonaveris. Fac igitur, quod de homine nobiliſſimo & clariſſimo M. Marcello feciſti nuper in curia, nunc idem in foro de optimis, & huic omni frequentiæ probatiſſimis fratribus. Ut conceſſiſti illum ſenatui, ſic da hunc populò: cujus voluntatem cariſſimam ſemper habuiſti. Et ſi ille dies tibi glorioſiſſimus, populo Romano gratiſſimus fuit, noli obſecro, dubitare C. Cæſar, ſimilem

Refert reſtitutionem Ligarii ad bonum reipublica

Ab exemplo.

Ex pari.

A laude & gloria, rebus conſequentibus & effectis.

neque enim præſagiebat fore, ut bellum civile excitaretur, vinceretur Pompeius, frater ipſius accuſaretur, ipſe pro fratre deprecaretur, atque hoc modo mercedem aliquam acciperet; ſed ex mera benevolentia erga te id fecit.

Admonitus officio. Si tu admonente Titi Ligarii officio, & exhibita hac benevolentiâ huic T. Ligario, & Q. Ligario ſalutem dederis, tunc idem erit, ac ſi non ſolùm tres fratres nobis dones, ſed toti dones reipublicæ.

Fac igitur. Paucis antè diebus Cæſar M. Marcellum reſtituerat Reip. & ab exilio revocârat. Com̃odè igitur hujus rei memoriam renovat orator, ut Cæſar ad lenitatem & miſericordiam magis excitetur.

Ille dies. Quo tu Marcellum patriæ reſtituens, ſummam tibi peperiſti laudem clementiæ. Atque hinc ſpe laudis

lem illi gloriæ laudem quàm ſæpiſſimè quærere. Nihil eſt enim tam populare, quàm bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior, nec gratior miſericordiâ eſt. Homines enim ad Deos nulla re propiùs accedunt, quàm ſalutē hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua majus, quàm ut poſſis, nec natura tua melius, quàm ut velis ſervare quàm plurimos. Longiorem orationem cauſa forſitan poſtulat, tua certè natura breviorem. Quare cùm utilius eſſe arbitrer, teipſum, quàm aut me, aut quemquàm, loqui tecum, finem jam faciam: tantùm teipſum

Compar.
Simil. cad.
Adjunctio.

laudis & gloriæ Cæſarem ad miſericordiam inflectit.

Tam populare. Populo & multitudini gratum atque jucundum.

Homines ad Deos. Eſt argumentum ad hominem, nam Cæſar immortalitatis ſtudiò tenebatur & divinos quoſdam honores, ut Lupercos, ut ſtatuas in omnibus templis, ut flamines à ſenatu decretos, libenter admittebat.

Salutem hominibus. Apud Curtium l. 7. Legati Scythiæ in hunc modum: Si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes &c.

Longiorem. Abrumpit orationem cum ſumma clementiæ Cæſaris commendatione, quæ non indigeat longiore hortatu.

Natura breviorem. Natura ipſa facit tua, ut velis ſalutem dare, nec indiget longa mea oratione.

Teipſum. Ut ipſe tecum mediteris, & tecum tacitus colloquaris hac ſuper re.

ipſum admonebo, ſi illi abſenti ſalutem dederis, præſentibus his omnibus te daturum.

Admonebo. Unum illud te velim cogitare, cùm ſententiam feres, ſi Ligario abſenti ſalutem dederis, his omnibus, Ligariis, Brocchis, aliiſque præſentibus & hujus judicii eventum expectantibus te daturum. Ligariis præſertim, qui ſponte in exilium diſcedent niſi frater ipſorum fuerit ab exilio revocatus.

EVENTUS.

Abſolutus Q. Ligarius, oratione ne quidem abſoluta. Plutarchus ſic habet: Cùm *Q. Ligarius reus factus eſſet, quòd in numero hoſtium Cæſaris fuiſſet, ejúſque patrocinium Cicero ſuſcepiſſet: tum Cæſarem dixiſſe ferunt: Quid eſt cauſa, cur Ciceronem orantem aliquamdiu non audiamus? nam reum quidem hominem improbum, & hoſtem eſſe, jampridem certum eſt. Ubi verò Cicero ingreſſus dicere, mirificos motus concitavit, & oratio progreſſa cùm affectibus varia, tum venuſtate admirabilis fuit, perſpicuè cognitum ajunt, varios colores Cæſaris vultum ſubire, ejúſque animum omnibus modis commutari: ac tandem cùm Pharſalici prælii mentionem facere orator cœpiſſet, immodicis perturbationibus incitatum, corpore contremuiſſe, & libellos*

quos-

quosdam è manu ejeciſſe. Victus igitur orationis vi, Ligarium crimine liberavit. Hactenus Plutarchus. Unde perſpicitur, quantus ardor Ciceronis in agendo fuerit: qui Cæſaris animum Ligario infenſiſſimum ita commoverit, ut abſolveret eum, quem jampridem hominem improbum, & hoſtem judicaverat. Tuberoni verò Ligarii accuſatori hac oratione forenſis gloriæ ſpes omnis ita præciſa fuit, ut in hac cauſa victus, cùm eloquentiæ laudem deſperâſſet, è foro ſe ad jus civile tranſtulerit. Qua de re Pomponius. Abſolutus ergo Q. Ligarius, oratione, ut dictum, ne quidem abſoluta, ſed abrupta. In eum tamen ingratus fuit, à quo ſalutem acceperat. Denuo Plutarchus: Ligarius, non, quòd ab judicio liberatus fuiſſet, gratiam Cæſari tribuens, ſed propter quam vocatus in periculum fuerat, dominationem peroſus, Cæſari infenſus erat, Bruto autem inprimis familiaris. Hunc Brutus inviſens ægrotum, cùm ſocios Conjurationis in Cæſarem quæreret, quali, inquit, tempore, Ligari, ægrotas? Ille ſtatim cubito innixus, arreptâ dexterâ ejus: At ego, inquit, ſi quid te Brute dignum cogitas, valeo.

Axiomata, & Sententiæ

Laus propinquorum ad noſtrum quoque fructum redundat.

Magnum amicitiæ vinculum eſt ſtudiorum ſimilitudo.

Non, ſi cuipiam res grata eſt, eadem etiam eſt probata.

Cur iraſcatur aliorum inimicis, qui ignovit ſuis?

Nihil oportet obliviſci, præter injurias.

Nihil eſt tam populare, quàm bonitas.

Homines ad Deum nulla re propiùs accedunt, quàm ſalutem hominibus dando.

Nihil habere poteſt nec fortuna noſtra majus, quàm ut poſſimus: nec natura melius, quàm ut velimus, conſervare quamplurimos.

ORATIO
PRO REGE
DEIOTARO,
AD
C. CÆSAREM.

ARGUMENTUM.

DEjotarus Rex Gallo-Græciæ bellò civili partes Pompeii ſecutus fuerat: Sed victo Pompeio cùm diſceſſiſſet ab armis, juvit pecuniâ & equitatu Cæſarem, bellum gerentem Alexandriæ, & Pontico etiam bello, contra Pharnacem Mithridatis filium, ei in exercitu ipſe adfuit. Quamobrem confecto bello Cæſar, cùm ei regni partem ademiſſet, quia Pompeium ſecutus fuerat, tamen Regem appellavit, & cùm in partes illas veniſſet,

uſus eſt hoſpitio ejus, & donis etiam hoſpitalibus ab eodem regio more donatus eſt. Caterùm nepos erat Dejotaro ex filia, Caſtor nomine, qui ſive fraude aliqua adductus, ſive motus vero crimine, avum Dejotarum detulit inſidiarum apud Cæſarem, quòd is eum, cùm domi ejus verſaretur, occidere voluiſſet. Addebat etiam, quòd ſemper alieno animo fuiſſet à Cæſare: & quòd tempus oppugnandi ejus captâſſet, exercitu in id contra eum comparato. Quibus criminibus delatis per ſervum Dejotari Medicum Phidippum, qui cum legatis Romam miſſus fuerat, cùm illi Cæſar vehementer offenſus eſſet, delata eſt defenſio ad Ciceronem: qui præſentibus Legatis regiis, cùm & ipſe Caſtor adeſſet, hanc orationem privatim apud Cæſarem habuit. Prima igitur Cauſarum conflictio hæc eſt:

Dejotarus Cæſarem voluit occidere.
Dejotarus Cæſarem noluit occidere.

Status quæſtionis:

Utrùm Dejotarus Cæſarem voluerit occidere?

Firmamentum accuſatoris duplex: quòd ipſe Phidippus Medicus inſidiarum conſcius fuiſſet, & quòd Dejotarus animum haberet à Cæſaris partibus alienum. Oppoſita ratio petitur tum à natura, moribus, & rebus geſtis

De-

Dejotari, *tum ab improbabilibus adjectis*, *quibus ipſum crimen contexitur.* *Cauſſæ genus eſt Judiciale.* *Quæſtio* An ſit, *id eſt*, *Conjecturalis*,

Diviſio Orationis.

EXORDIUM. CAllidè incipit à timore ſuo, & perturbatione, cujus cauſas affert novitatem judicii de capite Regis; accuſatorum indignitatem, quorum unus eſt Dejotari nepos, alter ſervus, Cæſaris perſonam qui judex in ſuo periculo: denique ipſum locum; non enim agitur hæc in foro cauſa, ubi magnam oratori fiduciam & alacritatem præbet concurſus populi; ſed intra domeſticos parietes, & in ædibus Cæſaris. Admiſcet ſingulis pænè verbis aliquam Cæſaris laudem. Ita benevolentiam, & attentionem captat. Tertium exordii munus eſt, ut odium ſtruatur in adverſarios: id præſtat allatis cauſis, quibus illos impulſos ad accuſandum fuiſſe docet. Cæſaris denique fidem & clementiam implorat, & inimicitias ejus priores atque iram in Dejotarum ſapienter mitigat.

PROPOSITIO. Rex Dejotarus non voluit Cæſarem occidere.

NARRA. Refutat grave præjudicium; nempe quòd in bello civili tuliſſet arma Dejotarus contra Cæſarem. Id quomodo geſtum ſit, narrat ſingulari artificio, & excuſat Regem. 1. Quia ſenatui Pompeianas partes amplexo parendum putavit, 2. Deceptus eſt rumoribus, 3. Ceſſit auctoritati Pompeii, qui cæteros omnes ante

TIO. ſante Cæſarem rerum geſtarum gloriâ ſuperavit. 4. Diſceſſit à Pompeio poſt Pharſalicum prælium, opem Cæſari multis in rebus tulit, pro eo dimicavit &c.

CONFIRMATIO. Confirmatio 4. partes habet. In prima oſtendit Orator Deiotarum non ſtruxiſſe inſidias Cæſari. 1. à perſona Dejotari, qui nec tam ſceleratus eſt, nec tam ingratus, nec tam demens, ut id conſilii caperet. 2. Ab ipſo crimine, quod neque aptè ad ſuſpicionem movendam, neque probabiliter confictum eſt. 3. Ab ipſa Dejotari, & ſervorum modeſtia, quiete &c.

II. Pars Confirmationis: Dejotarus contra Cæſarem exercitum non comparavit.

III. Non fuit alieno animo à Cæſare. Probat à repugnantibus: pecuniam dedit Cæſari, ejus exercitum aluit, hoſpitio excepit &c. In triplici demum bello, Alexandrino, Pontico & Africano nulla re illi defuit. Refellit, quod adverſarii jactabant, Dejotarum verſum quendam protuliſſe in odium Cæſaris, imò adverſis de eo rumoribus geſtientem in convivio ſaltaviſſe.

IV. Pars. Inſectatio eſt adverſariorum, quorum deſcribit impudentiam, impietatem, crudelitatem, avaritiam, quorum calumnias refellit. Illud præcipuè deplorat, quòd ſervi teſtimonium audiatur, & à comparatione amplificat.

PERORATIO. Peroratio tota in eo eſt, ut Cæſar Dejotaro concilietur. Duas habet partes; 1. Ne Cæſar ſibi ſuccenſere Dejotarum ſuſpicetur. 2. Ne ipſe Cæſar Dejotaro ſuccenſeat, eúmque condemnet. Primam partem ideò tractat, ut Cæſaris intelligentiam de animo Dejotari erga ſe confirmet, & ſic faciliùs ignoſcat Cæſar Dejotaro, nullo modo averſum à Cæſare animum gerenti. Secundam partem; ut magis alliciat Cæſaris voluntatem ad ignoſcendum. Affectum dein miſericordiæ captat à clementia Cæſaris, & Dejotari Regis perſona.

ORA-

ORATIO.

1. Cùm in omnibus cauſis gravioribus, C. Cæſar, initio dicendi commoveri ſoleam vehementiùs, quàm videtur vel uſus vel ætas mea poſtulare: 2. tum in hac cauſa ita me multa perturbant; 3. ut quantum mea fides ſtudii mihi afferat ad ſalutem Regis Deiotari defendendam, 4. tantum facultatis timor detrahat. Primùm dico pro capite fortuniſque Regis: quod ipſum

1. Periodus quadrimembris.

1. Timoris cauſa.

Cùm in omnibus: Exorditur Cicero à timore ſuo, eo conſilio, ut tantò faciliùs vel juſtitiam Cæſaris, vel clementiam obtineat. De hoc ſuo timore initio dicendi loquitur etiam pro Cluentio.

Vel uſus: Quia tot jam cauſas egi, tot orationes habui. *Uſus*, pro *praxi*. *Vel ætas mea*: quia non juvenis, ſed ſenex hanc cauſam ago. Agebat Cicero ferè tum annum ſexageſimum ſecundum. Habita enim hæc eſt oratio Anno urbis vel DCCIX. vel DCCX. poſtquam Cæſar ex Hiſpania in urbem reverterat, paulò pòſt interemptus.

Mea fides: Cùm Dejotarum defendendum ſuſceperim juſtiſſima de cauſa, & quem deſerere non debui, nec debeo, niſi fidem frangere velim.

Facultatis: Ut qui deberem fortiter eum defendere, ob timorem vix poſſim.

Primùm. Prima cauſa timoris ex theſi generali: dico pro capite Regis: Reges autem

ipſum etſi non iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo: tamen eſt ita inuſitatum, regem capitis reum eſſe, ut ante hoc tempus non ſit auditum, 2. *Cauſa. Adjuncta perſona.* Deinde eum regem, quem ornare anteà cuncto cum ſenatu ſolebã, pro perpetuis ejus in noſtram Rempublicã meritis, nunc contra atrociſſimum crimen cogor defendere. 3. *cauſa. Diſtributio, & ejus ratio.* Accedit, ut accuſatorum alterius crudelitate, alterius indignitate conturber. *A relatis.* Crudelem Caſtorem, ne dicam ſceleratum & impium; qui nepos avum in diſcrimen *Antitheſes.* capitis adduxerit, adoleſcentiæq; ſuæ terrorem intulerit ei, cujus ſenectutem tueri,

autem in tantum periculum adduci inuſitatum eſt.

Etſi non iniquum: Iniquum quidem eſt regem in alterius cujusvis periculo reũ fieri, ſed tua, Cæſar, vita tanti eſt momenti, tantíque refert reipublicæ, te conſervari, ut in tuo unius periculo non ſit iniquum etiam reges capitis reos fieri.

Deinde eum regem: A theſi ad hypotheſin delabitur, éſtque altera timoris cauſa: Is Rex accuſatur, qui de republica optimè meritus, & de crimine atrociſſimo accuſatur.

Accedit. 3. Cauſa timoris ab accuſatorum crudelitate, quòd accuſet Caſtor nepos avum; Phidippus ſervus Dominum. Caſtoris, de quo in argumento, crudelitatem oſtendit ex oppoſitis: *Nepos avum*: *adoleſcentia ſenectutem*. *In diſcrimen capitis adduxerit, tueri & tegere* quem deberet. *Commendationem à ſcelere &c. ſervum ad accuſandum dominum impulerit.*

Adoleſcentiæ terrorem: Adoleſcens terret ſenem, per metonymiam, & ſubſtantivum abſtractum pro perſona in

tueri, & tegere debeat: commendationémque ineuntis ætatis ab impietate, & ſcelere duxerit: avi ſervum, corruptum præmiis, ad accuſandum dominum impulerit, & à legatorum pedibus abduxerit. Fugitivi autem dominum accuſantis, & dominum abſentem, & dominum amiciſſimum noſtræ reipublicæ, cùm os videbam, cùm verba audiebam, non tam afflictam regiam conditionem dolebam, quàm de fortunis comunibus extimeſcebam. Nam cùm more majorum de ſervo in dominum ne tormentis quidẽ quæ-

A relatis.
Adjuncta.
Comparatio A minore.
Enthymema.

in concreto.

Commendationem: Laudem adoleſcentiæ ſuæ quærit à ſceleribus, primordia ætatis ſuæ à tam infauſtis inauſpicatiſque rebus ducit.

A legatorum pedibus: Qui ad legatorum obſequia miſſus fuit Phidippus ſervus, eum à legatis Dejotarum defenſuris abduxit Caſtor ad dominum accuſandum. Vel quia cùm ſervus eſſet, non ſedebat cum legatis, ſed jacebat ad pedes dominorũ ſuorũ, inde eũ abſtraxit Caſtor.

Fugitivi autem: dixerat ſuprà, *alterius crudelitate, alterius indignitate*. Hujus diſtributionis primam partem explicavit, & exaggeravit, jã ad 2. partem: indignum eſt, dominum à ſervo, à fugitivo, qui dominum ſuum deſerat, ab eo fugiat, accuſari.

Abſentem: Ab adjunctis variis exaggerat. 1. Quòd ſervus dominum. 2. Abſentem. 3. Amiciſſimum reipubl. 4. Quòd impudenter, *cùm os videbam &c.* 5. A conſequenti ſive periculo, ne ſervi paſſim eum imitentur: *de fortunis communibus extimeſcebam.*

Os videbam: Impudentiam. Ita enim ſæpè per Metonymiam, ut in Piſon. dictum.

De ſervo in dominum: De hac

E e

A pugnantibus. quæri liceat: in qua quæſtione dolor veram vocem elicere poſſit etiam ab *Antitheta.* invito: exortus eſt ſervus, qui, quem in equuleo appellare non poſſet, eum 2. accuſet ſolutus. Perturbat me C. Cæ- 4. *Cauſa timoris.* ſar, etiam illud interdum: quod tamen, cùm te penitùs recognovi, time- *A perſona judicis.* re deſino. Re enim iniquum eſt, ſed tuâ ſapientiâ fit æquiſſimum. Nam dicere apud eum de facinore, contra cujus vitam conſilium facinoris iniſſe arguâre, ſi per ſe ipſum conſideres, grave eſt. Nemo enim ferè eſt, qui ſui

hac re pro Milone. Enthymema: *Indignum eſt de ſervis contra dominos tormentis inquirere, in qua quæſtione dolor veram vocem elicere poteſt, etiam ab invito; ergo multò indignius de ſervo ſoluto contra dominum inquirere.*

Veram vocem: Indignum autem eſt, ſervum etiam dicere verum contra ſuummet dominum, & teſtimonio ſuo cauſam præbere, ut condemnetur.

In equuleo: In tormentis: non licet in tormentis ſervum interrogare, & indignum eſt, eum dicere verum contra dominum, etiam quando tormentis cogitur; ergo longè magis, ſi ſolutus & non coactus dicat contra dominum.

Perturbat me. 4. cauſa. *Dicere apud eum de facinore, contra cujus vitam conſilium facinoris iniſſe arguâre, grave eſt: Sed dico apud te de facinore, contra cujus vitam conſilium facinoris Deiotarus iniſſe arguitur: ergo mihi grave eſt apud te dicere pro Deiotaro; quia nempe Judex es in propria cauſa.* Probatur Major: *quia nemo ferè eſt, qui ſui periculi judex, non ſibi ſe æquiorem, quàm reo præbeat.* Ne tamen offendat Cæſarem, argumentum emollit à Cæſaris ſapientia & æquitate, Cæſarémque ſpe-

ſui periculi judex, non ſibi ſe æquiorem, quàm reo præbeat. Sed tua, C. Cæſar, præſtans, ſingulariſque natura hunc mihi metum minuit. Non enim tam timeo, quid tu de rege Dejotaro; quàm intelligo, quid de te cæteros velis judicare. Moveor etiam loci ipſius inſolentiâ, quòd tantam cauſſam, quanta nulla unquam in diſceptatione verſata eſt, dico intra domeſticos parietes, dico extra conventum, & eam frequentiam, in qua Oratorum ſtudia niti ſolent: in tuis oculis, in tuo ore vultúque acquieſco: te unum intueor: ad te unum omnis mea ſpectat oratio: quæ mihi ad ſpem obtinendæ veritatis graviſſima ſunt: ad motum animi,

Adiunctio & Synaciosis, & Commutatio.

ſ. Cauſa.

Membratim

Synonyma.

ſpecie laudationis obiter hortatur, ut id faciat, quod de ſe volet alios judicare, ut ſequitur.

Non tam timeo. Abblanditur Cæſari, & tacitè hortatur, ut id de Deiotaro judicet, quod leniter & laudabiliter factum eſſe populus in Cæſare laudare poſſit.

Moveor. ſ. Cauſa timoris. Id etiam me perturbat, quòd præter conſuetudinem Deiotari cauſam defendo non in loco patenti, pro Roſtris, ſed intra domeſticos parietes Cæſaris, quò populus Romanus ad audiendam cauſſam non admittitur.

Tantam cauſſam. De fortunis & capite regis, quanta nunquam in diſceptatione verſata eſt, nunquam de tanta diſceptatum, litigatum eſt.

Studia niti. Magnam oratori fiduciam & alacritatem præbet concurſus populi.

Ad ſpem obtinendæ veritatis. Tua ſola præſentia quidem mihi ſpem maximam facit obtinendæ cauſſæ &

Ratio & amplificatio dicti per diſtributionē. animi, & ad omnem impetum dicendi contentionémq; leviora. Hanc enim, C. Cæſar, cauſam ſi in foro dicerem, eodem audiente, & diſceptante te, quantam mihi alacritatem populi Romani concurſus afferret? quis enim civis ei regi non faveret, cujus omnem ætatem in populi Romani bellis conſumptam eſſe meminiſſet? *Disjunctio. Simil. cad. Inciſa.* ſpectarem curiam, intuerer forum, cælum denique teſtarer ipſum. *Diſtributio cum ſubjecta ratione.* Sic, cùm & deorum immortalium, & populi Romani, & ſenatûs beneficia in regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi deeſſe poſſet oratio. *Allegoria.* Quæ quoniam anguſtiora parietes faciunt, actióq; cauſæ maximè debilitatur loco; tuum eſt, Cæ-

& victoriæ, quæ conſiſtit in eo, ut rei, de qua controvertitur, veritas oſtendatur, eáque apud te unum acri præditum ingenio faciliùs, quàm apud multitudinem imperitam demonſtrari poteſt; ſed ad motum animi, ad orationem cum vehementia, & ad movendos homines dicendam præſentia multorum gravior eſt; ſolitudo levior. *Spes* ergo *obtinendæ veritatis*, eſt ſpes obtinendæ cauſſæ, ſive referendæ de accuſatoribus victoriæ.

Diſceptante te. Judicante, cognoſcente de cauſſa. Cicero in partit? *Aut auſcultator eſt, qui audit, aut diſceptator, id eſt, rei ſententiaq; moderator.*

Spectarem curiam. Adverte quàm concinnè ſingula ſingulis, curia ſenatui, forum populo Romano, cælum ipſum Diis reſpondeant.

Cælum ipſum. Quia nimirum ſub dio perorabant.

Tuum eſt Cæſar. Poſt ſui timoris expoſitionem ad re-

Cæſar, qui pro multis ſæpè dixiſti, quid nunc mihi animi ſit, ad te ipſum referre; quò faciliùs tum æquitas tua tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam. Sed antequam de accuſatione ipſa dico, de accuſatorum ſpe pauca dicam, qui cùm videantur neque ingenio, neque uſu, atque exercitatione rerum valere, tamen ad hanc cauſam non ſine aliqua ſpe & cogitatione venerunt. Iratum te regi Deiotaro fuiſſe nō erant neſcii, affe-

Captatio benevolentiæ.

Orationis diviſio.

3. NARRATIO.

remedium recurrit, nimirum ad Cæſaris diligentiam & æquitatem; diligentiam, ut ſe præbeat attentum, & ſingulas rationes conſideret: æquitatem, ut clementiâ ſuâ & benignitate ſublevet oratorem.

Sæpè dixiſti. Cæſar, antequam præturam gereret, inter oratores magnâ dicendi gloriâ, in foro judiciiſque verſatus eſt. Senſus hîc eſt: quoniam dicens inter domeſticos parietes, non poſſum eam alacritatem adhibere, eóſque motus excitare, quos poſſem, ſi in foro haberetur oratio, tuæ ſunt partes, C. Cæſar, qui pro multis ſæpè dixiſti, quid nunc mihi animi ſit, ex tuo ſenſu judicare, & cogitare, quid tibi animi eſſet, ſi tantam cauſſam non in foro, ſed intra privatos parietes perorare deberes, eámque mihi æquitatem & diligentiam præſtare, quam tibi ipſi velles exhiberi. Cæterùm plurimis exemplis patet, olim à maximis quibuſque imperatoribus & principibus viris ſummam ſemper eloquentiæ rationem eſſe habitam.

Accuſatorum. Caſtoris & Phidippi Medici fugitivi.

Iratum. Exponit & elevat dicendo cauſſas, cur accuſatores Dejotari aliquid ſe à Cæſare contra Dejotarum impetraturos eſſe confiderent.

affectum illum quibusdam incommodis & detrimentis propter offenſionem animi tui meminerant: téque cùm huic iratum, tum ſibi amicum cognoverant: cúmque apud ipſum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, ut in exulcerato animo facilè fictum crimen inſideret. Quamobrem hoc nos primùm metu, C. Cæſar, per fidem & conſtantiam, & clementiam tuam libera, ne reſidere in te ullam partem iracundiæ ſuſpicemur. Per dexteram te iſtam oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti: iſtam, inquam, dexteram non tam in bellis & in præliis, quàm in promiſſis, & fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hoſpitium renovare voluiſti: te ejus

Obſecratio, ſive obteſtatio pulcherrima.

Traductio. Seminatio. Simil. cad.

Detrimentis. Jacturâ Tetrarchiæ Troginorum & Armeniâ minore eſſe mulctatum; quòd in bello civili adhæſiſſet Cn. Pompeio, pecuniam ei fuiſſe imperatam &c.

Sibi amicum. De Caſtore loquitur potiſſimùm, non de Phidippo Deiotari ſervo; quæ enim Cæſari cum ſervo amicitia?

De tuo periculo. In re periculoſa, teipſum concernente.

Per dexteram. Cenſetur dexteræ ineſſe quædam religio, ut quæ in oſculis appetitur, in fide porrigitur.

Tu illius. Refricat memoriam beneficiorum Cæſaris in Dejotarum, ut eum ad ſervandam conſtantiam hortetur, ídque faciliùs ut impetret, deorum & religionum facit mentionem.

ejus dii penates acceperunt: te amicum & placatum Deiotari regis aræ ſociqve viderunt. Cùm facilè exorari, Cæſar, tum ſemel exorari ſoles. Nemo unquam te placavit inimicus, qui ullas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. Quanquam cui ſunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ? nunquam tu illum accuſaviſti, ut hoſtem, ſed ut amicũ officio parùm functum, quòd propenſior in Cn. Pompeii amicitiam fuiſſet, quàm in tuam. Cui tamen ipſi rei veniam te daturum fuiſſe dicebas, ſi tantùm auxilia Pompejo, vel ſi etiam filium miſiſſet, ipſe ex- *Correctio.*

Penates. Vide indices. Item de aris, focíſque.

Cùm facile. Non ſolùm facilè placari ſoles, ſed etiam ſemel placari. Quia ſic omnem penitùs ex animo acceptæ injuriæ memoriam oblitteras, ut nihil iracundiæ reſideat, ne ſis iterum placandus.

Quanquam cui. Corrigit dicta, & negat ullas veras inter Cæſarem & Dejotarum inimicitias interceſſiſſe. Quis enim non audivit querelas Cæſaris de Dejotaro, quæ querelæ non accuſabant Dejotarum ut hoſtem, ſed ut amicum parùm fidum.

Fuiſſe dicebas. Eo tempore, quo Dejotarus in partem tranſierat Pompeii, dedit ad eum haſce litteras Cæſar: *Turpe eſt; & ego amicus tuus fui. Quæ cauſa eſt, ut ad Pompeium tranſires? ſed ignoſco tibi, ſi ſecutus es nomen Senatûs. Mitte exercitum Pompeio; mitte filium; tu tantùm excuſatione utere, quia ſenex es?* ſic ergo eum accuſaverat, non quaſi hoſtem, ſed quaſi perfidum amicum.

Filium. Juniorem Dejotarum.

Antitheſis. excuſatione ætatis uſus eſſet. Ita cùm maximis eum rebus liberarês, perparvam amicitiæ culpam relinquebas. Itaque non ſolùm in eum non animadvertiſti, ſed omni metu liberaviſti, *Simil. deſ.* hoſpitem agnoviſti, regem reliquiſti. Neque enim ille odio tui progreſſus, ſed errore comuni lapſus eſt. *Disjunctio.* Is rex, quem ſenatus hoc nomine ſæpè honorificentiſſimis decretis appellaviſſet, quíque illum ordinem ab adoleſcentia graviſſimum ſanctiſſimúmque duxiſſet, iiſdem rebus eſt perturbatus homo longinquus, & alienigena, quibus *Oppoſita.* nos in media republica nati, ſempérq; verſati. 4. *Narratio belli civilis.* Cùm audiret ſenatûs conſentientis auctoritate arma ſumpta: conſulibus, Prætoribus, tribunis plebis, nobis impe-

Regem reliquiſti. Id eſt, in ſtatu, & conditione regia remanere eum voluiſti, regiũ etiam veſtitum reſtituiſti, ut ſcribit Hirtius de bello Alexandrino.

Neque enim ille. Reddit rationem, cur Cæſar non graviùs excanduerit in Dejotarum, & hac occaſione ad propriam hujus cauſæ narrationem delabitur.

Senatus appellaviſſet. Reges appellabantur à Senatu Romano, miſſis regiis id circò muneribus, ut alibi dictum. *Hoc nomine*, Regis ſcilicet.

Illum ordinem. Senatorium.

Conſulibus. L. Lentulò, C. Marcello, qui eo anno Conſules fuerunt, quo bellum civile conflatum eſt.

Nobis imperatoribus. Ciceroni, & aliis nonnullis Pro-Conſulibus, qui tum ad urbem erant, ſive reduces ex provinciis in pomœriis ante urbem erant. Cicero cùm

imperatoribus rempublicā defendendam datam, movebatur animo, & vir huic imperio amiciſſimus de ſalute populi Romani extimeſcebat, in qua etiam ſuam incluſam eſſe videbat. In ſum̄o tamen timore quieſcendum ſibi eſſe arbitrabatur. Maximè verò perturbatus eſt, ut audivit, Conſules ex Italia profugiſſe, omnéſque Conſulares (ſic enim nuntiabatur) cunctum Senatum, totam Italiam eſſe effuſam. Talibus enim nuntiis & rumoribus patebat ad Orientem via, nec ulli veri ſubſequebantur. Nihil ille de conditioni-

cùm Ciliciam provinciam obtineret, ob res præclarè geſtas appellatus eſt imperator, & è provincia decedens, reverténſque Romam incidit in ipſam flammam belli civilis, eíque ut reliquis Pro-conſulibus, qui ad urbem erant, à Senatu mandatum, *ut viderent, ne quid Reſpublica detrimenti pateretur.*

Rempublicam defendendam &c. Illo decreto, & verſiculo, *ut viderent, nequid &c.* commiſſum ipſis, ut rempublicā defenderent.

Omnéſque Conſulares. Dubium non eſt, pleróſque Conſulares adhaſiſſe Pompeio; nonnulli tamen, ut ipſe Cicero, Servius Sulpitius, & alii tum in Italia ſubſtiterunt. Nuntiatum tamen fuerit, omnes exiiſſe Italiâ, quod erat pro cauſſa Dejotari. Cicero indicat falſum hunc fuiſſe rumorem, ne Cæſaris animum offendat, ſi dicat, partes ipſius ab omnibus Conſularibus relictas fuiſſe & damnatas.

Eſſe effuſam: Exceſſiſſe Italiâ.

Patebat via. Poterant ad orientem falſi hi nuntii pertingere. In oriente Dejotari regnum erat poſitum.

De conditionibus. Oſtenderat Cæſar initio belli ci-

tionibus tuis, nihil de ſtudio concordiæ & pacis, nihil de conſpiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam. Quæ cùm ita eſſent, tamen usque eò ſe tenuit, quoad à Cn. Pompeio ad eum legati, litteræque venerunt. Ignoſce, ignoſce Cæſar, ſi ejus viri auctoritati rex Deiotarus ceſſit, quem nos omnes ſecuti ſumus: in quem cùm dii atque homines omnia ornamenta congeſſiſſent, tum tu ipſe plurima & maxima. Neque enim ſi tuæ res geſtæ cæterorum laudibus obſcuritatem attulerunt, idcircò Cn. Pompeii memoriam amiſimus.

Geminatio.

Laus Pompeii.

vilis, *ad omnia ſe deſcendere, paratum, atque omnia pati reipublicæ cauſá: proficiſcatur Pompeius in ſuas provincias: ipſi exercitus dimittantur &c.* Cæſar l. 1. de bello civili.

Nihil de conſpiratione: Marcellorum, Lentulorum, Domitii, Scipionis, Catonis.

Ignoſce. Veniam Dejotaro poſtulat ex eo, quòd idem fecerit, quod alii, quibus tamen ignovit Cæſar, & quòd ſecutus ſit Pompeium, cujus tanta tum laus fuit, ut eum ſequi probro dari non potuerit. Commodè hìc narrationi brevem & liberam veniæ poſtulationem, & Pompeii laudationem interſerit.

Dii, atque homines. Dii, cùm Pompeio tot victorias largiti ſunt: homines, cùm ei extraordinaria imperia, & honores detulerunt.

Tu ipſe plurima. Qui legem Maniliam ſuaſiſti, voluiſti, ut extra ordinem ad bellum Mithridaticum mitteretur, qui tuam ei Filiam collocâſti &c.

Neque enim. Laudat Pompeium, ſimul blanditur Cæſari.

Quan-

mus. Quantum nomen ejus fuerit, quantæ opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi Romani, quanti ſenatûs, quanti tui, quis ignorat? tanto ille ſuperiores vicerat gloriâ, quanto tu omnibus præſtitiſti. Itaque Cn. Pompeii bella, victorias, triumphos, conſulatus admirabiles numerabamus: tuos enumerare non poſſumus. Ad eum igitur Rex Deiotarus venit hoc miſero fatalique bello, quem anteà juſtis hoſtilibúsque bellis adjuverat, quocum erat non hoſpitio ſolùm, verùm etiam familiaritate conjunctus: & venit, vel rogatus, ut

Traductio. Repetitio.

5. *A pluribus adjunctis excuſat Deiotarum.*

Quantum nomen. Pompeii laudes vide in Orat. pro Lege Manilia.

Omni genere bellorum. Externorum, civilium, maritimorum, terreſtrium.

Superiores. Scipiones, Paullos, Fabios, Marcellos, Marios.

Pompeii bella. Civile, Sullanum, Gallicum, Africanum, Sertorianum, Piraticum, Mithridaticum &c quibus ſingulis obtinuit victoriam.

Conſulatus. Tres geſſit Conſulatus.

Tuos. De bellis & victoriis Cæſaris paſſim hiſtorici. Paucis. Signis collatis quinquagies dimicavit. Quinque egit triumphos. *Triumphi Gallici apparatus ex Citro, Pontici ex Acantho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hiſpanici argento raſili conſtitit*, verba ſunt Velleii l. 2. Quinque geſſit Conſulatus.

Ad eum. 1. Excuſatio Dejotari eſt, quòd in errorem inductus fuerit falſis rumoribus. 2. Auctoritas Pompeii invitantis. 3. Miſerum, fatale bellum, & neceſſitas hominum mentes

Compar. ut amicus; vel arceſſitus, ut ſocius; *Relata.* vel evocatus, ut is, qui ſenatui parere *Simil. deſ.* didiciſſet: poſtremò venit, ut ad *Antitheta.* fugientem, non ut adinſequentem, id *Synacioſis.* eſt, ad periculi, non ad victoriæ ſocietatem. Itaque Pharſalico prælio facto à Pompeio diſceſſit: ſpem infinitam perſequi noluit. Vel officio, ſiquid *Synacioſis.* debuerat; vel errori, ſiquid neſcierat, *Simil. cad.* *& deſ.* ſatisfactum eſſe duxit: domum ſe contulit; téque Alexandrinum bellum gerente

occupans adigénsque: 4. Ab antecedentibus, quia cùm priùs Pompeium adversùs hoſtes imperii adjuviſſet, eum deſerendum non putavit. 5. Quòd fuerit invitatus, vel arceſſitus, vel evocatus. Ubi adverte verborum differentiam. Invitantur amici, cùm æquale jus eſt utriusque: Arceſſuntur ſocii, qui ex fœdere debent ſibi invicem auxilio venire. Evocantur à ſuperioribus ii, qui ex officio debent obtemperare.

Poſtremò venit. Nova excuſatio, quòd auxilio venerit, potiùs ut conſolaretur, quàm ut illi hoſtes inſequenti operam navaret.

Itaque Pharſalico. A conſequentibus excuſat, quòd citò ab armis diſceſſerit Dejotarus, ſtatim, atque vel officio ſatisfactum putavit, vel ſuum errorem agnovit; & quòd Cæſarem deinde adiuverit.

Spem infinitam. Pompeio in acie Pharſalica ſuperato, reverſus eſt ad ſuam Tetrarchiam, nec voluit ſpem inſtaurandi belli perſequi, quæ infinita erat, id eſt, finem & exitum non habebat.

Siquid debuerat. Judicavit ſe ſatisfacere officio, ſi obligatus fuerit ad juvandum Pompeium, & ſenatum.

Vel errori. Deſiſtendum ab errore, in quem imprudens, & falſis rumoribus deceptus incidiſſet.

Uti-

repte. utilitatibus tuis paruit. Ille exercitū Cn. Domitii ampliſſimi viri, ſuis tectis & copiis ſuſtentavit: ille Epheſum ad eum, quem tu ex tuis fideliſſimum & probatiſſimum omnibus delegiſti, pecuniam miſit: ille iterum; ille tertiò auctionibus factis pecuniam dedit, quâ ad bellumutereris: ille corpus ſuum periculo objecit, tecúmque in acie contra Pharnacem fuit; tuúmque hoſtem eſſe duxit ſuum. Quæ quidem à te in eam partem accepta ſunt, C. Cæſar, ut eum ampliſſimo honore, & Regis nomine affeceris. Is igi-

Repetitio.

CONFIRMATIO.

Utilitatibus tuis &c. Fecit, quidquid utilitates tuæ poſtulabant.

Cn. Domitii. Poſt pugnam Pharſalicam Cn. Domitius Calvinus Aſiæ, finitimíſque provinciis præfectus eſt à Cæſare.

Epheſum. Urbem minoris Aſiæ, ubi celebre templum Dianæ.

Ad eum. Non conſtat, quis ex duobus hic fuerit. Alii Q. R. Fuſium Calenum, alii Sextum Cæſarem fuiſſe dicunt.

Auctionibus factis. Dejotarus ſuam ſupellectilē haſtæ ſubjecit, & publica auctione addixit plus offerenti, ut pecuniam ex auctione redactam tibi ſubmitteret.

Contra Pharnacem. Regem Ponti, filium Mithridatis, qui occaſione belli civilis Armeniam occupârat. Auctor libri de bello Alex. *Rex Deiotarus ad Domitium Calvinum, cui Cæſar Aſiam finitimáſque provincias adminiſtrandas transdiderat, venit &c.* Superatus primùm in hoc bello fuit Domitius, ſed paulò pòſt Cæſar VENIT, VIDIT, VICIT.

Is igitur. Conſtitutio cauſæ, & ſtatus quæſtionis hic

ET CON-FUTATIO. *Pars I.* igitur non modò à te periculo liberatus, ſed etiam honore ampliſſimo ornatus, arguitur domi te ſuæ interficere voluiſſe. Quod tu, niſi eum furioſiſſimum judicas, ſuſpicari profectò non potes. *Ab adjunctis perſona. Præteritio.* Ut enim omittam, cujus tanti ſceleris fuerit, in conſpectu Deorum Penatium necare hoſpitem: cujus tan- *Repetitio.* tæ importunitatis, omnium gentium atque omnis memoriæ clariſſimum lumen extinguere: cujus tantæ ferocitatis victorem orbis terrarum non extimeſcere

incipit: *Utrùm Deiotarus Cæſarem interficere voluerit, eique ſtruxerit inſidias?* Pars 1. vide ſynopſin Orat. A perſona Dejotari crimen confutat.

Niſi furioſiſſimum. Argumentatio: *Non eſt probabile crimen in Dejotaro, quod nemini poteſt niſi furioſiſſimo convenire: Sed inſidiarum Cæſari poſitarum crimen nemini poteſt niſi furioſiſſimo convenire; Ergo non eſt probabile illud crimen in Dejotaro.*

Ut enim omittam. Præteritione oratoria multa argumenta coacervat ad probationem Minoris. 1. à religione Deorum Penatium & hoſpitii. 2. à dignitate Cæſaris. 3. Ab ejuſdem fortuna, & felicitate. 4. à beneficiis Cæſaris in Deiotarum, & gratitudine Dejotari. 5. à periculo Dejotari, ſi Cæſari necem intuliſſet, quod poſtremum argumentum per enumerationem partium exaggerat.

Cujus tantæ importunitatis, cujus tantæ ferocitatis, cujus tam ingrati & inhumani animi. Repetitio, Synonymia: Modus loquendi pro: quæ tanta ferocitas hoc facere &c. *Cujus* adjectivè, trahendo ad ferocitatem, *tantæ ferocitatis* fuit? non ergo intelligitur cujus perſonæ, vel hominis.

meſcere: cujus tam inhumani, & ingrati animi, à quo rex appellatus eſſet, in eo tyrannum inveniri; ut hæc omittam. cujus tanti furoris fuit, omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes ſocios, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra ſe unum excitare? quonam ille modo cum regno, cum domo, cum conjuge, cum cariſſimo filio, diſtractus eſſet, tanto ſcelere non modò perfecto, ſed etiam cogitato? At credo, hæc homo incon-

Enumeratio partium.

Repetitio, Inciſa.

6. *Occupatio. Ironia.*

In eo Tyrannum. Quis eſt tam ingratus & inhumanus, ut in eum tyrannus ipſe eſſe velit, à quo fuerit rex appellatus? idem eſt modus loquendi, qui in Horatio. *Quid intereſt, in matrona, ancilla, peccéſve togata*; in aliquo peccare, id eſt, in aliquem; in aliquo tyrannum eſſe, id eſt, in aliquem.

Multi erant finitimi. Ut Sadalus Thraciæ Rex; Cotys Raſcipolis: Ariobarzanes Cappadociæ; Tarcondimotus partis cujusdam Ciliciæ &c. qui omnes tum ſe Cæſari tradiderant. Hos offendiſſet, in ſe concitâſſet.

Quonam ille modo. Quomodo ille, quonam modo fuiſſet exceptus, *diſtractus*, diſcerptus, in diverſa tractus à tot regibus, populis ſociis, unà cum ipſo ſuo regno, ſua domo, conjuge, filio, non modò ſi tantum ſcelus perfeciſſet, ſed ſi duntaxat cogitâſſet. Involâſſent in eum omnes finitimæ provinciæ, & partem ſibi ſingulæ rapuiſſent à regno Dejotari, ad vindictam ſumendam; & ſic eum cum ſuo regno diſtraxiſſent &c.

At credo. Occupatio oratoria. Sed objicies, temerarium & inconſultum eſſe Dejotarum: ac proinde facilè potuiſſe induci, ut vel cum tanto periculo Cæſarem vellet occidere. Hanc objec-

conſultus, & temerarius non videbat. Quis conſideratior illo? quis rectior? quis prudentior? quanquam hoc loco Deiotarum non tam ingenio, & prudentiâ, quàm fide & religióne vitæ defendendum puto. Nota tibi eſt, C. Cæſar, hominis probitas, noti mores, nota conſtantia. Cui porrò, qui modò populi Romani nomen audivit, Deiotari integritas, gravitas, virtus, fides non audita eſt? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentem cadere poſſet, propter metum præſentis exitii; nec in facinoroſum, niſi eſſet idem amentiſſimus, id vos & à viro optimo, & ab homine minimè ſtulto cogitatum eſſe confingitis. At quàm non modò non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſè quidem. Cùm inquit, in

Correctio. *Adjunctio.* *Traductio.* *Synonymia.* *Complexio ſyllogiſmi.* *Ipſum crimẽ eſt improbabile.*

objectionem refellit à Dejotari prudentiâ &c. Si enim & probus & prudens eſt Dejotarus, non eſt probabile crimen in eo, quod non poteſt niſi furioſiſſimo convenire.

Quis conſideratior: *Quis rectior.* Adverte proprietatem verborum; non eſt *inconſultus*, *ſed conſideratus*, h. eſt, nihil agit temerè, omnia revocat ad calculum & momenta rationum. Quis illo *rectior*, quis in conſiliis rectis capiendis promptior, quis rectioris ingenii, ut adeò in illum facinus hoc cadere non poſſit. *Rectus* hîc trahitur ad prudentiam, & opponitur *inconſulto*, *temerario*.

Metum præſentis exitii: In quod incurreret, excitando adverſùm ſe finitimas nationes.

Cùm in caſtellum. Accuſator introducitur loquens, & nar-

in caſtellum Luccium veniſſes, & domum regis, hoſpitis tui divertiſſes, locus erat quidam, in quo erant ea compoſita, quibus rex te munerare conſtituerat. Huc te è balneo, priùs quàm accumberes, ducere volebat. Erant enim armati, qui te interficerent, in eo ipſo loco collocati. En crimen, en cauſa, cur regem fugitivus, dominum ſervus accuſet. Ego, Mehercule, C. Cæſar, initio, cùm eſt ad me iſta cauſa delata, Phidippum Medicum ſervum regium, qui cum legatis miſſus eſſet,

Epiphonema per indignationem.

narrans. Caſtello nomen erat *Luceium*.

Veniſſes, Eò profectus eſſes, illuc iviſſes, non quòd actu ibi appulerit, eo in loco fuerit, ut infrà patebit.

Munerare: Munero & muneror idem valent.

E balneo. Solebant veteres ad balnea ire, priusquàm menſis accumbèrent, fortè eâ ſolùm de cauſâ, ut manus lavarent, quod & nos ſolemus. Erant enim balnea fontibus limpidiſſimis inſtructa.

Accumberes. De modo accumbendi veterũ jam diximus aliquid in Piſoniana.

En crimen. Et hoc eſt illud crimen, de quo à ſervo accuſatur Dejotarus Rex, & dominus.

Ego Mehercule. Accuſatione hac audita, ſuſpicabar ſtatim, ſervum Medicum dicturum, Dejotarum ſe conſcio & inſtrumento venenum paraviſſe Cæſari; hoc enim veroſimilius mendacium foret. Hæc, quæ ſequuntur pro majore claritate ad ſequentem ſyllogiſmum revocari poſſunt: *Si Cæſarem Deiotarus necare voluiſſet, occultiùs eum, tutiúsque veneno per medicum, cui fidebat, quàm ferro per milites necaviſſet: Sed noluit eum veneno per medicum, cui fidebat, necare, ergo noluit*

eſſet, ab iſto adoleſcente eſſe corruptum, hac ſuſpicione ſum percuſſus: medicum indicem ſubornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. Etſi à veritate longè, tamen à conſuetudine criminandi non multùm res abhorrebat. Quid ait medicus? nihil de veneno. At id fieri potuit: primò occultiùs in potione, in cibo: deinde etiam impuniùs fit, quod cùm eſt factum, negari poteſt. Si palàm te interemiſſet, omnium in ſe gentium non ſolùm odia, ſed etiam arma convertiſſet. Si veneno, Jovis illius quidem hoſpitalis Numen nunquam celare potuiſſet, homines fortaſsè celaviſſet. Quòd igitur & occultiùs conari & efficere cautiùs potuit; id tibi, & medico callido, & ſervo, ut putabat, fideli,

Synæcioſis. *Subjectio.*

Complexio Syllogiſmi. *Adjunctio.* *Ironia.*

illum omninò necare.

Ab iſto adoleſcente. A Caſtore ſubornatum, monitúmque, ut fingat crimen veneni.

A conſuetudine criminandi. Foret crimen veroſimile, quia non eſſet nimis alienum à conſuetudine, quâ nonnulli ſolent crimina fingere rebus & perſonis accommodata.

At id fieri potuit. Si Cæſarem Dejotarus necare voluiſſet, occultiùs eum, tutiúsque veneno per Medicum, cui fidebat, quàm ferro per milites necaviſſet.

Jovis Hoſpitalis. Hoſpitalem Jovem præcipuo cultu Romani colebant. Virgil. 1. Æneid. *Jupiter (hoſpitibus nam te dare jura loquuntur)* Jupiter ergo, qui Hoſpitalia jura curat, noviſſet equidem, ſi Dejotarus contra jus hoſpitii Cæſarem veneno tollere voluiſſet, non

tamen

li, non credidit: de armis, de ferro, *Inciſa.*
de inſidiis celare te noluit? At quàm *Repetitio.*
feſtivè crimen contexitur? Tua te, inquit, eadem, quæ ſemper, fortuna ſervavit; negaviſti tum te inſpicere velle. Quid poſteà? an Deiotarus, re 7.
illo tempore non perfecta, continuò dimiſit exercitum? nullus erat alius inſidiandi locus? At eódem te, cùm cœnaviſſes, rediturum dixeras? Itáque feciſti. Horam unam, aut duas eodem

tamen noviſſem homines.

De armis, de ferro. Non eſt, inquit credibile, quòd cùm potuiſſet agere rem tutiùs veneno, & eam rem tibi, ſervo fideli, non crediderit, i. e. communicare noluerit; quòd tibi celare noluerit, crediderit, communicaverit conſilium de occidendo Cæſare per armatos.

At quàm feſtivè. Quàm ridiculè & improbabiliter accuſatio Phidippi componitur, & ſequentia præcedentibus attexuntur, & quaſi per ſe non cohærentia novis mendaciis aſſuuntur. *Contexitur crimen*, id eſt, componitur, concinnatur, fallaciis mendaciiſque compingitur.

Tua te. Ait accuſator, te à præſenti necis periculo liberatum fuiſſe ab ipſa fortuna, quæ te à multis aliis periculis liberavit.

Inſpicere velle. Ea ſcilicet, quibus te Dejotarus conſtituerat munerare.

Quid poſteà. Confutat hanc accuſationem ex eo, quòd facile fuiſſet Dejotaro milites per unam aut alteram horam eo loco retinere, ut venientem poſt cœnam ad inſpicienda munera Cæſarem occiderent.

Re non perfecta. Cæſare non interfecto, quia Cæſar eò non iverat, an ſtatim Dejotarus juſſit abire milites in inſidiis collocatos?

Itáque feciſti. Et ita feciſti, cœnatus ad inſpicienda munera te contuliſti, ut ante

 cœnam

dem loco armatos, ut collocati fuerunt, retinere magnum fuit? Cùm in convivio comiter & jucundè fuiſſes, tum illuc iſti, ut dixeras. Quo in loco Deiotarum talem erga te cognoviſti,

Comparatio.

qualis Rex Attalus in P. Africanum fuit, cui magnificentiſſima dona, ut ſcriptum legimus, usque ad Numantiam miſit ex Aſia; quæ Africanus, inſpectante exercitu, accepit. Quod cùm præſens Deiotarus regio & animo & more feciſſet, tu in cubiculum diſceſſiſti.

Obſecratio & Communicatio.

Obſecro, Cæſar, repete tem-

cœnam te facturum promiſeras.

Magnum fuit. Difficile ſcilicet fuit & operoſum.

Qualis Rex Attalus. Tam liberalis & magnificus erga te fuit, quàm olim Attalus Rex Pergami erga P. Cornelium Scip. Africanum minorem, cui ampliſſima munera dederat. Legunt alii, & putant fuiſſe Antiochum illum magnum, de quo infrà.

Numantiam. Urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, aliàs Celtiberiæ, circa viginti annos bellum cum populo Romano geſ erat, & à Romanis obſeſſa per annos 14. cùm haberet tantùm quatuor hominum millia, non ſolùm ſuſtinuit, ſed etiam vicit 40. millia Rom. tandem tamen à Scipione poſteriore poſt longam & arctiſſimam obſidionem deleta. Unde Scipio cognominatus Numantinus. Rudera duntaxat extant hodie.

Regio animo & more. Liberaliter, magnificè, βασιλικῶς. Ut apud Plutarchum, *captum à ſe Porum rogabat Alexander, qualiter illo uteretur, Regiè inquit. Interrogante rurſus ecquid aliud diceret, omnia, inquit inſunt in voce, Regiè.*

Obſecro. Argumentum tale

temporis illius memoriam: pone illum *Repetitio.* ante oculos diem: vultus hominum te *Incisa.* intuentium, atque admirantiũ recordare. Num quæ trepidatio? num qui *A repugnantibus.* tumultus? num quid niſi moderatè, niſi quietè, niſi ex hominis graviſſimi & ſanctiſſimi diſciplina? Quid igitur cauſæ excogitari poteſt, cur te lautum *Synæciosis.* voluerit, cœnatum noluerit occidere? In poſterum, inquit, diem diſtulit, ut cùm in caſtellum Luceium ventum eſſet, ibi cogitata perficeret. Non video cauſam loci mutandi: ſed tamen acta res criminosè eſt. Cùm inquit, vo-

le eſt: qui de inſidiis & cæde cogitant, magnorum præſertim virorum, ipſâ ſcelerum ſuorum conſcientiâ jactati, omnia perturbatè vi-agunt, & cum tumultu; fronte, oculis, toto denique vultu ſignificant animi ſui furorem: ſed nihil hujusmodi fuit vel in Deiotaro, vel in ejus domeſticis. Probatur ipſius Cæſaris teſtimonio.

Lautum. Egredientem è balneo, uſum lavacro, lavatum: & noluerit te interficere egredientem à cœna?

In Caſtellum Luceium. Explicatum eſt ſuperiùs, eo die eò profectum, non actu appuliſſe; aliàs non concordarent iſta, quæ hîc iterum dicit. Poſſet tamen etiam dici, caſtellum Luceium fuiſſe Regiæ Deiotari planè vicinum, & in ipſo ſuburbio conſtitutum, ut Cæſar ad Regiam accedens, ad caſtellum quidem acceſſerit, ſed non fuerit ibi moratus, quòd eum Deiotarus in regiam eo die deduxerit: poſtridie autem invitârit ad convivium in caſtello Luceio celebrandum.

Acta res criminosè. Id quod actum, crimini dant, crimen inde in Dejotarum confingunt.

 Vo-

vomere te poſt cœnam velle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt. Ibi enim erant inſidiæ. At te eadem tua fortuna ſervavit: in cubiculum te ire malle dixiſti. *Execratio.* Dii te perduint, fugitive: ita non modò nequam, & improbus, & fatuus, ſed & amens es. Quid? ille ſigna ænea in inſidiis poſuerat, quæ è balneo in cubiculum *Concluſio.* transferri non poſſent? Habes crimina inſidiarum. Nihil enim dixit ampliùs. *A conſequentibus.* Horum, inquit, eram conſcius. Quid tum? ita demens ille erat, ut eum, quem

Vomere. Non hoc tribuendum ebrietati, ſed quòd Cæſar id agere voluerit medicinæ & valetudinis causâ; nam, ut ſcribit Suetonius, Cæſarem vini parciſſimum ne inimici quidem negaverunt. Verbum M. Catonis eſt: *Unum ex omnibus Cæſarem ad evertendam rempublicam ſobrium acceſſiſſe.*

Dii te perduint. Id eſt, *perdant*: Formula execrationis apud Comicos præſertim, & Plautum receptiſſima. Atque utinam altera ei ſimilis non adeò frequens eſſet inter Chriſtianos!

Nequam & improbus. Qui in dominum tuum tam nefariè mentiaris.

Amens. Qui omni ratione deſtitutus, tam incredibilia confingas, ut nulla in his veriſimilitudo appareat.

Signa ænea. Tanquam armati illi in inſidiis ibi collocati, fuiſſent ſtatuæ inanimatæ ex ære factæ, quæ ob pondus ſuum ex uno in alium locum transferri non potuerint.

Habes crimina. Perſpicuitatis & docilitatis causâ ſignificat, quid hactenus tractaverit, ut auditor fatigatus, quaſi viator interjungat, & ad ea, quæ reſtant, reſumptis, ut ita loquar viribus, ſe accingat.

Dixit ampliùs. Quod ad hoc crimen inſidiarum, ad modum

quem conſcium tanti ſceleris habebat, à ſe dimitteret? Romam etiam mitteret, ubi & inimiciſſimum ſciret eſſe nepotem ſuum, & C. Cæſarem, cui feciſſet inſidias? præſertim cùm is unus eſſet, qui poſſet de abſente ſe indicare? Et fratres meos, inquit, quòd *Prolepſis.* erant conſcii, in vincula conjecit. Cùm igitur eos vinciret, quos ſecum habe- *Ex pugnantibus.* bat, te ſolutum Romam mittebat, qui eadem ſcires, quæ illos ſcire dicis? Reliqua pars accuſationis du- 8. plex fuit: una, regem ſemper in ſpe-

culis

modũ inſidias faciendi pertineat, aliud nihil dixit; nam reliqua, quæ ſequuntur ab eo dicta, ad alias accuſationis partes referuntur.

Nepotem ſuum. Caſtorem.

Abſente ſe indicare. Cùm ſciret Deiotarus, unum eſſe Phidippum (ſi verum ſubeſſet) qui poſſet de ſe Dejotaro abſente indicare Cæſari, & inſidias prodere.

Et fratres meos. Quia Orator dixit, unum Phidippum fuiſſe, qui inſidiarum eſſet conſcius, excipit quaſi Phidippus ipſe modò, & ait, fratres etiam ſuos conſcios, & ideò in vincula conjectos à Deiotaro fuiſſe.

Cùm eos vinciret. Argumentatio: *Qui in vincula dicitur conjeciſſe fratres Phidippi, propterea quòd conſcii eſſent, is ſi Phidippum ipſum conſcium habuiſſet, eum abs ſe non dimitteret: Sed hoc: Ergo illud.*

Reliqua pars. Ad perſpicuitatem facit, ſtatum quæſtionis, & propoſitionem ſive totam, ſive ejus partem interdum in decurſu orationis clarè ponere, quod hîc facit. Promittit etiam brevitatem ad vitandum tædium.

In ſpeculis fuiſſe. Tuas omnes actiones obſervâſſe, & ſpeculatores tenuiſſe, qui ut

culis fuiſſe, cùm à te animo eſſet alieno: altera, exercitum eum contra te magnum comparâſſe. De exercitu dicam breviter, ut cætera. Nunquã eas copias Rex Doiotarus habuit, quibus inferre bellum populo Romano poſſet: ſed quibus fines ſuos ab excurſionibus hoſtium, & latrociniis tueretur, & imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Atque anteà quidem majores copias alere poterat: nunc exiguas vix tueri poteſt. At miſit ad Cæcilium neſcio quem: ſed eos, quos miſit, quòd ire noluerunt, in vincula conjecit. Non quæro, quàm veriſimile ſit, aut non habuiſſe regem, quos mitteret; aut eos, quos miſiſſet, non paruiſſe: aut qui dicto audientes in tan-

PARS II. CONFIRM.

Prolepſis.

Præteritio.

ut infrà loquitur, *rumores de te exciperent, & ad ſe referrent.*

Nunquam eas copias. Infitias ire non potuit orator, exercitum à Dejotaro fuiſſe conſcriptum: ſed negat ideò comparatum fuiſſe, ut Cæſari bellum inferret, cauſámque aliò derivat, quaſi eo tantùm fine milites collegiſſet, ut vel ipſi Cæſari & populo Rom. auxilium mitteret, vel fines Gallo-Græciæ à latrociniis tueretur.

Atque anteà quidem Cùm adhuc Armeniæ regnum, & totam pænè Gallo-Græciam Tetrarchiæ nomine obtineret, *Majores copias alere poterat: Nunc*, poſtquam Armeniâ & Gallo-Græciæ parte multatus eſt, *exiguas tueri vix poteſt.* Eſt argumentum à minori: ſi integris viribus nunquam potuit exercitum comparare, ut populo R. bellum inferret &c. multò minùs &c.

Cæcilium neſcio quem. Qui Rom-

tanta re non fuiſſent, eos vinctos potiùs, quam necatos fuiſſe. Sed tamen cùm ad Cæcilium mittebat, utrùm cauſam illam victam eſſe neſciebat, an Cæcilium iſtum magnum hominem putabat? quem profectò is, qui optimè noſtros homines novit, vel quia nôſſet, vel quia non nôſſet, contemneret. Addidit etiam illud, equites non optimos miſiſſe. Veteres, credo, Cæſar: nihil ad tuum equitatum: ſed miſit ex iis, quos habuit, electos. Ait, neſcio quem *Dilemma.* *Dilemma.* *Occupatio.* *Alia occupatio.*

Pompeianas adhuc partes tuebatur; *neſcio quem* vocat, tanquam hominem obſcurum. Cæcilius Baſſus vocabatur.

Utrùm cauſam illam. Dilemma: *Si ad Cacilium miſit, id fecit; vel quia partes Pompeij victas eſſe neſciebat, vel quia Cacilium magnum virum eſſe putabat: Sed nec ignorabat victas eſſe partes Pompeii, nec Cacilium magnum eſſe virum putabat: Ergo non miſit.*

Quem profectò. Cæcilium profectò non magnum putaret, non tanti faceret, ut ei ſuas copias mitteret; ſive nôſſet eum, ſive non nôſſet. *Si non nôſſet*, hoc ipſo magni non faceret, cùm omnes noſtræ urbis præcipuos noverit Deiotarus. Si nôſſet, ſciret eſſe hominem nullius auctoritatis, adeóque contemneret.

Addidit etiam. Accuſator ſcilicet Phidippus. Duas objectiunculas quaſi corollarium addit, & refutat.

Non optimos. Accuſavit, quòd Dejotarus auxilium Cæſari mittere juſſus, miſerit equites malos.

Veteres credo. Credo fuiſſe dudum collectos, & pro ratione gentis bene exercitatos; ſed fateor, ad tuum equitatum comparatos, quodammodo nihil fuiſſe. Miſit autem, quales habuit, imò ex iis, quos habuit, ſelectos, & optimos.

pore ipſo Nicæam, Epheſúmque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. Itaque cùm eſſet ei nuntiatum, Domitium naufragio periiſſe: te in caſtello circumſideri: de Domitio dixit verſum Græcum eâdē ſententiâ, quâ etiam nos habemus Latinum: *Pereant amici, dum unà inimici intercidant*: quod ille, ſi eſſet tibi inimiciſſimus, nunquam tamen dixiſſet. Ipſe enim manſuetus, verſus immanis. Quî autem Domitio poterat eſſe amicus, qui tibi eſſet inimicus? tibi porrò inimicus cur eſſet, à quo cùm vel interfici belli lege potuiſſet, regem & ſe, & filium ſuum conſtitutos eſſe meminiſſet? Quid deinde?

Probát à repugnantibus.

Antitheſis.

Suſtentatio.

Nicæam. Urbem Bithyniæ, in qua A. C. 325. ſub Conſtantino M. Concilium Nicænum celebratum eſt contra Arium.

Domitium. De quo jam ſuprà.

Quod ille. A moribus & natura Dejotari probat, illum verſum ab eo non fuiſſe prolatum.

Verſus immanis. Jambus ille ex poëta Latino neſcio quo indicat mores immanes, & planè belluinos. Humanitas enim requirit, ut amicum ſervemus, nec patiamur, propter vindictam de inimico ſumendam eum interire. At hîc contrarium foret.

Quî autem. Si Dejotarus fuit inimicus Cæſaris, uti dicit adverſarius, quomodo potuit eſſe amicus Domitii, ut de ipſo diceret, *pereant amici*: Amicus inimici habetur etiam pro inimico, Domitius fuit amicus Cæſaris, quem tu dicis fuiſſe inimicum Dejotari, ergo & Domitius fuit inimicus Dejotari.

inde? furcifer quò progreditur? ait, *ſive ſuſpenſio.*
hac lætitia Dejotarum elatum vino ſe
obruiſſe, in convivióque nudum ſaltaviſſe. Quæ crux huic fugitivo poteſt ſatis ſupplicii afferre? Dejotarum ſaltantem quisquam, aut ebrium vidit unquam? Omnes in illo ſunt rege regiæ virtutes, quod te, Cæſar, ignorare non arbitror: ſed præcipuè ſingularis & admiranda frugalitas. Etſi hoc verbo ſcio laudari reges non ſolere. Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, juſtum, ſeve- *Traductio.* *Correctio.* *Enumeratio.*

jotari.

Furcifer. Phidippus ſervus Dejotari fugitivus & Dejotarum accuſans, quousque adhuc procedit in malitia ſua, quid porrò dicit furcifer, dignus qui crucem ſervis debitam ferat, & in ea figatur. Furciferi dicti, quòd crucem humeris portantes ad ſupplicium ducerentur.

Hac lætitia. Quam ex nuntio de rebus Cæſaris adverſis perceperat.

Quæ crux. Crux olim ſervorum ſupplicium fuit; ideò priùs furciferum appellavit, & ſæpè fugitivũ vocat, quia fugitivi vocabantur ſervi, qui dominum deſeruerant.

Omnes in illo. Confutatio criminis à moribus Dejotari: Sobrius, frugalis, virtutibus regiis præditus non ſaltat nudus.

Frugalitas. De hac Cicero in quæſt. Tuſc. *Ejus videtur eſſe proprium, motus animi appetentis regere & ſedare, ſempérque adverſantem libidini, moderatam in omni re ſervare conſtantiam, cui contrarium vitium nequitia dicitur. Frugalitas, ut opinor à fruge, quâ nihil melius è terra oritur.*

Fortem. Periculis pro honeſtate obeundis.

Juſtum. Jus ſuum cuique tribuendo.

ſeverum, gravem, magnanimum; largum, beneficum, liberalem; hæ ſunt regiæ laudes, illa privata eſt. Ut volet, quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id eſt, modeſtiam & temperantiam, virtutem eſſe maximam judico. Hæc in illo eſt ab ineunte ætate, tum à cuncta Aſia, tum à magiſtratibus legatiſque noſtris, tum ab equitibus Romanis, qui in Aſia negotiati ſunt, perſpecta & cognita. Mul-

Ab anteacta vita Dejotari.

Severum. Rigidum & ita tenacem juſtitiæ, ut nullis aut precibus, aut pretio molliatur.

Gravem: Firmum & conſtantem, à levitate alienum, ut nec ſecundis rebus efferatur, nec adverſis deprimatur.

Magnanimum. Magno animo & excelſo, & virtutibus exaggerato præditum, tantóque animi robore ſeptum, ut nihil in rebus caducis magnum exiſtimet, humana deſpiciat.

Largum, beneficum, liberalem. Hæc videntur eſſe propemodum ſynonyma: ita tamen poſſumus diſtinguere, ut largitas & liberalitas conſiſtant quidem in uſu pecuniæ, ſed largitas ſit quodammodò effuſior, liberalitas reſtrictior; beneficus autem dicatur, qui quocunque modo ſive operâ, ſive conſilio aliorum commodis inſervit.

Illa privata. Laus frugalitatis, ſive temperantiæ magìs ad hominem ſpectat per ſe conſideratum, quàm ad regem, qui quatenus rex eſt iis virtutibus florere debet, quæ ad aliorum commodum redundant.

A cuncta Aſia. Aſiam minorem intelligit, quæ conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia.

A magiſtratibus. Proconſulibus, Prætoribus, Quæſtoribus, aliiſque provinciarum præſidibus.

Equitibus Romanis. Publicanis,

Multis ille quidem gradibus officiorũ erga rempublicam noſtram ad hoc regium nomen aſcendit: ſed tamen quidquid à bellis populi Romani vacabat, cum hominibus noſtris conſuetudines, amicitias, res rationésque jungebat: ut non ſolùm tetrarcha nobilis, ſed optimus paterfamilias, & diligentiſſimus agricola, & pecuarius haberetur. Qui igitur adoleſcens, nondum tantâ gloriâ præditus, nihil un- *Oppoſita & repugnantia*

canis, & aliis negotia gerentibus, ſive mercaturam, & rem pecuniariam exercentibus, quorum plerique omnes erant ex ordine Equeſtri.

Ad hoc regium nomen. Hoc conſecutus eſt, ut rex appellaretur à ſenatu. Quomodo reges à ſenatu appellati, dictum eſt alibi.

Sed tamen quidquid. Ab anteacta vita ſic argumentatur: *Qui & regenda familia, & agricultura, & rei pecuaria primam ætatem addixit, is in ſenectute non factus eſt ſaltator: Sed Dejotarus &c. ergo &c.*

Diligentiſſimus agricola. Antiqui etiam in regibus agriculturæ artem laudabant, ſic ait Plinius: *Decultura agri præcipere principale fuit, ſiquidem & reges fecère &c.* Cicero in Catone ait, Xenophonti *nihil tam regale videri, quàm ſtudium agri colendi*, refértque ex eodem hiſtoriam Cyri minoris, qui ſua manu arborum ordines deſcripſerat, & in quincuncem direxerat. Notum eſt, Diocletianum imperio ſe, abdicâſſe, ut agriculturæ ſe, reíque hortenſi liberiùs applicaret.

Pecuarius. Paſcendo & educando pecori addictus. Varro, *de antiquis*, ait: *illuſtriſſimus quisque paſtor erat.* Et certè regum pueros ut plurimùm paſtores olim fuiſſe, teſtatur Paris & Ganymedes.

Qui igitur. Juvenis tantæ vis-

unquam niſi ſeveriſſimè & graviſſimè fecerit, is ea exiſtimatione, eáque ætate ſaltavit? Imitari potiùs, Ca-
10. IV. PARS CONFIRM. *Inſectatio Caſtoris.*
ſtor avi tui mores diſciplinámq; debebas, quàm optimo & clariſſimo viro fugitivi ore maledicere. Quòd ſi ſaltatorem avum habuiſſes, neque eum virum, unde pudoris pudicitiæque exempla peterentur: tamen hoc maledictum minimè in illam ætatẽ conveniret. Quibus ille ſtudiis ab ineunte
Ab ætate.
ætate ſe imbuerat, non ſaltandi, ſed bene ut armis, optimè ut equis uteretur; ea tamen illum cuncta, jam ætate exacta, defecerant. Itaque Deiotarum cùm plures in equũ ſuſtuliſſent, quòd hærere in eo ſenex poſſet, admi-
rari

virtutis cùm eſſet, nunc ſenex, *ea ætate*, jam decrepita & propè exacta, & in tanta dignitate ſaltavit! Incredibile,

Imitari. Satius erat ô Caſtor, ut imitareris virtutem & frugalitatem Dejotari regis, avi tui, quàm ut Philippi medici ore illi malediceres, & talia in eum crimina confingeres.

Quòd ſi ſaltatorem. Si avus tuus fuiſſet ſaltator in juventute, tamen jam in hac ætate ei ſaltationis crimen non conveniret, cùm modò vix equitare poſſit, & mirentur omnes, quòd in equo hærere poſſit, quamvis à prima juventute huic arti aſſueverit, quantò minùs nunc poterit ſaltare, qui iſti rei nunquam in juventute aſſuevit.

Optimè ut equis. Prima apud antiquos fuit regiorum puerorum inſtitutio, ut bene equis uterentur, adeò ut ab ipſis crepundiis ovium dorſo impoſiti diſcerent equitare. Plato de

Re-

rari ſolebamus. Hic verò adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cùm in illo noſtro exercitu equitaret cum ſuis delectis equitibus, quos unà cum eo ad Pompeium pater miſerat, quos concurſus facere ſolebat? quàm ſe jactare? quàm oſtentare? quàm nemini in illa cauſſa ſtudio & cupiditate concedere? Cùm verò, exercitu amiſſo, ego qui pacis auctor ſemper fui, poſt Pharſalicum autem prælium ſuaſor fuiſſem armorum non deponendorum, ſed abjiciendorum; hunc ad meã auctoritatem non potui addu-

De Caſtore.
Annominatio.
Repetitio.
Simil. cad.
Simil. deſ.

Perſarum Regibus: *Cùm ad ſeptimum ætatis annum pervenerint, ad equos, & equeſtris artis Magiſtros proficiſcuntur.*

Hic verò adoleſcens. Caſtorem in invidiam adducit, à ſtudio, & jactatione, qua ſecutus fuerat Pompeium. Fuit autem Caſtor in Cilicia miles Ciceronis, cùm Cicero Proconſul Ciliciam obtineret, in Græcia commilito, quia & Caſtor & Cicero bello civili eundem ducem habuerunt Cn. Pompeium.

Pater miſerat. Pater Caſtoris, qui vocabatur *Secundarius*, gener Dejotari regis.

Concurſus facere. In equo ſe variis curſibus exercendo.

In illa cauſſa. In factione Pompeianorum.

Cùm verò. Pertinent hæc ad verbum *fuiſſem. Cùm ego ſuaſor fuiſſem; hunc Caſtorem non potui adducere &c.*

Exercitu amiſſo. Ex Pompeiano exercitu circiter millia quindecim in pugna Pharſalica ceciderunt; in deditionem venerunt amplius millia XXIV.

Ego qui pacis. De hac re pro M. Marcello.

Ad meam auctoritatem. Caſtori perſuadere non potui, ut meam auctoritatem,

Metaphora. adducere, quòd & ipſe ardebat ſtudio
Comparatio à contrariis & adjunctis. ipſius belli; & patri ſatisfaciendum eſſe arbitrabatur. Felix iſta domus, quæ non impunitatẽ ſolùm adepta ſit, ſed etiam accuſandi licentiam: calamitoſus Deiotarus, qui & ab eo, qui in iisdem caſtris fuerit, non modò apud te; ſed etiam à ſuis accuſetur.
Antitheta. Vos veſtrâ ſecundâ fortunâ, Caſtor, non poteſtis ſine propinquorum calamitate eſſe contenti? Sint ſanè inimi-
11. mitate eſſe contenti? Sint ſanè inimi-
Conceſſio. citiæ, quæ eſſe non debebant: Rex enim Deiotarus veſtram familiam abjectam,

meum conſilium & exemplum ſecutus à perſequendis belli reliquiis deſiſteret.

Quod & ipſe. Tum quia ille magno ſtudio & animi ardore ſtatuerat ad extremum belli aleam experiri, tum quia patri ſe ſatis facturum non arbitrabatur, ſi à bello diſcederet. Et tamen Caſtor, & pater, domus hæc, tam felix eſt &c. contrà Deiotari domus tam calamitoſa!

Felix iſta Domus. Felices ſunt Secundarius Pater & Caſtor filius, qui cùm Pompeium bello civili ſecuti fuerint, non ſolùm veniam & impunitatem à Cæſare impetrârunt, ſed etiam ita in gratiam ſunt recepti, ut audeant jam alios accuſare.

Calamitoſus. Calamitoſus Deiotarus, qui & accuſatur, & accuſatur ab eo, qui in eadem cauſa fuit, & in iisdem Pompeii caſtris, & accuſatur non ab alienis, quod eſſet fortaſſe ferendum, ſed à ſuo ipſius nepote, & accuſatur apud Cæſarem, qui offenſus eſt, & contra cujus vitam dicitur conjuraſſe. Omnia patheticè.

Inimicitiæ. Inter Dejotarum & te, familiámque veſtram.

Familiam abjectam. Dum Deiotarus Secundarium patrem tuum adſcivit generum, ejus familiam humilem

jectam, & obſcuram è tenebris in lucem evocavit. Quis tuum patrem antè, qui eſſet, quàm cujus gener eſſet, audivit? ſed quamvis ingratè & impiè neceſſitudinis nomen repudiâritis, tamen inimicitias, hominum more gerere poteratis, non ficto crimine inſectari, non expetere vitam, non capitis arceſſere. Eſto: concedatur hæc quoque acerbitatis & odii magnitudo. Adeóne, ut etiam omnia vitæ ſalutíſque communis, atque etiam humanitatis jura violentur? Servum ſolicitare verbis, ſpe promiſsiſque corrumpere, abducere domo, contra dominum armare, hoc eſt, non uni propinquo, ſed omnibus familiis bellum nefarium indi-

Antitheta.
Allegoria.
Synæcioſis.
Traductio.
Repetitio.
Simil. cad.
Compar.
Conceſſio nova.
A conſequẽtibus.
Sim. cad.

lem & abjectam hac affinitate in lucem extraxit, illuſtrem fecit.

Antè, qui eſſet. Antequam audiretur, patrem tuum eſſe generum Deiotari, de patre tuo nihil prorſus auditum fuit, adeò priùs obſcurus erat.

Neceſſitudinis. Conjunctionis & affinitatis nomen repudiâſtis, contempſiſtis quidem, ſed deberetis ſaltem inimicitias humano more gerere.

Hominum more. Non more belluarum ſanguinem ſitientium.

Eſto: Concedatur. Toleretur etiam hæc morum immanitas in Caſtore, & inſtar belluæ ſanguinem ſitiat humanum; at tolerari non debet, rem hanc inſtar peſtis latiùs manare, & in publicam generis humani perniciem redundare. Aſcendit amplificatio, ad concitandam Caſtori invidiam.

Omnibus familiis bellum. Nulla familia deinceps erit tuta vel à ſuis domeſticis &

indicere. Nam iſta corruptela ſervi, ſi non modò impunita fuerit, ſed etiã à tanta authoritate approbata, nulli parietes noſtram ſalutem, nullæ leges, nulla jura cuſtodient. Ubi enim id, quod intus eſt atque noſtrum, impunè evolare poteſt, contráque nos pugnare, fit in dominatu ſervitus, in ſervitute dominatus. O tempora! O mores! Cn. Domitius ille, quem nos pueri Conſulem, Cenſorem, Pontificem maximum vidimus, cùm tribunus plebis M. Scaurum, principem civitatis,

Tranſlatio. Inciſa. Adjunctio. Theſis. Commutatio Antitheſis. Exclamatio. Diſſolutio.

& ſervis, vel ab affinibus & neceſſariis.

A tanta auctoritate. Quanta eſt auctoritas Cæſaris, qui niſi pœnas à Caſtore ſui ſceleris exegerit, ſed potiùs Deiotarum damnaverit, ſervi corruptelam videbitur approbare. *Corruptela ſervi* eſt crimen in Caſtore, qui ſervum corrupit, ad hanc accuſationem induxit, ſubornavit &c.

Quod intus eſt. Servi, qui nobiſcum in eadem domo verſantur.

In dominatu &c. Si nihil tutum eſt intra domos proprias & cuncta, quæ nobis ſubeſſe debent, evolare & abire impunè poſſunt, domini ſunt ſervi ſervorum ſuorum, & ſervi dominorum domini.

O tempora. Eſt eadem exclamatio, de qua in Catil. O tempora, O mores! quantum declinaſtis à moribus antiquis! Olim non ſic &c.

Cn. Domitius Ænobarbus. factum hoc de ſervo Scauri prehenſo, eoquòd dominum ſuum deferre voluerit, recenſet etiam Val. Max. l. 6. c. 5. Cicero breviter & clarè narrat.

Nos pueri. Adeóque, qui ante plurimos annos, & ante nos vixit.

In

vitâtis, in judicium populi vocâſſet, Scaurîq; ſervus ad eum clàm domum veniſſet, & crimina in dominum delaturum ſe eſſe dixiſſet, prehendî hominem juſſit, ad Scaurúmque deduci. Vide, quid interſit; etſi iniquè Caſtorem cum Domitio comparo; ſed tamen ille inimico ſervum remiſit, tu ab avo abduxiſti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupiſti: ille adjutorem ſervum contra dominum repudiavit, tu etiam accuſatorem adhibuiſti. At ſemel iſte eſt corruptus à vobis? nonne cùm eſſet productus, & cùm tecum fuiſſet, refugit ad Legatos? nonne

Correctio.

Antithetа & diſſimilitudo.

Repetitio.

Simil. deſin.

Occupatio.

In judicium populi. In quo populus judicaret.

Ad eum. Ad Domitium.

Inimico ſervum remiſit. Domitius ad inimicum ſuum (quem nempe accuſaverat) ad Scaurum, juſſit deduci captivum ſervum.

Incorruptum. Nemo enim ſervum Scauri corruperat ad deferendum dominum ſuum; at tu Caſtor ſervum Dejotari etiam corrupiſti.

At ſemel. Fortè ſemel tantùm hæc corruptela facta eſt? reſpondet, quòd iteratò, & ex hoc exaggerat crimen.

Cùm eſſet productus. Cùm eum tu Caſtor pro teſte adhiberes, & produceres, nónne poſteà iterum viſus eſt eſſe cum Legatis Dejotari? ad eos ergo refugit, rediit; ſed iterum nunc ab iis eum abduxiſti.

Ad Legatos: Legati Dejotari regis fuerunt Hieras, Bleſamius & Antigonus, à quibus Caſtor Phidippum ejuſdem Deiotari ſervum abduxerat, eique perſuaſerat, ut Dominum ſuum accuſaret.

Repetitio. nónne etiam ad hunc Cn. Domitium *A testibus.* venit? nónne audiente hoc Serv. Sulpicio, clariſſimo viro, qui tum caſu apud Domitium cœnabat, & hoc T. Torquato, optimo adoleſcente, ſe à te corruptum tuis promiſſis in fraudē impulſum eſſe confeſſus eſt? Quæ eſt
11. *Repetitio. Apostrophe invectiva in Castorem.* iſta tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? idcirco in hanc urbem veniſti, ut hujus urbis jura & exempla corrumperes, domeſticáque immanitate inquinares? At quàm *Ironia. Proſopopœja accuſatoris.* acutè collecta crimina? Bleſamius, inquit (ejus enim nómine, optimi hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad regem ſcribere ſolebat, te in invidia eſſe

Ad hunc Cn. Domitium. Qui præſens aderat. Fuerunt autem duo Cn. Domitii, pater & filius.

Se à te corruptum. Ipſe Phidippus faſſus eſt, ſe à te Caſtore corruptum fuiſſe ad falſum crimen Deiotaro regi affingendum.

At quàm acutè. Ironia. neutiquam enim acutè hæc attulit accuſator, cùm potiùs offenderet Cæſarem allata hac exprobratione tyrannidis. Stolidè enim crimen, quod ſequitur, collegerat accuſator, quaſi in animo habuiſſet non Dejotaro nocere, ſed ipſum Cæſarem tyrannidis exprobatione graviter offendere.

Bleſamius. Homo Gallo-Græcus, qui Dejotari legatus aderat. Bleſamius Romæ fuit, & Deiotari legatus cùm eſſet, ad eum de rebus Cæſaris ſcribebat.

Ejus nomine. Tanquam ille ſic ſcripſiſſet ad regem Deiotarum.

In invidia eſſe. Populo & ſenatui exoſum.

eſſe: tyrannum exiſtimari: ſtatuâ inter reges poſitâ animos hominũ vehementer offenſos: plaudi tibi non ſolere. Nónne intelligis, Cæſar, ex urbanis malevolorum ſermunculis hæc ab iſtis eſſe collecta? Bleſamius tyrannum Cæſarem ſcriberet? multorum enim civium capita viderat: multos juſſu Cæſaris vexatos, verberatos, necatos: multas afflictas & everſas domos: armatis militibus refertum forum; quæ ſemper in civili victoria ſenſimus

Refutatio. *Ironia.* *Traductio.* *Simil. cad.* *Diſſoluta.* *Aſcendit oratio.*

Statuâ inter reges &c. In Capitolio ſeptem regum ſtatuæ fuerunt, & inter eas ſtatua L. Bruti ſtrictum gladium tenentis. Inter has etiam Cæſaris ſtatua fuit excitata, quod animos hominum vehementer offendit, ratos illius ambitionem jam in apertam tyrannidem erumpere, id quod ajebat accuſator à Bleſamio legato ſcriptum fuiſſe ad Deiotarum; ſed hoc excuſat Orator abblandiens Cæſari.

Plaudi tibi. Non ſolere tibi, ut aliàs conſuetum erat, acclamationes, & gratulationes publicas fieri, adeò populum Romanum tibi eſſe offenſum.

Ex urbanis &c. Inaniſſimis quorundam, ut in urbe fieri ſolet, & malevolis ſermonibus.

Bleſamius &c. Confutat crimen hoc ſyllogiſmo. *Is Bleſamio, qui vivit in regno, Tyrannus videri non poteſt, qui nobis in libertate natis tyrannus non videtur: Sed Cæſar nobis, qui in libertate nati ſumus, tyrannus eſſe non videtur: Ergo Cæſar Bleſamio, qui vivit in regno, tyrannus videri non poteſt.*

Multorum enim civium. Ironicè. Scilicet tot truncata civium capita &c. in urbe vidit Bleſamius, ut te tyrannum haberi ſcribat &c. nihil minùs.

ſimus, ea te victore non vidimus. Solus, inquam, es, C. Cæſar, cujus in victoria ceciderit nemo niſi armatus, & quem nos liberi, in ſumma populi Romani libertate nati, non modò non tyrannum, ſed etiam clementiſſimum in victoria ducimus: is Bleſamio, qui vivit in regno, tyrannus videri poteſt? Nam de ſtatua quis queritur, una præſertim, cùm tam multas videat? valdè enim invidendum eſt ejus ſtatuis, cujus trophæis non invidemus. Nam ſi locus affert invidiam, nullus locus

Enthymema. *Antitheta.* *A majore.* *Reſpondet de ſtatua.* *Latet Enthymema.* *Reſpondet de plauſu.*

Te victore non vidimus. Scribit Appianus de Cæſare: *Cohortes etiam prætorias, quibus bellorum tempore pro ſatellitio uſus fuerat, amovit à ſui cuſtodia, contentus ſolis apparitoribus publicis.* Ergo nõ ampliùs ſunt viſi in foro armati.

Qui vivit in regno. Bleſamius barbarus homo eſt, externus, vivens in regno, dominum Regem habens, non vivens in libertate reipublicæ, ſicut nos. Et nos in libertate nati, in libertate viventes non ſentimus Cæſarem tyrannum, & hoc ſentit Bleſamius? latet enthymema: nos non &c. ergo multò minùs Bleſamius. quod reduci poteſt ad totum ſyllogiſmum, ut ſuprà.

Nam de ſtatua. Quid autem accuſator mentionem facit de ſtatua Cæſari in Capitolio poſita, tanquam ideò nobis exoſus eſſet? plures in foro ſtatuas habet Cæſar, nec invidemus, cur invidiſſimus propter unam ſtatuam in Capitolio poſitam? ſtatua illa una in abſtruſo loco eſt collocata; plures aliæ in foro, loco aperto, in Roſtris, loco celebri *In ipſis Roſtris*, inquit Dio l. 44. duas ei ſtatuas collocârunt: *Civicâ unam, alteram obſidionali corona inſignem. Quaſi cives ab interitu, & urbem ab obſidione liberâſſet.*

Cujus trophæis. Quæ majorem

locus eſt ad ſtatuam quidem Roſtris clarior. De plauſu autem quid reſpondeam? qui nec deſideratus unquam à te eſt, & nonnunquam obſtupefactis hominibus ipſa admiratione compreſſus eſt: & fortaſſe eò prætermiſſus, quia nihil vulgare te dignum videri poteſt.

Nihil à me arbitror prætermiſſum, ſed aliquid ad extremam cauſæ partem reſervatum. Id autem aliquid eſt, te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea. Non enim jam metuo, ne tu illi ſuccenſeas: illud vereor, ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere. Quod ab eſt longiſſimè, mihi crede, Cæſar. Quid enim retineat per te, meminit, 13. PERORATIO. *Prima pars perorationis.* *Traductio & Commutatio.* *Antitheta.*

non

jorem ipſi laudem afferunt, quàm una ſtatua. De trophæis, uti & de Roſtris alibi

Nonnunquam obſtupefactis. Fortè tibi interdum non fuit applauſum propter ſtuporem quendam hominum ex nimia tui admiratione ortum.

Eò prætermiſſus. Ideò fortè populus omiſit interdum plauſus, quia per hos nullos tibi ſpeciales honores, ſed communes aliis ſciebat exhiberi, at tu nonniſi extraordinariis honoribus dignus es.

Nihil à me. Omnia mihi videor accuſatorum crimina diluiſſe, neque quidquam eorum omiſiſſe, quæ ad cauſam pertinerent, ſed aliquid reſervâſſe Perorationi.

Id autem aliquid. Prima pars Perorationis, ne Cæſar ſibi Dejotarum ſuccenſere arbitretur. Vide diviſionem Orationis.

Quid enim. Meminit ſe tuo beneficio tetrarchiam Gallo-Græciæ (quam ei jure victo-

non quid amiſerit: neque ſe à te multatum arbitratur: ſed, cùm exiſtimaret, multis tibi multa eſſe tribuenda, quò minùs à ſe, qui in altera parte fuiſſet, ea ſumeres, non recuſavit. Etenim ſi Antiochus magnus ille rex Aſiæ, cùm, poſteaquam à Scipione devictus

Traductio.

Exemplum Antiochi.

victoriæ adimere poteras) & nomen regium retinere: non autem meminit ſibi ademptam fuiſſe Armeniam, & Gallo-Græciæ partem, exercitum indictum, pecuniam imperatam, quòd bello civili ſecutus eſſet Pompeium. Neque id ſibi multæ nomine impoſitum fuiſſe arbitratur, ſed cùm te videret pecuniis & regnis egere, quibus eos qui te ſecuti fuerant, munerares, libenter paſſus eſt, ut ea ſumeres, quæ tuis partibus tribueres.

Multatum. Id eſt, mulctatum.

Multis tibi. Id eſt à te debere multis te ſectantibus aliquid tribui, in mercedem, & compenſationem ſuorum erga te ſtudiorum. Præter provincias & officia ſuis affectis collata, tam multos adlegit in ſenatum Cæſar, ut ſumma ſenatorum nongentorum tum fuerit.

Etenim ſi Antiochus. Cicero alibi: *Antiochum illum magnum majores noſtri terrâ marique ſuperatum intra montem Taurum regnare juſſerunt.* Plures fuere Antiochi Syriæ Reges à Seleuco progeniti. Primus fuit ille, qui novercam Stratonicen adamavit, ac tandem etiam conſentiente patre conjugem duxit. Secundus Antiochus Deus cognomine. Hujus Antiochi Dei Nepos fuit iſte Antiochus Magnus, de quo Cicero, & hujus Magni filius vocatus eſt Antiochus Epiphanes, de quo multa in libris Machabæorum.

Magnus. Ita cognominatus ob multas res geſtas, & patria, quæ defecerant, regna recuperata.

A Scipione. A L. Scipione Aſiatico, fratre majoris Africani.

victus, Tauro tenus regnare juſſus eſſet, omnémque hanc Aſiam, quæ eſt nunc noſtra provincia, amiſiſſet, dicere eſt ſolitus, benignè ſibi à populo Romano eſſe factum, quòd nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur; poteſt multò faciliùs ſe Deiotarus conſolari. Ille enim furoris multam ſuſtinuerat, hic erroris. Omnia tu Dejotaro, Cæſar, tribuiſti, cùm & ipſi & filio nomen regium conceſſiſti. Hoc nomine retento atque conſervato, nullum beneficium populi Romani, nullum judicium de ſe ſenatûs imminutum putat: magno animo

A minore ad majus.

Synacioſis. Simil. cad.

Repetitio.

Tauro tenus. Totâ cis Taurum montem Aſiâ mulctatus eſt, ut regnum ſuum citra eum montem non extenderet. Montes & Alpes maximæ in Aſia dictæ ſunt Taurus, vel quòd mons ille inſtar Tauri elato capite incedat, vel quòd Græci quidquid magnum & immane eſt, ταῦρον appellent.

Nimis magna procuratione. Nimiùm magnis curis & ſolicitudinibus, quas ei tam ampli regni adminiſtratio pariebat.

Furoris multa. 1. Antiochus mulctabatur in pœnam furoris, quòd ipſe furioſus populo Romano nullâ provócatus injuriâ bellum intuliſſet. Hic Dejotarus pœnas dedit erroris, quo ſecutus eſt Pompeium, exiſtimans per errorem eius cauſam eſſe meliorem, lapſúſque eſt non cupiditate, ſed opinione officii &c. ut alibi.

Omnia tu Deiotaro. Nullum ex ejus ornamentis abſtuliſti, cùm permiſiſti, ut nomen regis, quod & ipſe & filius Deiotarus junior auctoritate ſenatûs acceperant, etiam poſt bellum civile retinerent.

Multa.

Digreſſio in Deiotari laudem. animo & erecto eſt, nec unquam ſuccumbet inimicis, ne fortunæ quidem. *Polyſyndeton.* Multa ſe arbitratur & peperiſſe ante factis, & habere in animo atque virtute, quæ nullo modo poſſit amittere. *Traductio.* Quæ enim fortuna, aut quis caſus, aut quæ tanta poſſit injuria omniū imperatorum de Dejotaro decreta delere? ab omnibus enim ornatus eſt, qui, poſtquam in caſtris eſſe potuit per ætatem, *Enumeratio. Diſſoluta.* in Aſia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella geſſerunt. Senatûs verò judicia de illo tam multa, támque honorifica, quæ publicis populi Romani litteris monumentíſque conſignata ſunt, quæ unquam vetuſtas obruet, aut

Multa ſe arbitratur. Ideò fortunæ non ſuccumbit, quia novit ſe multa habere, in quæ fortuna nihil juris habeat. Non enim gloriam & honores à ſenatu populóque Romano ſibi decretos, quos ſibi rebus geſtis peperit, non habitus virtutum, quos ſibi frequentibus actionibus comparavit, ullo fortunæ caſu poteſt amittere.

Omnium Imper. Ut Syllæ, Murænæ, Pompeii, Luculli, qui contra Mithridatem bellā geſſerunt, opibúſque Dejotari ſunt adjuti.

Ab omnibus, qui(conjunge)*bella geſſerunt* in illis locis, poſtquam Dejotarus per ætatem in caſtris eſſe potuit.

Per ætatem. Ætas militaris more Romano fuit ab anno decimo ſeptimo.

Senatûs verò. Senatuſconſulta in ejus honorem facta, quæ in tabulas publicas relata, & in ærario, aut in Capitolio collocata ſunt ad memoriam futuri temporis ſempiternam, nulla temporis vetuſtate, nulla poterunt obli-

aut quæ tanta delebit oblivio? Quid de virtute ejus dicam? quid de magnitudine animi, gravitate, conſtantia? quæ omnes docti atque ſapientes ſumma; quidam etiam ſola bona eſſe dixerunt: hiſque non modò ad bene, ſed etiam ad beatè vivendum contentam virtutem eſſe. Hæc ille reputans, & dies & noctes cogitans, non modò tibi non ſuccenſet (eſſet enim non ſolùm ingratus, ſed etiam amens) verùm omnem tranquillitatem, & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ. Quo quidem animo, cùm anteà fuit;

Locus communis ſive theſis de virtute.

Adjunctio.

14.

oblivione deleri.

Quid de virtute. Multò magis etiam ſe virtutum ſuarum, quàm honorum ſibi decretorum conſideratione conſolatur, & dolorem abſtergit, quem ob amiſſam Armeniam, & Gallo-Græciæ partem acceperat.

Omnes docti. Ut Plato, Ariſtoteles & alii, qui cùm tria bonorum genera deſcribant & unum jucundum, alterum utile, tertium honeſtum appellent, cæteris duobus honeſtum anteponunt, idque ſummum vocant comparatione cæterorum.

Quidam etiam ſola bona. Ut Stoici, qui jucundum & utile boni nomine non dignantur, ſed hanc appellationem ſoli virtuti & honeſto ajunt convenire.

Omnem tranquillitatem. Quòd ſenectute ſua in pace & tranquillitate frui poſſit, tibi adſcribit.

Quo quidem animo. Cùm ſemper res humanas earúmque jacturam contempſerit, dolorémque ex ea perceptum lenierit conſideratione ſuæ virtutis, tum vel maximè ejuſmodi animum in ſe ſuſcepit acceptis tuis litteris.

Tum

fuit; tum non dubito, quin tuis litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Bleſamio dediſti, ſe magis etiam erexerit, ab omniq; ſolicitudine abſtraxerit. Jubes enim eum bene ſperare, & bono eſſe animo: quod ſcio te non fruſtrà ſcribere ſolere. Memini enim iiſdem ferè verbis ad me te ſcribere, méque tuis litteris bene ſperare non fruſtrà eſſe juſſum. Laboro equidem regis Dejotari causâ, quo cum

Metaphora.

Poſterior pars perorationis.

Tum non dubito. Ideò etiam Deiotarus æquo animo fert jacturam rerum ſuarum, nec Cæſari, quòd ab eo multatus fuerit, iraſcitur, quia Cæſaris ipſius litteris confirmatus eſt, & bene ſperare juſſus.

Exemplum. Barbarè copiam.

Tarracone. Urbs eſt citerioris Hiſpaniæ, de qua Plinius l. 3. *Regio Coſſetana, flumen Subi, colonia Tarraco, Scipionum opus, ſicut Carthago Pœnorum.* In ea urbe quæ caput eſt provinciæ Tarraconenſis, videtur Cæſar devictis Pompeianis habuiſſe conventus.

Huic Bleſamio. Legato Regis Deiotari, qui præſens eſt, hujus judicii finem exſpectans. Prudenter autem hîc illarum litterarum mentionem interſerit, ut Cæſarem admoneat ſui promiſſi.

Erexerit. Ad conſtantiam & animi magnitudinem ut ſuprà *magno animo & erecto*, vel ad lætitiam & ſpem.

Memini enim. De his litteris pro Ligario *N. 3. Scribere*, pro *ſcripſiſſe*; ita ſæpè & eleganter Cicero poſt verbum *Memini*, præſens infinitivi, locô præteriti.

Non fruſtrà. Cùm non ſolùm patriæ fuerim reſtitutus poſt pugnam, ſed ita reſtitutus, ut nulla ornamenta priſtinæ dignitatis amiſerim.

Laboro equidem. Cauſam ego Deiotari propter amicitiam, hoſpitalitatem, famili-

cum mihi amicitiam Reſpublica conciliavit, hoſpitium voluntas utriusque conjunxit, familiaritatem conſuetudo attulit, ſummam verò neceſſitudinem magna ejus officia in me, & in exercitum meum effecerunt: ſed cùm de illo laboro, tum de multis ampliſſimis viris, quibus ſemel ignotũ à te eſſe oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum ſolicitudinem ſempiternam, nec accidere, ut quisquam te timere incipiat eorum, qui ſemel à te ſint liberati timore. Non debeo, C. Cæſar, quod fieri ſolet in tantis periculis, tentare, quonam modo dicendo miſericordiam tuam commovere poſſim. Nihil opus eſt.

Gradatio implicita. Compar. Simil. cad. Disjunctio.

Synonymia quadruplex

Præteritione miſericordiã implorat.

miliaritatem ſuſcepi.

Reſpublica conciliavit. Amicus ſum Deiotari, quia non poſſum non eſſe amicus omnium de republica bene meritorum.

Hoſpitium voluntas. Mutuo conſenſu teſſeram hoſpitalem invicem dedimus.

Exercitum meum. Quem tunc habui, cùm Ciliciam provinciam obtinerem.

Sed cùm de illo. Prudenter hanc cauſam à privatis Deiotari rationibus ad communes traducit, ut plus auctoritatis habeat oratio; *cùm de illo* partim de illo, partim de aliis, *tum de multis.*

Quibus ſemel. Suprà dixit: *Cùm facilè exorari, Cæſar, tum ſemel exorari ſoles*: Dediſti ſemel Dejotaro veniam, recepiſti in gratiam, hoſpitem habuiſti, fac ne te pœniteat gratiæ datæ; & ne alii quoque, quos in gratiam jam recepiſti, timere debeant, ſe denuò gratiâ tuâ excludendos.

Non debeo. Prudenter Cæſaris clementiam commendans

eſt. Occurrere ipſa ſolet ſupplicibus & calamitoſis, nullius oratione evocata. Propone tibi duos reges: & id animo contemplare, quod oculis non potes. Dabis profectò miſericordiæ, quod iracundiæ negaviſti. Multa ſunt tuæ clementiæ monumenta: ſed maximè eorum incolumitates, quibus ſalutem dediſti. Quæ ſi in privatis glorioſa ſunt, multò magis commemorabuntur in regibus. Semper regium nomen in hac civitate ſanctum fuit: ſociorum verò regum & amicorũ ſanctiſſimum. Quod

A perſona regis.
Antithesis.
A minore ad majus.
Enthymema.
Theſis.
A regis majeſtate.

dat, & eam imploraturum ſe negans, præteritione oratoria vel maximè implorat.

Occurrere. Prævenire ſupplicantium vota, precibus obviàm ire, nec expectare dum rogetur: antequam oratione evocetur, eliciatur miſericordia &c. miſericordiã exhibere.

Propone duos reges. Ecce, duorum regum cauſa & vita agitur, Dejotari patris, & Dejotari filii: de his cogita.

Dabis miſericordiæ. Miſericordiâ te vinci patieris, qui te non paſſus es iracundiâ ſuperari.

Multa ſunt. Argumentum à minori ad majus hoc enthymemate tractatum: *Glorioſum eſt ſalutem dare privatis; Ergo multò glorioſius ſalutem dare regibus.*

Maximè incolumitates. Tuæ clementiæ monumenta ſunt quàm maxima tot homines ſervati incolumes.

Regium nomen. Regalis dignitas ſemper in honore fuit, ſociorum præſertim & amicorum regum, quos violare religioni ſemper duximus. Aliud argumentum ab antecedentibus. *Illis jam antè conſervaſti regium nomen; cùm illud timerent amittere: Ergo per te rerum ſervari debet, & ad eorum poſteros pervenire.*

Quod nomen hi reges ne amitterent, te victore, timuerunt: retentum verò & à te confirmatum poſteris etiam ſuis tradituros eſſe confido. Corpora verò ſua, pro ſalute regum ſuorum hi legati tibi regii tradunt, Hieras, & Bleſamius, & Antigonus, tibi nobíſque omnibus jam diu noti, eadémque fide & virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus eſt ad te miſſus: tum regum amiciſſimi, tum tibi etiã, ut ſpero, probati. Exquire de Bleſamio, num quid ad regem contra dignitatem tuam ſcripſerit. Hieras quidem cauſam omnem ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum

15. *Ab antecedentibus.* *A legatorum perſona.* *Teſtimonia.* *Disjunctio.* *Membratim.*

Corpora verò ſua. Se vades exhibent pro Deiotaro, & tanta fide ſunt erga ſuos reges, ut eorum locô parati ſint mortem oppetere.

Dorylaus. Qui probabiliter jam perfunctus erat munere legationis, & huic judicio aderat tanquam privatus.

Exquire de Bleſamio. Etſi monet alicubi Cicero recapitulationem dictorum accuſatori magis, quàm reo convenire, quia crimina ipſa brevitate relinquunt quendam in animo judicis aculeum: confutationes non item; aliquando tamen, vincit ratio præceptum, & ἀνακεφαλαίωσις utilis eſt reo; ut hîc, quoniam totum firmamentum orationis Philippi ſervi teſtimonio nitebatur, operæ fuit pretium legatos viros claros & probatos opponere ſervo & fugitivo, ſimúlque obiter repetere dicta.

Se ſupponit. Vadem ſe præbet, ſuccidaneum ſe reum offert, non recuſat ut tu in illum animadvertas, ſi quam iſte culpam Deiotarus admiſit

um, memoriam tuam implorat, quà vales plurimùm: negat unquam ſe à te in Deiotari Tetrarchia pedem diſceſſiſſe: in primis finibus tibi ſe præſtò fuiſſe dicit, usque ad ultimos proſecutum: cùm è balneo exiſſes, tecum ſe fuiſſe, cùm illa munera inſpexiſſes cœnatus, cùm in cubiculo recubuiſſes: eandémque aſſiduitatem tibi ſe præbuiſſe poſtridie. Quamobrem, ſi quid eorum, quæ objecta ſunt, cogitatum ſit, non recuſat, quin id facinus ſuum judices. Quocirca, C. Cæſar, velim exiſtimes, hodierno die ſententiam tuam, aut cum ſummo dedecore miſerrimam peſtem importaturam eſſe regibus, aut incolumem famam cum ſalute: quorum

Brevis anacephalaeoſis.
Repetitio.
Simil. cad. & deſin.

Contentio, ſive antitheſis.

Diſtributio.

Memoriam tuam implorat. Præſtantis memoriæ fuit Cæſar, quam etiam imploravit aliquando miles veteranus in cauſſa adversùs vicinos ſuos, ut fusè & eleganter refert Seneca lib. de beneficiis cap. 24. Cicero in Philipp. 2. de Cæſare: *Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura:* & pro Ligario: *Oblivisci nihil ſoles, niſi injurias.*

Tetrarchia. Gallo-Græciæ, cætera perſpicua ſunt ex ſupradictis.

Pedem diſceſſiſſe. Id eſt, ſpatium pedis.

Facinus ſuum judices. Se, Hieram, pro reo habeas.

Aut cum ſummo dedecore. Cauſam communem facit; pendet ab hac tua ſententia aut peſtis ſive ſummum malum & pernicies regibus, & regio nomini inferenda; aut eorum integra fama & ſalus. Augebitur igitur beneficium tuum ex communicatione multorum.

Alte-

rum alterum optare illorum crudelitatis eſt; alterum conſervare, clementiæ tuæ.

Alterum optare. Crudelitatis eſt in Caſtore & Philippo, optare peſtem & calamitatem Deiotaro, ac regibus: crudeles enim iſti ſunt, quòd nepos avum, ſervùs Dominum in diſcrimen capitis adducat. Ad tuam verò, Cæſar, clementiã ſpectat, illud alterum facere, incolumem nempe famam & ſalutem Deiotari ac regii nominis conſervare.

Conſervare. Ut reges incolumi famâ cum ſalute fruantur.

Clementia tua. Claudit implorando clementiam, quòd hujus laude Cæſarem quàm maximè affici ſciat.

EVENTUS.

Videtur Cæſar ſententiam diſtuliſſe, dum, ut ſtatuerat, primo quoque tempore proficiſceretur in Orientem: certè non fuit abſolutus, ut conſtat è 2. Philippica: Quis enim cuiquam inimicior, quàm Dejotaro Cæſar? &c. A quo vivo nec præſens, nec abſens quicquam æqui bonive impetravit &c. At ille nunquam (ſemper enim abſenti affui Dejotaro) quicquam ſibi, quod nos pro illo poſtularemus, æquum dixit videri. *Non multò pòſt Cæſar ſuorum toto orbe hoſtium triumphator in Curia ſenatorum ſicis confoſſus eſt. Supremum gloriæ faſtigium ejus ambitio conſcendiſſe videbatur; honores vix non*

divinos admittebat erectâ ſtatuâ cum ſubſcriptione, Dei invicti, temploque ſibi dedicato, in quo unà cum Dea Clementia publicæ venerationi proſtaret; atque his rebus mirum quantùm elatus, & alter Tarquinius Superbus alterum in Marco Bruto Brutum invenit. Hic enim Cæſarem in Curia cum ſociis adortus, juxta ſtatuam Pompeii interfecit, ubi memorabile illud Cæſaris dictum eſt auditum, cùm Brutum inter ſuos percuſſores conſpexit: ET TU, FILI MI BRUTE! Incidit mors Cæſaris in annum V. C. ut nonnulli ſcribunt 709. ut alii 710. Id. Mart. Vir erat Cæſar Imperatoriis dotibus ſuprà omnes clarus, nec ingenio minor, qui eloquentiâ Tullio proximus: ſed tantas laudes in perniciem patriæ vertit ambitio; tetrum virus, quod virtutes perdit. Nec tamen Deus percuſſoribus ejus ignotum voluit; nemo triennio ampliùs ſupervixit; neque ſua morte defunctus eſt; ita plerumque ſanguis ſanguinem elicit. Sed & eodem anno Tullius per ſummum nefas eſt cæſus, capútque illud ſcientiarum ſedes in Roſtris ad ludibrium fuit expoſitum Anno Mundi 4011. Ante Chriſtum Natum annis ferè quadraginta.

Axio-

Axiomata, & Sententiæ

De ſervo in Dominum ne tormentis quidem quæri licet.

Nemo ferè eſt, qui ſui periculi judex, non ſibi ſe æquiorem, quàm reo præbeat.

In exulcerato animo facilè fictum crimen inſidet.

Siquem placavit inimicus, in eo non debent ſimultatum reliquiæ reſidere.

Qui peccant, homines fortaſſe celabunt, Deum celare non poſſunt.

Fortem, juſtum, ſeverum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem eſſe: hæ ſunt regiæ laudes.

Maxima virtus frugalitas.

Meritò ſtomachamur in eos, qui ſecundâ ſuâ fortunâ non poſſunt ſine aliorum calamitate eſſe contenti.

Inter patrem & liberos inimicitiæ eſſe non debent.

Inimicitias hominum more non gerit, qui falsò accuſat, & ſanguinem expetit inimici.

Servos contra dominum ſolicitare, eſt vitæ communis, atque etiam humanitatis jura violare.

Ubi, quod intus eſt atque noſtrum, impunè evolare poteſt, contráque nos pugnare, fit in dominatu ſervitus, in ſervitute dominatus.

Vir magno & erecto animo nunquam ſuccumbet inimicis, ne fortunæ quidem.

Nullo fortunæ caſu virtus amittitur.

Virtus vel ſummum, vel etiam ſolum eſt bonum.

Amicitiam reſpublica conciliat; hoſpitium voluntas mutua conjungit: familiaritatem conſuetudo adfert neceſſitudinem officia efficiunt.

Vera miſericordia occurrere ipſa ſolet ſupplicibus & calamitoſis, nullius oratione evocata.

Regium nomen ſanctum eſt.

IN-

INDEX IN NOTAS.

Numerus folium ſignificat.

A Littera Abſolutoria. 203
Abſtractum pro concreto. 9. 24. &c.
Abuti. 188
Acarnania. 161
Accia gens. 410
L. Accius Poëta. 136
P. Actius Varus. 283
Ad Caſtoris, id eſt, ædes. 304
Adeſte animis. 185
Adhuc. 251. 381. 384.
Admiſſarius. 117
Adrianum, Adriaticum mare. 155.
Adſtipulator. 34
Advocatus. 34
Ædes Caſtoris. 208
Ædes Nympharum. 279
Ædilis. 8
Ædilis Curulis. 8
Ælia gens. 394. 410
Ælia lex. 18. 20. 21
Æmilius Paullus. 67
Vide Paullus.
Æquitas animi in quo conſiſtat. 362
Ærarium. 65
Ærea pecunia. 65
Ætas militaris Romanorum 476
Æternus pro ſemper. 294
Africa. 381
Africanum bellum. 459
P. Africanus. 98
Agamemnon. 192
Agraria lex. 10
Agriani, Agrinæ. 152. 161
Agricolæ reges etiam erant, & principes. 463
Ahala Servilius. 191. 291
Albani tumuli. 295
Albanum. 129. 246
T. Albutius. 153
Alexander M. 85. 452
Alexandria. 85. 458
Alſium. 254
Ambracia. 152
Ambuſti. 198
Amphilochia. 161
Angiportus. 266
Animi humani latebræ. 358
Animus quomodo diſtinguatur ab ingenio. 421
Anni certi ætatis pro Magiſtratibus Romanis requiſiti. 214
Anni Romanorum numerati à Conſulibus. 53
Annonam levare. 177
Anteſtari. 273
Antigonus Legatus Deiotari. 469
Antiochus M. [illegible]

An-

Antiochi Syriæ reges. 474
M. Antonius. 238
Apennicolæ. 217
Apenninus mons. 217
Appolloniatæ. 143
Appia via. 206
Appius Clodius. 206. 281
Arbitria funeris. 38
Arca ſeu caſtaſta. 262
Areopagitæ. 192
Aricia. 250
Ariobarzanes rex Cappadociæ. 447
Ariſtarchus. 123
Arma, id eſt, inſtrumenta. 281
Arſinoe oppidum. 152
Arx. 405
Aſia minor. 462
Aſſiduus. 109
Athamania. 161
Athamas. 80
Athenæ. 288
Atheorum doctrina refutata. 293
Atreus. 75
Atrium Libertatis. 259
Attalus Rex. 452
M. Attilius Regulus. 73
Avaritia. 142
Avaritiæ crimina in Piſone. 142. 146
Auctio. 445
Auctionarii. 459
Aulus Gabinius. 129
Aurelium tribunal. 21
Aurum coronarium. 102. 150
Auſpicia. 242. 293.

B.

BÆotii. 144. 161
Balneorum uſus apud veteres. 449.
Baſilica Porcia. 175
Baſilicè, regiè. 452
Baſilii monumentum. 249
Barbari qui dicti. 216
Bellica laus. 342
Benefacere poſſe hominibus, aliquid divinum eſt. 423
Beneficus. 462
Berœa urbs. 149
Beſſi populi Thraciæ. 140
Birrhia gladiator. 221
Bleſamius Legatus Deiotari. 469. 470 472. &c.
Bona Dea. 159
Bonum triplex, utile, jucundum, honeſtum. 477
Bov læ oppidum. 174
Braccata Gallia. 91
Braccæ. 91
T Brocchus. 392. 418
Brogitaru 278
Brundiſium. 87
Bruti ſtatua in Capitolio. 471.
Brutus inviſens Ligarium ægrotantem. 425
Buccula. 154
*Bu*llienſes. 161
Buſtuarii. 36
Byzantii. 144

C.

C. Littera condemnatoria. 203
Cadaver Clodii crematum. 228
Cadavera Romanorum inſepulta, maximè ignominioſa. 34
Cæcilius *Baſſus*. 459
Cælimontana porta. 93
C. Cæſar. 130. & ſeq.
Cæſar faſtos ſive Calendarium corrigit. 373
Cæſar *Milonis* inimicus. 269
Cæſar natans in mari, libello una manu in altum elato. 458
Cæſar orator. 437
Cæſaris clementia. 387
Cæſar ſobrius, & vini parciſſimus. 454
Cæſar unde dictus. 379
Cæſaris victoriæ, pugnæ, provinciæ, munera. 338 & ſeq 341. 365
Cæſaris triumphi. 443
Cæſaris vitia. 402
Cæſaris erga Ciceronem humanitas. 387
Cæſaris commotio dum audiret Ciceronem pro Ligario perorantem 390
Cæſaris bona memoria. 482
Cæſonius. 26
Cæſoninus. 48
Calatinus. 99
Calcei Senatorii. 219
Calendaria, faſti. 53
Calendarium à Cæſare correctum. 373
Calventius. 26
Cambium. 83
M Camillus. 99
Campanus Conſul. 44
Campus Martius. 239
Candidati. 241
Capua: 44. 45
C. Carbo. 191
Carnifex. 20
Caſſiani Judices. 225
Caſſianum proverbium cui bono. 225
Caſtor Dejotari nepos. 428 465
Catilina. 459
M. Cato. 19. 208
Catonis auctoritas. 258
Cato Vticenſis. 383
Q. Catulus. 13
Caupo, Caupona. 90
Cenſores. 19
Cenſoria lex. 20
Centauri. 40
Centuriata Comitia. 61
Centuriatus: 146
Ceruſſa, Ceruſſatus. 45
Cherroneſus vel Cherſoneſus. 145
Cicero. Ciceronis & Piſonis comparatio. 9
Cicero quæ geſſerit in Conſulatu. 10. Diſceſſus Ciceronis. 56
Cicero juvenis ſtuduit Athenis. 288

Cicero pater patriæ appellatus. 13
Cicero tyro militiæ apud Pompeium Strabonem. 404
Cicero Pro-Conſul Ciliciæ, & imperator. 388. 441
Ciceronis erga Milonem fides. 314 315
Ciceronis metus ante orationem pro Milone. 184
Ejusdem metus in orat. pro Ligario. 431.
Ciceronis reditus ab exilio. 59
Cincinni. 45
Circumſcribere. 300
Circus maximus. 267. homines de circo. 268
Civica corona. 13
Civile bellum. 440
Clavus latus. 31
Clementia. 339. 414. Clementiæ laus. 341. 423
Clementia Cæſaris. 387
Clodia ſoror Clodii. 278
Clodius. 59. Clodii natura comparata naturæ Milonis. 232
Clodius adulter. 51. ejusdem ſcelera alia. 298
Clodii impietas in fratrem & ſororem. 281. Clodii exactiones pecuniarum 281
Clodius ingreſſus ſacrarium Bonæ Deæ. 298
Clodius inſidiator Ciceronis. 209
Clodius Pompeii inimicus 210. eidem reconciliatus. ibidem.
Sext. Clodius. 17. 41. 227
Clytemneſtra. 80. 192
Cœlimontana porta. 93
M. Cœlius. 304
Cœlii Laus. ibidem.
Cœnum pro lutulento homine. 24
Collegia. 18
Collina tribus. 215
Colonia. 87
Comitia. 240
Comitia centuriata. 61
Comitiorum mutabilitas. 241
Commodata quæ dicantur, quæ mutua. 355
Comparatio Ciceronis & Piſonis. 9
Compitalitii ludi. 16
Conchylia. 114
Conduplicatio figura. 7
Conflagrare invidiâ. 281
Connivere. 296
Conquiſitores. 270
Conſcientia. 80. 263. 453
C. Conſidius. 381
Conſobrinus. 392
Conſtantia Tuberonis in cauſſa Pompeiana. 409
Conſtantiæ ſeu perſeverantiæ definitio. 410
Conſul Cicero. 77
Conſulares. 213
Conſulatus Ciceronis deſcribitur. 10
Conſulatus Piſonis. 15

Con-

Conſules. 10
Conſulis definitio. 40. 41
Contubernium, contubernales. 404
Conventus qui dicti. 408
Conviviorum Piſonis Hypotypoſis. 114
Convivium Lapitharum. 40
Cornelia lex. 85
Cornelius Scipio Africanus minor. 452. Vide Scipio.
P. Cornificius. 269
Corona pro conventu hominum. 182
Corona civica. 13
Coronarium aurũ. 103. 150
Corruptela ſervi. 468
C. Cotta. 107
Cotus vel Cotys Rex Beſſorum. 140
Cotys Rex Raſcipolis. 447
L. Craſſus. 107
M. Craſſus. 98
Crepidatus, Crepidæ. 155
Crotala. 37
Crudelitas Piſonis. 139
Crux ſervorum ſupplicium. 461
Cui Bono, proverbium Caſſianum. 225
Curia cremata. 200
Curiæ definitio. 302
Curiatii. 190
C. Curio. 77. 98.
M. Curius. 99
Curriculum. 335
Currus triumphales. 102
Curulis Ædilis. 8
Cuſtodes. 63
Cymbala. 37
Cyrus architectus. 247
Cyrus Rex hortulanus. 463

D.

Dare beatius eſt, quàm accipere. 417
Decempeda. 280
Decius Magius. 44
Deferre nomen. 136.
Deiotarus Rex. 417. & ſeq. Ejus laus 462. & ſeq.
Dejotarus junior. 439
Delectus Italiæ. 270
Demonſtratio Dei. 292. 293
Denſeleti populi. 140
Derepente. 395
Deſperare ſaluti vel de ſalute. 141.
Deterior. 113
Deus rationibus demonſtratur. 292.
Dextera fidei & religionis ſignum. 438
Dictator. 218
Dictator Sylla. 393
T. Didius. 104
Diem dicere. 232
Diminutio capitis. 315
Diminutus capite. 54
Diocletianus Imp. abdicato imperio hortulanus. 463
Diploma. 151

Di-

Diribere, 160, Diribitores ibidem & 62.
Diſceptare, Diſceptator, 437
Diſcordiâ res maximæ dilabuntur, 360
Diſſimulare, 250
Diu, vel diuturnum nihil eſt, quod finem habet, 364
Cn. Dolabella, 77
Dolopes, 152
Cn. Domitius, 468
Domitius Calvinus Conſul, 214
Domitius Calvinus Præfectus Aſiæ, 445 458
L. Domitius Quæſitor; ejuſdem conſtantia, 212. 213
Donata quæ dicantur, quæ commodata, 355
M. Druſus, 205
Duodecim tabulæ, 193
Durazo, olim Dyrrachiũ. 138
Duûmviri, 44. 218
Dyrracchium, nunc Durazo. Dyrrachini cives, 138

E.

ELogium, quo ſenſu accipiatur, 122
Epheſus, 445
Epicurei, 39. 72
Epicureorum doctrina, 117
Epirus, 161
Epiphanes Antiochus, 474
Equitandi artem olim pueri ſtatim diſcebant, 464
Equuleus, 258
Esquiliana porta, 93
Etruria, vel Hetruria, 217
Exclamatio, 319
Excuſare rem, 405
Exemplum, barbarè copia, 478
Exercitûs definitio, 81
Exitus non tantùm rerum puniendus, ſed & conſilium, ac voluntas, 209
Exoleti, 255
Explare manes, 30

F.

FAbii Maximi, 99
Q. Fabricius. 99. 257
Fabulæ involucra hiſtoriarum, 241.
Familia à genere quomodo differat, 394
Faſces laureati, 388
Faſti Romanorum numerati à Conſulibus, 53
Faſti à Cæſare correcti. 373
Fatua Fauni ſoror, 159
Fatum, 347. 399
Fauſta uxor Milonis, 219
Fercula, 105
Flamen, Flaminem prodere 218
Flaminius, 103
Foris eſſe, quid ſit, 23
Fors, ſive ſors, 10
Fortuna Cæſaris, 354. 450
Fortunæ imbellis, 340

Fer-

Fortuna populi R. 298
Fortunæ rota, 39
Fortunæ inconſtantia, 273
Fragilitas humana. 358
Fraus pro crimine, damno &c. 225
Frugalitatis definitio, 461
Frumentum æſtimare, 144
Frumentum honorarium, 144
Fugitivi qui dicti, 461
Fulvia Clodii uxor, 126
Funeris arbitria, 98
Funerum ritus, 297
Furnoctum, 193
Furciferi qui dicti, 461
Furfanius, 281
Furia, furiæ. 15. 47. 80. 303
Furoris deſcriptio, 81
Fuſia lex, 18. 20. 21
Q. Fuſius Senator, 202

G.

A. Gabinius, 129
A. Gabinii furor, 85
Gabinii flagitia, 82
Gabinius ſaltator, 83
Gallia, 7
Gandolfo Caſtellum, 246
Ganea, Ganeum, 25
Geminum, id eſt, par, 29
Gens & Genus quomodo differant à familia, 394
Germania quibus finibus terminetur, 135
Gladiatores animoſi, 305
Gloria virtutis præmium, 311
In quo conſiſtat, 363
C. Gracchus, 192
T. Gracchus. 191. 277
Gradatio figura, 263
Græcari, 40. 115
Græci in Romanorum familiis, 219
Græci leves, 392
Græcorum temulentia, Græco more bibere, 40. 115
Gratias agere, habere, referre, 370
Gratioſi qui dicantur, 416
Gratulatio, gratulari, 312
Gratum aliquid habere, aliud eſt, quàm aliquid probare, 406
Gravis quis dicatur, 462
Gurguſtium, 25

H.

HAdriaticum, ſive Adriaticum mare, 155
Hala Servilius, 277
Hieras Legatus Regis Dejotari, 469. 470. &c.
Honorarium frumentum, 144
M. Horatius, 190
Horæ Romanæ, 24. 220. 248
Horologia Romanorum, 221
Horologium primum Romam advectum à M. Valerio, 221

Hortenſii ſententia in ſenatu de cauſſa Milonis, 202
Hoſtis quis propriè dicatur, quis inimicus, 133
Humana fragilitas, 358
Humanitas quæ propriè dicatur, 414
Humilis quis vocetur. 206

I.

JAniculus mons, 280
Id temporis, formula loquendi. 219. 237
Idiota, quid ſignificet, 108
Imagines Majorum, 6. 297
Imperator, 67. Imperatores R. antiqui celebriores 338. 443. Imperatores quamdiu habuerint imperium, 388
Impunitatis ſpes, maxima peccandi illecebra, 242
Incolumis quo ſenſu accipiatur, 66. 127
Ingenium, quid propriè ſignificet, 421
Inimicus quomodo differat ab hoſte, 133
Inſanæ ſubſtructiones Clodii, 252
Inſtituta quomodo à legibus, juribus &c. diverſa ſint, 55
Inſubres, 60
Intempeſtus, 155
Interamna, 245
Interreges, 200
Ira, furor brevis, ejus effectus, 343
Irrogare multam vel mulctam, 233
Itiner pro iter, 58
Juba Rex Numidiæ. 407
Judices Caſſiani, 225
Judices quot ſederint in judiciis, 160. 186.
Judicia penes quos fuerint, 156. 186
Judicis boni virtutes. 212
Judicium Oreſtis, 192
Julia Lex; 85. 150
Jupiter Hoſpitalis, 450
Jupiter Latialis, 295
Jupiter Vrius, 141
Jura, 55
Juſtus, verè beatus: 73

L.

LAbienus junior. 357
Lacus Albanus. 296
Laniſta, 49
Lanuvium, 218
Lapis, de Lapide empti qui fuerint dicti, 61
Lapithæ populi, 40
Largitas, Largus, 462
Laternarius, 36
Latrones qui, & qui prædones, 43
Latebræ animi, 358
Latialis Jupiter, 295
Laureati Lictores, 89
Laudes 75. Laus Deiotari, 462. 476

Laus Cælii, 304. Laus Pompeii, 401. &c.
Laus in quo conſiſtat, 386
Laus Cæſaris, V. Cæſar.
Legati. Eos violare ſummum crimen, 142
Eorum officium, 381
Legati Regis Deiotari, 469
Leges quæ propriè ſint, 55
Leges ſunt vincula, quibus Mores & diſciplina continentur, 360
M. Lepidus, 200
L. Lentulus, 129
Lex Ælia, 18
Lex Cenſoria, 20
Lex Cornelia, 85. De ſicariis, 195. 199
Lex Fuſia, 18
Lex Julia, 64. 85. 150
Lex Pompeia, 203
Libertus, 104
Libido, 82. 113
Librarium, 227
Q. Ligarius, 377. 381. 424.
T. Ligarius Quæſtor, 421
Littera ſalutaris, Littera triſtis, 203
Litteræ Cæſaris ad Ciceronem, 372
Litteræ Cæſaris ad Deiotarum, 439
Luceium Caſtellum Dejotari, 449. 453
Luci, 295
Luctus Romanorum, 31
M. Lucullus, 77. 129
Ludi compitalitii, 16
Lumen Curiæ Clodius, irenicè, 227. 228
Luxuria, 82. 113
Luxuria Piſonis, 113

M.

MAcedonia, 66. 141
Mactare, 30
Mæander, Mæandri. 90
Magnanimus quis, 462
Malleoli, 267
Manes, 30
Manlius liberans Romam, 284
C. Manlius tribunus pl. ſeditioſus, 213
Manſuetum quid dicatur, 410
Manumittere, 257
C. Marcellus, 329. 344
M. Marcellus, 75. 327. M. Marcelli eloquentia, 335
Marcellorum familia, 76 344. Marcelli celebriores, 344. Marcelli quos triumphos egerint, 99. M. Marcelli vitæ exitus, 373
Q. Marcius, 92. Marciorum gens, 419
Marius, 74. 100. 192. 194. 291.
Mars pro bello, 352
Mars communis, 256
Marſicum bellum, 146
Maximi Fabii & Valerii 99
Medicus pro Chirurgo, 139

Medicus Deiotari Phidippus 428. 433. & alibi in Orat. pro R. Deiot.
Mediolanum. 106
Medius fidius, 58. 283
Mehercule, 294
Sp. Melius, 277
Mendacium an aliquando licitum, 397
Menſa pro cibis, 115
Q. Metellus Creticus, 98
Metellus Macedonicus, 103
Q. Metellus Nepos, 14. 62
Q. Metellus Numidicus. 36
Metellus Pontifex qui Palladium incendio eripuit, 227
Mihi, formula loquendi, 7
Mille, 252
Milo 173. & ſeq. Milonis natura, 235
Milonis bona vendita, 321
Milonis largitiones, & magna debita, 307
Milonis damnatio & mors. 176. 322
Minerva bellorum Præſes, 256
Miſeret, miſeretur, 395
Miſericordia, 414. Miſericordiæ & Clementiæ laus, 423
Modus ſive moderatio & modeſtia, 334
Mores urbis & conſuetudines quæ dicantur, 55
Monumenta. 386
Mulctam vel multam irrogare, 233
T. Munacius Plancus 185. 197. 201. 275
Munero, & Muneror, 449
Municeps, Municipia, 71. 87
Mutua quæ dicantur, quæ commodata. 355

N.

Nam particula, 8
Naſica, 191. 192. 291
Naupactum, 152
Neronis Theatrum aureum, 111
Neſcio quis, 457
Nicæa, Nicænum concilium, 460
Niſi verò, formula ironiæ, 289 303
N. L. id eſt, Non liquet, 203
Nobilitas vera eſt virtus, 8
Non modò, 196
Novi homines qui fuerint dicti, 7
Nugæ quæ ſint, 255
Numantia, Numantinus Scipio. 452

O

Criculana villa, 267
Odium inimicitiarum quid ſit, 286
Odium civile, odium internecinum &c. 231

Odium omnium in Piſonem. 110
Offendere, quo ſenſu accipiatur. 314
Opimius. 192. 291
Oratores olim magni Principes, & Imp. 437
Orbis partes olim tres, nunc quatuor. 152
Orbis terrarum, pro Romano Imperio. 278
Oreſtes. 80. Oreſtis judicium. 192
Os pro impudentia. 433
O tempora! O mores! 468

P.

PAlladium. 227
Palmata tunica. 40
Paludatus, paludamentum. 55
C. Panſa. 379
Paret. 203
Parricida. 207
Parthini populi. 161
Partim. 82
Pater Patriæ Cicero appellatus. 13
Patientiæ definitio. 410
T. Patina. 244
Patrimonia Milonis in largitiones abſumpta. 309
Paullus Æmilius. 67. 100. 103
L. Paullus Prætor. 214
Pax. 401
Pecuarius. 463
Pellium uſus. 145
Penula, penulatus. 253
Percalleo. 282
Perduellio, perduellionis reus quis dictus ſit. 10. 233
Perduint, id eſt, perdant. 454
Pergræcari. 115
Periculum facere. 111
Perilaus. 72
Perillus. 72
Permutationes pecuniarum. 83
Perrhæbia. 161
Perſeverantiæ definitio. 410
Phalaris. 123
Phalaridis taurus. 72
Pharnaces. 445
Pharſalica pugna. 390
Pharſalus oppidum. Campi Pharſalici. 389
Phidippus Deiotari Regis Medicus & ſervus. 428. 433. &c.
Philodemus Græcus, Piſonis amicus. 116. & ſeq.
Philoſophiæ definitio. 121
Phocii, Phocenſes. 161
Pila, æ. 118
Pila, orum, tela. 66
Pilum. 266
Piſo 167. Piſonis avaritia. 142. 146. Piſonis Conſulatus 15. Piſo Conſulis nomine indignus. Piſo, quæ geſſerit in provincia. 65. Piſonis flagitia. 109. Piſonis luxuria. 113. crudelitas. 139

Piſonum familia. 106
Piſonum nomen unde? 106
Placentini calices. 124
Plauſus. 103. 471. 473
Plotii vel Plautia lex. 232
Poëma, carmen. 119
Pœnæ peccatorum ſunt bella &c. 353
Poëta venuſtus deſcribitur. 119
Politica virtus. 5
Pompeia Lex. 203
Pompeius. 29. 49. 51. 98. 100
Pompeii Laus. 442
Pompeii dignitas comparata dignitati Cæſaris, & eius Laudes. 401
Pompeii ſtrages in pugna Pharſalica. 465
Pompeii Theatrum. 111
Pompeius junior. 357
Pompeius Rufus. 198
C. Pontinius. 98
Popa. 267
Popina. 267
Populare. 423
Portorium. 146
Porus Rex. 452
Poſterior, 113
Poſtulare, poſtulatio. 398
Prædicatio quid propriè. 386
Prædones qui, & qui latrones. 43
Præfectura Romanorum. 87
Prærogativa. 22
Præſepia. 72
Prætexta. 40
Prætores. 8. Prætor primus 8
Prætores quot in urbe. 237
Prævaricator. 42
Princeps ſententiæ. 61
Prior Conſul. 9
Privatus quis dicatur. 238
Privilegium unde dictum. 121
Probare aliud eſt, quàm gratum habere. 407
Proceſſio. 13
Prodere flaminem. 218
Prodere memoriæ. 293
Propola. 114
Proſcriptio. 54
Proſopopœjæ quando potiſſimùm aptæ ſint. 415
Provinciarum ſortitio. 12
Prudentia in ſenibus, qua adoleſcentes carent. 391
Ptolomæus Auletes. 83. 85
Publicanus. 70
Pudicitia fortiter defenſa. 194
Pugnæ deſcriptio. 220
Pulvinaria. 160
Punitus es, pro punivisti. 228
M. Puppius Piſo. 107

Q.

Quæſtio de ſervis contra Dominos, vel in cauſſa Dominorum. 260. 433. 434

Quæ-

Quæſtores Romani. 7. 8
Quæſtor urbanus. 421
Quæſtura. 7
Quæſtus turpis Piſonis. 146

R.

Rabocertus. 142
Raguſienſes. 161
Ratio pro Reſpectu. 311
Ratio Rhetoricè accepta pro firmamento cauſſæ. 264
Rectus, id eſt, conſideratus, conſultus. 448.
Reditus Ciceronis glorioſus. 87. 88
Referre. 52
Refricare. 135
Reges nominabat ſenatus & populus R. 278. 440. 463
Regalis dignitas, regale nomen. 480
Regia. 235
M. A. Regulus. 75
Regum Majeſtas. 480
Relatio. 27
Religio. 87
Reſiſtere, id eſt, ſtare, ſiſtere. 385
Reſpublica nequid detrimenti pateretur: formula ſenatûsconſulti. 274
Rogare legem. 62. 63
Rogare populum. 205
Rogatio. 202. 246
Rogatores. 63
P. Rutilius. 158

S.

Sabini populi. 417
Sacramentum quid ſignificârit Romanis 279
Sadalus Thraciæ Rex. 447
Salutare. 273
Samothracia. 148
Sanctum quid propriè. 296
Q. Sanga. 129
Q. Scævola Pontifex. 107
P. Scipio Æmilianus. 191
Scipio Africanus junior. 205
Scipio Aſiaticus. 474
Scipio Naſica. 277
Scipiones quot triumphos egerint. 99.
Scortum. 253. 255
Secundarius pater Caſtoris. 465
Seminarium. 163
Semiplacentinus. 26
Sempiternus pro ſemper. 294
Senatores quot fuerint tempore Cæſaris. 474
Senatusconſultum. 130
Senium pro mœrore per metonymiam. 210
Seplaſia vicus. 44
Septa. 239
Servi non admiſſi in militia Romana. 458
Servi rapti in quæſtionem. 259. 260
A. Servilius. 191
Servilius Hala. 277
P. Servilius Iſauricus. 98
Servire laudi &c. 365. 367

Servus accuſans dominum. 433. & ſeq.
Seſtertium, & ſeſtertius. 143
Severus quis propriè dicatur. 462
Sextus Clodius. 17. 41
Sextus Clodius ſcriba. 200
Sextus Pompeius junior. 357
Sica, Sicarius. 234
Silanus. Decius Junius Silanus. 95
Siqui pro ſiquis. 185
Socrus. 47
Soleæ. 24
Solium, unde dicatur. 115
Sordidatus. Sordidus. 166
Sordidati amici, ſive amici in luctu. 419
Sorores Clodii. 282
Sora. 403
Sortitio provinciarum. 403
Sparus. 266
Speculæ. 455
Spero pro credo. 356
Spurius Melius. 191
Stata ſacrificia. 243
Statuæ Regum in Capitolio. 471
Stoica doctrina. 206. 477
Stratum urbs. 152
Studium, id eſt, affectus. 401
Stuprum Clodii. 200
Subſtructiones inſanæ. 295
Supplicatio. 13. 71
Supplicium. 71. 73. 74. 76. Definitio ſupplicii. 158
Sylla dictator crudelis. 393
Syrus. 45.

T.

Tabulæ. 68. 193
Tabulæ XII. 193
Tabulæ laureatæ. 67
Tabulæ publicæ. 63
Tabulæ recenſionis ſive cenſûs. 279
Talentum. 140.
Tarcondimotus Rex Ciliciæ. 447
Tarracon urbs, unde Tarraconenſis Hiſpania. 478
Taurea Jubellius. 44
Taurus mons unde dictus. 475
Templa profanata. 142
Teſtamenta qualia conderent Romani. 248
Tetrarcha. 283
Thaſus. 149
Theatrum Pompeii. 111
Themiſta mulier. 108
Theſſalonica. 69
Θ Theta Littera triſtis. 203
Thyeſtes. 75
Thyeſtea exſecratio. 75
Toga. 13. 40. 123
Toga Senatorum. 241
Toreuma. 114
Tormentorum genera. 262
L. Torquatus. 129
Tragœdia. 207
Trebonius miles ſuam defendens pudicitiam. Vide pudicitia defenſa. 194
Tribunal Aurelium. 194

Tri-

Tribuni plebis quot in urbe 237
Triumphales currus, 102
Triumphalis porta Vaticana. 94
Triumphatores Romani. 98. 99
Triumphi apparatus. 102
Triumphi nomen unde, & ejusdem deſcriptio. 102
Trophæum, Trophæi definitio. 153
Tryſus Tyrannus, 32
Q. Tubero. 377. 379. 389. 404
Tunica palmata. 40

V.

L. Valerius Flaccus. 91
M. Valerius. 221
Valerius Meſſala Conſul. 214
Varius. 280
Vaſarium. 143
Vaticana porta, triumphalis. 94
Vatinius. 128
Velitis iubeatis, formula rogandi. 122
Vereor ut, vereor ne. 346
Vernaceia vina. 245
Verſiculus. 274
Verſus Ciceronis, Cedant arma togæ. 122
Verſus Latini Poëtæ de amicis. 460
Veſtales Virgines. 277
Veſtitus Senatorum. 241
Vexillum pro ſigno bellico, propoſitum. 335
Via militaris. 69
Victimæ ad exequias. 30
Victoria naturâ inſolens. 343
Victoria ſui. 341
Videlicet. 233
Videtur feciſſe. 163. 191
Vindiciæ. 279
Vindictæ divinæ indicia 296
Viritim legere. 255
Virorum fortium definitio. 291
Virtus politica. 5
Virtus ſeipsâ contenta. 311
Virtus ſola verum bonum. 354. 477
Virtute ſua ſe conſolari quis debet in adverſis. 477
Virtutes judicis. 212
Vitæ definitio. 365
Vitæ humanæ brevitas. 364

Index in præcipuas, & notabiliores Figuras, Locos Rhetoricos, Argumentationes &c.

ADjuncta. 22. 34. 59. 60. 66. 77. 84. 93. 126. 138. 147. 149. 181. 185. 204. 205. 208. 218. 219. 234. 240. 249. 251. 252. 256. 318. 341. 379. 387. 404. 407. 410. 432. 433. 443. 446. 466. 481.

ALlegoriæ. 12. 30. 37. 46. 101. 138. 148. 149. 162. 187. 226. 239. 271. 242. 359. 360. 361. 366. 436. 467.

ANacephalæoſes. 160. 213. 250. 282. 384. 415. 482.

ANnominationes & Paronomaſiæ. 29. 157. 195. 282 465.

ANtitheta, Contraria, Oppoſita. 7. 8. 9. 13. 27. 32. 62. 65. 71. 76. 90. 101. 109. 133. 157. 183. 187. 195. 198. 205. 207. 208. 219. 228. 230. 233. 238. 239. 244. 249. 255. 269. 270. 278. 287. 289. 290. 291. 298. 301. 302. 303. 306. 311. 313. 316. 317. 319. 320. 333. 341. 342. 346. 349. 352. 355. 356. 357. 360. 362. 366. 368. 384. 385. 395. 396. 398. 402. 434. 440. 444. 460. 468 469. 473. 480. 482.

APoſtrophæ. 26. 97. 270. 295. 316. 317. 319. 381. 384. 388. 390. 470.

CAuſæ. 28. 95. 112. 196. 206. 215. 218. 231. 255. 333. 339. 431.

Con-

COmmunicationes. 58. 204. 224. 226. 452.

COmmutationes. 28. 133. 157. 244. 306. 317. 435. 468. 473.

COmparationes à Majore, Minore, pari, Diſſimili &c. 9. 25. 32. 36. 40. 44. 58. 76. 80. 82. 87. 93. 103. 108. 123. 126. 134. 153. 158. 227. 262. 277. 284. 287. 289. 301. 303. 336. 337. 338. 339. 340. 342. 343. 351. 385. 394. 396. 397. 413. 415. 422. 433. 466. 472. 475. 480.

COmplexionum & Concluſionum formulæ in argumentando. 97. 109. 131. 132. 196. 230. 240. 241. 243. 265. 288. 345. 353. 361. 397. 413. 448. 450. 452. 454.

COnceſſiones. 8. 10. 125. 134. 198. 206. 222. 245. 248. 250. 303. 342. 361. 393. 399. 400. 408. 420. 466. 467.

COnjugata. 32. 35. 54. 269. 275. 346. 369. 384. 393. 396. 401.

COnſequentia. 141. 223. 262. 285. 350. 352. 406. 407. 422. 454. 467.

COrrectiones. 43. 63. 64. 65. 92. 119. 132. 144. 152. 188. 195. 207. 209. 226. 266. 274. 283. 290. 314. 316. 362. 364. 383. 399. 405. 406. 407. 409. 412. 416. 421. 439. 448. 461. 469.

DEfinitiones. 19. 21. 41. 73. 76. 82. 121. 154. 198. 237. 259. 291. 302. 340. 363. 365. 398.

DIalogiſmus & Sermocinatio. 121.

DIlemmata. 53. 67. 68. 122. 163. 264. 413. 457.

Di-

DIſtributiones partium, ſive partitiones. 87. 88. 160. 183. 210. 253. 278. 307. 338. 357. 389. 411. 432. 436. 482.

DUbitationes. 8. 68. 315. 380.

EFfecta. 27. 81. 422.

EMphaſis. 215. 396.

ENthymemata. 43. 261. 288. 303. 352. 390. 391. 433. 434. 472.

ENumeratio partium. 5. 10. 42. 56. 68. 70. 71. 73. 76. 78. 82. 94. 110. 113. 141. 145. 161. 164. 183. 191. 225. 228. 237. 266. 270. 272. 277. 284. 293. 297. 307. 337. 340. 360. 365. 367. 368. 392. 410. 447. 461. 476.

EPicherema. 233.

EPiphonemata. 155. 194. 222. 260. 287. 336. 390. 449.

EXclamationes. 6. 8. 70. 77. 91. 94. 99. 106. 152. 239. 262. 266. 307. 317. 319. 386. 468.

EXempla. 32. 73. 95. 106. 158. 190. 194. 204. 234. 288. 305. 393. 422. 474.

GRadatio. 263. 479.

Hy-

HYperbolæ & Auxeſes. 59. 60. 88. 89. 147. 189. 268. 286. 312. 339. 357. 359.

HYpotypoſes & Deſcriptiones. 24. 40. 45. 81. 102. 114. 220. 253. 282. 395.

INciſa. 20. 22. 41. 42. 46. 50. 51. 53. 54. 56. 69. 72. 76. 78. 80. 81. 83. 88. 103. 106. 108. 112. 114. 120. 131. 142. 158. 160. 164. 184. 210. 212. 222. 228. 241. 249. 257. 263. 274. 278. 280. 281. 282. 283. 291. 293. 297. 299. 306. 314. 318. 338. 339. 340. 342. 395. 447. 451. 453. 458.

INductio. 5. 190.

IRoniæ. 25. 31. 50. 55. 65. 67. 94. 97. 99. 101. 195. 108. 124. 148. 154. 155. 191. 206. 207. 209. 220. 227. 232. 233. 260. 261. 262. 300. 303. 379. 380. 388. 409. 412. 442. 450. 458. 470. 471.

LAudes. 20. 75. 134. 304. 337. 442. 476.

LIcentia. 57. 134. 267. 386. 396. 406.

MEmbratim dicta. 101. 208. 216. 234. 247. 299. 321. 392. 397. 435. 481.

MEtaphoræ. 18. 19. 38. 57. 152. 201. 210. 211. 214. 215. 226. 230. 257. 264. 270. 281. 294. 304. 334. 335. 342. 345. 360. 368. 382. 396. 420. 466. 468. 478.

302. 307. 364. 393. 402. 403. 447. 451. 45

OPtatio. 318.

PEriodi nobiliores. 68. 82. 96. 181. 271. 43

PErmiſſio. 8.

PRætermiſſiones & Præteritiones. 10. 31. 39.
65. 81. 85. 88. 125. 145. 150. 222. 281
415. 446. 456. 479.

PRoſopopœiæ. 101. 102. 261. 276. 283. 306
319. 344. 395. 397. 470.

RElata. 41. 101. 195. 336. 358. 432. 433. 4

REpugnantia. 31. 52. 55. 125. 199. 242. 245

SImiliter Cadentia. 8. 10. 16. 30. 38. 45. 48. 53. 54. 65. 69. 70. 72. 73. 78. 85. 94. 101. 108. 132. 141. 142. 146. 154. 160. 161. 165. 187. 195. 209. 213. 215. 216. 221. 222. 228. 230. 231. 239. 243. 253. 263. 265. 272. 274. 287. 291. 298. 310. 314. 320. 334. 337. 338. 339. 341. 354. 360. 365. 384. 385. 407. 423. 436. 438. 465. 467. 471. 475. 479. 482.

SImiliter deſinentia. 15. 29. 30. 68. 69. 85. 89. 128. 187. 195. 263. 275. 298. 306. 315. 320. 352. 357. 392. 402. 440. 444. 465. 469. 482.

SUbjectiones. 27. 84. 112. 203. 206. 248. 254. 257. 259. 317. 357. 384. 389. 403. 450.

SYllogiſmi. 28. 35. 41. 43. 44. 47. 57. 58. 65. 71. 80. 81. 82. 95. 128. 190. 193. 205. 206. 224. 231. 242. 277. 289. 293. 311. 360. 363. 392. 408. 417. 419. 420.

SYnæcioſes. 72. 159. 194. 204. 238. 286. 351. 381. 382. 391. 435. 444. 450. 453. 467. 475.

TEſtimonia. 13. 128. 217. 245. 400. 470. 477. 481.

THeſis. 71. 80. 96. 158. 240. 263. 267. 273. 286. 358. 362. 410. 468. 480.

TRaductio, & Paronomaſia. 8. 13. 19. 20. 37. 43. 53. 59. 66. 67. 71. 80. 90. 97. 102. 120. 126. 117. 159. 161. 166. 181. 205. 223. 224. 232. 234. 244. 256. 262. 269. 275. 279. 286. 288. 190. 294. 295. 306.

306. 307. 309. 310. 311. 319. 320. 334. 346. 3
393. 398. 407. 410. 419. 443. 448. 461. 467. 47
473. 474. 476.

Tranſitiones. 15. 33. 66. 195. 197. 254. 26
414.

O. A. M. D. G.

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY
Stanford, California